6 ſtium per notarium facienda,eſt introducta de conſuetudine, & pro ſolemnitate, vt dicit gl.in d.l.in generali, vnde licet ſit omiſſa, alijs tamen interuenientibus non debet vitiare, quia eſt leuis ſolemnitatis omiſſio, quæ non uitiat actum, ut dicit Vlpi.in l. 1.de ventr.inſpic.Bar.in l.cum hi.
7 ff.de trãſ. & Bal.in l.fi.C. de iure delib. quòd omiſſio † Crucis quę debet in inuentario poni,non uitiat inuentarium,pro quo eſt bona gl. in l. 1. C. de ſent.ex peric. recit. & ad hoc accedit quod eleganter ſcribit Paul. de
8 Caſt.in l.obſeruare.C.de decur.quòd forma † vel ſolemnitas non eſt magnæ ſubſtantiæ habito effectu, nunquàm vitiat actum, ut tradit. not.idẽ Paul.de Caſt.in l.uniuerſis. C. de prec. imper. offer. & pro hoc eſt bonus
9 tex.in l.fi.§.ſi uero.C.de iur.del.quòd ſi hæres † non inchoauit confectionem inuentarij infra triginta dies, ſi tamen inchoat, & perficit infra ſexaginta non uitiat,quia inchoare eſt leuis ſolemnitatis, unde habito effectu non curamus de modo, vt dicunt ſcribentes,ibi licet Alex.contra, effectus etenim huius conſtitutionis eſt ſubſcriptio teſtium in inſtrumento, quia
10 tunc † teſtis dicitur deponere,quando ſe ſubſcribit, & tunc dicitur teſtifi-
11 cari,vt dixit ſingulariter Bald.in l.fi.C.ſi cer.pet.ego tamen † de hac concluſione dubito, quòd etiam ſi teſtes ſe ſubſcripſerint, ſi tamen non fuerint per notarium adnotati, non ualeat inſtrumentum, & ſic non poterit præſentari & ad hoc moueor per tex. in d. conſtit. inſtrumentorum robur. vbi augendo ſolemnitatem inſtrumentorum ſubnectit dicens, contra autem prædictam formam inſtrumenta aliter confecta in poſterum nullam obtineant firmitatem, & ſic adnotatio teſtium dicitur eſſe de forma inſtrumenti per illum text. ut dicit Luc. de Pen. in d.l.2. ſi ergo eſt de forma non poteſt per notarium omitti, quæ omiſſa uitiat totum actum ut

dicit

dicit ſingula. Inn. in c. primo de ſacr. non reiter. quia formæ nihil addi aut detrahi poteſt. Bald. in l. fina. 2. colum. C. de ſuis & leg. pro quo eſt bonus text. in l. conſtitutionibus in fin. ff. ad municip. & dixit dom. Anto. de But. in cap. Piſanis 7. not. de reſtit. ſpolia. quòd omiſſio formæ in qualibet parte etiam minima vitiat actum totũ, etiam in actu fauorabili, vt tradit Bald. in l. teſtamentum non ideo. C. de teſtam. & in l. fin. C. ſi mancip. ita fuer. alien. & in l. ſi pupillus per glo. ibi. ff. ſi cert. petat. per text. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbo. obligat. & quòd adnotatio teſtium in inſtrumento ſit de forma apparet per tex. in dicta conſti. nam procedit annullando con

12 tractum, ſi non interueniat, & vbicumque lex † vel ſtatutum aliquid requirit in actu vltra procedens annullando dicitur illud pro forma tradidiſſe, vt ex tex. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. in verbo pro nullo haberi. C. de teſtamen. & tradit Sand. in c. cum dilecta extra de reſcript. & in cap. quoniam frequenter. colum. fin. vt lite non conteſt. & in c. cum ac-

c ceſſiſſent 5. colum. de conſtit. & in c. licet cauſam 6. colum. de probatio. [c] vnde ſi eſt omiſſa forma ſtatuti, quantumcunque leuis vitiat contractum, vt dicit Roma. conſi. 302. in præpoſita conſultatione, ſequitur Iaſ. in l. 2. 3. colum. C. de bon. poſſ. ſecund. tab. Decius Doctor Mediolanenſis in c. de appellationibus 2. col. extra de appel. & tradidit in ſpecie de hac forma ſtatuti noſtri. Soc. conſi. 247. col. & conſi. 45. viſa appel. 2. col. 1. vol. præte-

13 rea quando † notarius deſcribit vel adnotat nomina teſtium in inſtrumento, tunc teſtes præſumuntur rogati, vt dicit Bal. in rubr. C. de fid. inſtr. 10. col. & in authen. niſi rogati. C. de teſtib. & in l. hac conſultiſſima. C. de teſta. & in l. 1. 11. col. C. de fid. inſtr. & has. fiſ. lib. 10. arg. l. cum oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſſ. tut. ſi daremus caſum, in quo teſtes debent eſſe rogati licet ſe ſubſcripſerint, non cenſerētur rogati, niſi preſente aduerſario ſe ſubſcribant, vt concludit Imol. in l. dominus. ff. de teſta. ex quo potuit, & facile eſt, quòd ſe ſubſcribat, licet teſtis non interueniat in teſtamento, ſeu in inſtrumento iuxta not. per Bart. in d. l. hac conſultiſſima. & Aret. ſequitur in l. hæredes palam. §. in teſtamentis. ff. de teſta. & ad obuiandum fraudibus, & falſis teſtimonijs, ne forte non teſtis ſubſcribat, debet notarius teſtium nomina adnotare, & aliter non poſſent recte dignoſci teſtes ſi non adnotarentur, & fides inſtrumenti ſtaret in ſuſpenſo, vt per Specu. & Ioan. Andr. in tit. de teſt. §. 1. verſi. quid ergo de quo per Alex. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. licet aliqui contra, vt per eundem Alexan. conſ. 33. 6. col. 3. vol. nec obſtat allegatio domini Barto. de Capua moti per text. in d. l. cum

14 pater. §. fin. licet parum aſtringat, nam ibi † actus fuerat explicatus, qui iam erat explicandus ab vno & eodem met, quòd hic eſt ſecus, cum ſubſcriptio reſpicit teſtem, adnotatio vero reſpicit notarium, & notarius tradendo inſtrumentum abſq; teſtium adnotatione non confecit inſtrumentum prout erat iuris, & moris, & tenebatur, vt dicitur in d. cōſt. baiulos oēs, præterea licet teſtes ſe ſubſcribant, non eſt ſatisfactum huic conſtitutioni per

ea quæ dicit Bald.in l. 1.ff.de lib.& poſth. ex quo notarius debet adnotare per ſe,& non per alium,cum hoc pro forma fuerit introductum, vt ſupra dixi,& ipſa forma debet adimpleri ſpecifice modo,vt eſt text. ſingu.& ibi dom.Abb.in cap. pen.de iureiuran. & in c. ad audientiam lo 2. de ap-
15 pella.nec poteſt impleri † per æquipollens,vt per multa concludunt doct. in clemen. appellanti. eod.tit. & tradit Soc. conſi. 35.incip. proſequendo ordinem 1.col.1. vol.propterea cogita. Mar. Frec. V.I.D.& patr. Neap.

ADDITIONES.

a Quot teſtes requirantur Pand.in ſuo tract.6. dec. num.33.& quid ſi inſtrumentum excedit.ff.quot de iure communi.text.& ibi Caſtr.in authen. & ſi contractus.C. de fid. inſtr. Abb. Fuſc.

b Quòd notarius cenſeatur eſſe rogatus a partibus facere inſtrumentum,vt iuris eſt, & infra eo ponere clauſulas conſuetas, ponit etiam Cagn. in proœ.ff.num.105.de quo latius in meo repert.in littera n. num. . . vbi vide Abb. Fuſc.& ad eundem lex.d.l.fi.C.de fideiuſ.vide omnino. Alex. conſ.8.vol 6. Abb.Fuſc.

c Eo caſu forma dat eſſe rei,cuius omiſſio totum vitiat actum.glo.in c. dilecta. de reſcrip.eo maxime cum hic a ritu noſtro requiratur præciſe,non autem ſuppleatur, vt aliàs poſſit procedere,quod tradit Aret.in c.ſi pro his.de accuſ.cum alijs relatis per Tiraq.in rep.l.ſi vnquam,in verb.reuertatur. nu.67.cum ſeq. Paul. Fuſc.

PARS QVINTA.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in inſtrumento debent eſſe omni exceptione maiores.*
2 *Quis dicatur omni exceptione maior.*
3 *Teſtes debent eſſe literati.*
4 *Exceptio ſolemnitatis ſemper poteſt opponi.*
5 *Inſtrumentum vt poſſit liquidari debet primo conſtare eſſe publicum.*
6 *Author inuehit contra Afflictum.*
7 *Nullus eſt ſine peccato.*
8 *Exiſtens in peccato mortali non poteſt eſſe teſtis.*
9 *Iniuria non debet naſci vnde iura oriuntur.*
10 *Teſtis ſemel approbatus non poteſt reprobari.*
11 *Creditores debent in inſtrumento vocare teſtes ſuos amicos.*
12 *Teſtes inhabiles an admittantur de conſenſu partium.*
13 *Opinio Afflicti defenditur.*
14 *Qualitas ſtatuti ſi non interuenit,facit ceſſare ſtatutum.*
15 *Forma non adhibita facit inſtrumentum nullum, & nu.16. & nu.18.*
17 *Exceptio oriens a ſtatuto nunquam dicitur excluſa.*
19 *Mater vt admittatur in accuſando pro filio debet primo probare ſe eſſe matrem.*

Idem

20 *Idem in hærede.*
21 *Idem in filio.*
22 *Contrahentes debent præciſe obſeruare inducta a Statuto.*
23 *Conſtitutio regni dicitur.l.generalis in regno.*
24 *Auxilium. l. non meretur, qui contra.l.operatur.*
25 *Teſtes eſſe omni exceptione maiores debet probari.*
26 *Quilibet præſumitur bonus, & bonæ vitæ.*
27 *Qualitas requiſita a ſtatuto debet ſpecifice probari.*

TEſtes in inſtrumento debēt eſſe omni exceptione maiores, quinta eſt pars aliud requiſitum continens de eius ſubſtantia, ſcilicet, ꝙ teſtes † deſcripti in inſtrumento debent eſſe omni exce-
1 ptione maiores, vt dicit textus in dict. conſt. inſtr. robur. aliàs
2 non probaret inſtrumentum, dicitur autem † teſtis omni exceptione maior, contra quem nulla poteſt exceptio, & oppoſita non obſtat, vt dicit gl. in cap. 1. extra de conſang. & affini. & in §. item verborum. inſtit. de inutil. ſtipul. Abb. in c. at ſi cleric. 7. col. extra de iud. Sand. in c. cum Ioan. 12. col. de fid. inſtr. Bar. in l. admonendi. vbi doct. de iureiur. Bal. in optima 2. col. C. de contrahen. empt. tradit Alex. conſi. 18. 4. col. & conſi. 141. 1. volu. &
a conſ. 60. 7. col. 2. volum.[a] & ſic etiam debent eſſe teſtes qui interueniunt
3 † literati, vt dicitur in d. conſti. & ideo dicit Affli. ibi ad hunc ritum, quòd ſi præſentaretur inſtrumentum, in quo eſſent deſcripti, & ſubſcripti teſtes, & opponeretur a parte, quod non eſſent omni exceptione maiores, non poſſet procedi ad interrogationem, & liquidationem inſtrumenti, & data cautione de ſe præſentando, & ſtando iuri non debet reus ſtare in carceribus. verum facta ex poſt facta probatione, ſi conſtaret teſtes eſſe omni exceptione maiores, tunc procedetur ad interrogationem, & liquidationē inſtrumenti, quia ſi aliàs conſtaret contrarium, inſtrumentum diceretur minus ſolemne, & vbicumq; ſtatutum prohibet admitti exceptiones con
4 tra inſtrumentum, poteſt tamen † opponi quòd inſtrumentum eſt minus ſolemne, allegat Barto. in l. 1. §. & parui. ff. quòd vi aut clam. pro quo ego allego eundem Bar. in l. diuus Traianus in princ. ff. de teſta. mil. & aliquid per Are. conſ. 78. ꝙ vbicunq; ſtatutum prohibet admitti exceptiones contra inſtrumentum, poteſt tamen opponi ꝙ inſtrumentum non eſt inſtru-
b mentum,[b] vt tenet Bald. in l. 1. col. fi. C. plus val. ex quo ad hoc vt habeat
5 exequutionem debet † p. conſtarē inſtrumentum eſſe publicum, vt dicit Alex. conſ. 165. 1. vol. & conſ. 82. 1. vol. & dixi ſuprà. in prin. ſed ſi inſtrumentarij teſtes non ſint omni exceptione maiores, inſtrumentum confectum non poſſet cenſeri inſtrumentum, vt dicit tex. in d. conſt. verſ. contra prędictam autem formam, ex quo intelligitur ſi inſtrumētum eſt inſtrm, & ſolemne, ad hoc vt poſſit præſentari, ſicuti de ſententia quæ exequutionem expectat, & in clem. paſtoralis. in verb. dici ne ergo ſententia meruit,

& in l.4.§.cõdemnatum de re iud.ergo non poteſt liquidari per iudicem,
nec ad interrogationem procedi, & ad prædicta faciunt dicta per Alexan.
conſ. 109.viſo puncto.2.vol.Barb.conſ.5.5.col.& conſ.7.2.vol.conſ.35.
6 53.4.volum.conſ.42.1.vol.Iac.in l.item quia de pac. ſed puto † aduerten
dum an præfatus dñs Affl.benedicat,cum authoritas huius ritus nobis ſer
uiret de vento, & eſſet ludibrio poſita, & iſta exceptio deſtrueret omnia
inſtrã quantumcumq; liquida,& nullum inſtrumentum poſſet præſenta-
ri ſecundum præfatam concluſionẽ, ex quo pauci ſunt homines in mun-
do,qui ſint omni exceptione maiores,vt legitur in euang.Mar.Multi ſunt
vocati pauci vero electi,& nemo ſine crimine viuit, vt ait Cato in morali-
7 bus, ex quo † nemo põt ſe iactare eſſe ſine peccato, vt dicit diuus Aug. &
ſi dicimus ꝙ peccatum non hẽmus ſeducimur,cum difficile ſit cum hoſte
pugnando nos effici victores,& in ſerm.de cõp.& vani.mun.noſtra crimi
8 na,& ſcelera plene demonſtrãt,& qui eſt † in peccato mortali non põt eſſe
c teſtis [c] quia per peccatum quis efficitur inimicus Dei,& ſeruus diaboli,vt
dicit gl.in l.3.§.lex Iulia.ff.de teſti.niſi ſe peccaſſe penituerit,vt per Spec.
in tit.de teſt.§.1.verſ.quid ſi in crimine & Brixi.in c.qm̃ contra in verb.te-
ſtium.4.col.de proba. Sand.in c.teſtimonium.2.col.de teſti. & dicit Au-
guſt.in lib.de penit. defleat peccator, qñ in vno errando factus eſt oĩum
reus,cum omnis virtus detrimentum patiatur ab vno vitio,vt dicit Inno.
tranſlatiue in c.fratris de pœni.di.5. & in Parab. ſola. ſepties in die cadit
iuſtus,& arguit Hiero.in epiſt.ad Ruſti.ſi cadit quomodo iuſtus, ſi iuſtus
qũo cadit?immo nec nomen iuſti, qui per pœnitentiam reſurgit amittit,
ergo nunquam poſſet pñtari,cum debitores non habentes cãm ſoluendi,
& commoditatẽ,vt carceres euitarent,in promptu reperirent centũ teſtes,
qui contra teſtes deſcriptos in inſtrõ,crimina & defectus opponerẽt, & te
ſtificarẽtur,nec iſta vr̃ fuiſſe intentio authoris, inuitare litem ex litibus, q̃
fuit amputare,ẽt priuilegiare executiones inſtrumentorũ, & tollendi an-
fractus iudiciarios,& magis quã intricare teſtes,& alios ad litẽ,vt in l.qui-
dã exiſtimauerũt.ff.ſi cer.pe.nec quicquã boni induceret hic ritus, & non
vr̃ fuiſſe hoc de conditoris mente,inductaq; ad hunc effectũ non debent
operari contrariũ.vt in l.legata inutiliter.ff.de leg.1.& ea.l.dele. præſt. &
9 fortius eſſet hanc viã fraudibus aperire,& vnde iura † orta ſunt naſceretur
d iniuria,qd eſſe non debet, [d] & non eſt ferẽdũ.l.meminerint.C.vnde vi.cũ
creditores in eorum inſtr̃is confiſi deluderentur debito,ex quo ſicut non
poſſent pñtare criminaliter,minime ciuiliter poſſent eorũ credita cõſequi
per teſt.in d.conſti.inſtr.qđ eſſet maximũ abſurdũ, cum anguſtaretur pro
batio.contra.l.qm̃.C.de hære.& ſubtraherent hoĩum cõmertia, vnde ve-
rior vr̃ pars de iure dicere,ꝙ non obſtante tali exceptionis obiectu poſſint
10 inſtrumenta liquidari,nec pars talia allegãdo deberet audiri, ex quo † ſe-
mel teſtes in inſtrõ deſcriptos approbauit non poteſt amplius reprobare,
vt in l.ſi quis teſtibus.C.de teſtib.per reg. quod approbo non reprobo,vt

l. ſi

in l.Pomponius.ff.de neg. geſt. & hinc dicebat Sand.in cap.cum inter 7.
11 colum. extra de except.quòd cauti † creditores debent eorum affines, & amiciſſimos in inſtrumento pro teſtibus adhibere,quando a parte approbati cenſentur, vt dicit Brixi.in cap.quoniam.contra 17.col.de probatio.
e & ſequuntur alij e & partes ponendo illos pro teſtibus adeſſe videntur illorum inhabilitatem remittere, vt dicit gl.ſing.in §.ſed exigimus in verb. ſupplicijs in auct.de teſti.quam dixit ſing. Bal. in c.in nomine domini 1. col.extra de teſti.& in l.patentes.C.eod.tit. Imol.in l.ad teſtium.§.1.ff.de
12 teſtam.cum hoc poſſit fieri † de partium conſenſu, quòd teſtibus inhabilibus credatur, vt dicit Anto.de Butr.in c.bonę 7.colum. de poſtu.prælat.& in c.cum dilecta.2.colum. de conſuet.& ſequitur Alex. conſi.122.3. col. 1.volum.& Marſil. in l.1.§.ad quæſtionem.3. colum.de quæſtio. tamen
13 prædictis non obſtantibus † opinionem Afflicti de iure credo veram fore,quòd immo præſentato inſtrumento ſi pars opponit non poſſe procedi ad interrogationem inſtrumenti,ex quo teſtes non ſunt omni exceptione maiores,debet impediri liquidatio inſtrumenti,& pro hac parte adducuntur rationes prædictæ. Secundo adducit quod voluit Abb.in c.licet de
14 electio.ꝙ vbi ſtatutum † requirit qualitatem in actu,ſi deficit qualitas,deficit ſtatutum, & ſumus in puris terminis iuris communis, vt dixit idem Abb.in c.cum quis de reſtit.ſpol.& Do.in ca.felicis de hæret.in 6. ſed iſta qualitas,ꝙ teſtes ſint omni exceptione maiores,vt in dict.conſtit.quando inſtrumentum præſentatur deficit,ex quo non præſumitur, vt infra dicā; ergo deficit ſtatutum. Tertio accedit quod dixit Ancha.in rep.cap.1. col.
15 42.de conſtit.ꝙ vbi in † inſtrumento aliquid requiritur pro forma,illa nō adhibita non dicitur inſtrumentum,vt dixit idem Anch.in reg.ea quæ de reg.iur.ſed ꝙ teſtes inſtrumentarij ſint omni exceptione maiores,hoc fuit introductum pro forma,vt in illis verbis,quæ prædictam autem formam
f ergo non poteſt præſentari,ex quo deficit in ſua forma, f & ſequitur Barbat.conſil.6.4.volum. Quarto concordat,quod voluit Bald.in rubr. C.de
16 reſcin. vend.ꝙ inſtrumentū,† quod non habet ſolemnitates a iure, & cōſuetudine introductas etiam minimas non habet exequutionem ſtatuti, vt dixit Ang.in l.bene a Zenone. C.de quad.præſcr. quinimmo præſumitur dolus,quando non interuenit ſolemnitas ſtatuti.Abb.in cap.cum contingat.1.colum.de iureiur. Quinto adducitur,quod voluit Roma.conſil. 234.prouidentia.colum.fin.& conſi.472. in eo quod petitur 2.colum.ꝙ
17 illa exceptio quæ oritur,& cauſatur † ab eodemmet ſtatuto, nunquam dicitur reiecta,& ſemper pōt opponi, vt etiam conſil.54.Alex.in l.ſciendū. 2.colum.ff.qui ſatiſ.cog.doct.in c.ex parte lo 2.de offic.deleg.& ſequitur idem Alex.conſil.8.viſo 3.colu.1.volum. Sed exceptio ꝙ teſtes non ſunt omni exceptione maiores,cauſatur,& oritur a ſtatuto,vt dicitur in d.conſtit.inſtrumentorum robur dum dicitur,contra prædictam autem formā inſtrumenta aliter confecta nullam in poſterum obtineant firmitatem.ergo ſi

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

go ſit poteſt opponi non poteſt liquidari inſtrumentum, & ſi non poteſt liquidari, ergo reus non dicitur nec poteſt in carceribus detineri, & ad hãc regulam eſt aurea deciſio Io. Andr. in addit. Specu. in tit. de ſent. in §. vt autem, ꝙ exceptio orta ex eodem fonte intelligitur præſeruat a, ſicuti ipſa actio, de quo per Imol. in c. ex parte lo 2. de offic. deleg. Bar. in d. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Bal. in l. 1. 5. col. C. de cond. indebi. Imol. in l. fi. 6. col.
g ff. a quibus app. non licet Alex. in l. 3. §. dato. ff. de iur. iur. & Barb. conſi. 5. 1. vol. & conſi. 53. 4. volum. ſexto facit, quod dicit Salic. in l. ita pudor. C. de
18 adult. ꝙ vbi † ſtatutum requirit certam ſolennitatem, numerum teſtium in inſtrumento, vel certam qualitatem in teſtibus in eo deſcribendis, ſi in teſtibus non interuenit qualitas, vel in inſtrumento, non habet exequutionem inſtrumentum. quia debet habere ſua ſubſtantialia, vel ſolẽnia requiſita, nam tũc dicitur inſtrumentum, & hæc poteſt opponi, cum primo de-
19 beat conſtare, antequam exequatur, vt in matre † quæ ſe admitti petit ad accuſandum pro filio, debet primo probare ſe eſſe matrẽ, vt in l. non igno
20 rat. C. qui accuſ. non poſſ. ſic in hærede † qui ſe admitti petit in poſſeſſionẽ vigore teſtamenti non aboliti, non cancellati debet primo conſtare de teſtamẽto. l. fi. C. de edict. diu. Adr. Toll. ſic in ſententia quæ debet primo conſtare, ꝙ ſit iuſte lata l. 4. §. condemnatum vbi doct. pon. ff. de re iud. ſic
21 in filio † qui petit alimenta, quòd probet primo ſe eſſe filium, & in alijs ſi
h milibus, quæ vt breuis ſim omitto.[h] Septimo adducitur, quod dixit Bald. poſt Bart. in l. 1. §. illud. ff. de Syllan. ꝙ vbi ſtatutum inducit nouum bene-
22 ficium, non poterunt † contrahentes vti beneficio ipſius ſtatuti, ſi eius ordinem ſeruare neglexerunt, vt dicit idem Bal. poſt Bart. in l. in cauſis. C. de tranſ. per gl. in l. mancipia. C. de ſer. fug. quam ſequitur, & dixit not. Socy. conſi. 51. 3. col. 1. vol. ſi igitur non fuit ordo ſeruatus per contrahentes, in perquirendo teſtes omni exceptione maiores, non debet propterea poſſe præſentare inſtrumentum, & hæc ratio poteſt manifeſte corroborari, nã creditor ſciebat, vel ſcire debebat, quæ paria ſunt in l. quod te. ff. ſi cer. pet. teſtes in inſtrumento regni omni exceptione maiores, quia hoc erat ſtatu-
23 tum, per prædictam conſtitutionem inſtr. robur quæ † eſt lex generalis in regno, cuius ignorantia neminẽ excuſat, vt in l. iuris ignorantia. C. de iur.
24 & fac. ign. Contrahentes † non ſeruata forma ipſius conſtitutionis videntur legem contemnere, vnde conueniens eſt, ꝙ non habeant beneficium legis, vt in l. auxilium. ff. de mino. in cap. pen. extra de vſur. & eo fortius: quia in contrahendo fuit in culpa non perquirendo teſtes omni exceptione maiores, debet hoc ſibi imputari, cum hoc damnum ex facto ſuo procedat, vt in regula iuris, ac etiam in dolo, non adhibendo ſolemnitatem ſtatuti, vt dixit Abb. in d. cap. cum contingat. colum. 4. de iureiuran. Barba. conſilio 6. primo volum. conſilio 52. 4. colum. 4. volum. quia dolus ſemper præſumitur in contrahente, quando omittit ſolemnitatem a iure requiſitam. glo. in l. penult. C. de fid. inſtrumen. & iur. ha. fiſ. libro 10. idem

Barb.

Barb.conſ.6.4.volum.conſi.54,2.volum.quinimmo dicit Bal.in l.Caius.
ff.de hæred.inſtit.ꝙ ſi ſolemnitas eſt omiſſa in inſtrumento, inſtrumen-
tum præſumitur falſum præſumptione iuris,& de iure,contra quod pro-
batio in contrarium non admittitur,& ſequitur etiam Barb. conſil.48. 1.
volum.& debebat conſiderare debitorem opponere contra inſtrumentũ,
ex quo teſtes non erant omni exceptione maiores,cum erat ſibi a lege per
millum,vt in d.conſtit.robur.eſt igitur ei imputandum, qui non conſide
rauit,quod euenire poterat,vt in reg. ior.& in reg.qui innocentem. ff.de
iniur.Octauo facit quod dixit Abb in c.at ſi clerici.6.col.extra de iudi.ꝙ
25 vbi † ſtatutum requirit teſtes omni exceptione maiores,dicitur probari il-
los eſſe eiuſdem qualitatis requiſitæ a ſtatuto,vt dixit idem Abb.in c.1.de
conſan.& affi.hoc idem dixit Bar.& poſt eum Ang.in l.2.§.fi.ff. quemad.
teſta.aperi.ꝙ vbi ſtatutum requirit teſtes optimæ opinionis,debet articula
i ri per actorem,[i] & probare illos ſic eſſe, nam licet quilibet † præſumatur
26 bonus,& bonæ vitæ,vt in l.merito.ff.pro ſoc.& l.ab ea parte.ff.de proba.
& in l.cum pater.§.nepos.ff.de leg.2. non tamen præſumitur omni exce-
ptione maior,licet Curt.ten.atꝙ ſic,conſ.56.ſecus tamen vbi ſtatutum re
quirit teſtes idoneos,vel bonæ opi.& famæ, nam tunc ſufficit allegare eſſe
idoneos,& aſſerenti contrarium incumbit probatio, quoad primum eſt
bonus in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem pollioni.ff.de adul.& ita cõ-
cludit Sand.in c.cum Ioannes.16.col.de fid.inſtr.deci.in ca.dilecti. 6.col.
de appell.Alex.conſi.82.2.vol.præl.Soc.conſ.274.in cauſa dominæ Liſę.
9.col.2.vol.& ita diſtinguit,& concordat opin.tenentium contra Barr.&
Ang.in d.§.ſi quis negat.& allegat Bald.in c.1.§.ſi inſtrumentum.de nor.
feud.qui dixit ꝙ debet probari qualitas in teſte requiſita,quæ non præſu-
mitur, vt in ca.in literis de teſti. vbi debet probari teſtem familiarem eſſe
probatæ opinionis, quando in cauſa producitur, ex quo contra ipſum ex
familiaritate præſumitur,vt dicit Abb.in d.c.1. & idem dixit Bal. firman-
do in hoc regulam.in l.hi qui ad ciuilia.C.de appel.ꝙ vbi in actu requiri-
tur certa qualitas debet probari illam interueniſſe,vt per Ioan.And.& per
ſcri.in ca.1.de homi.in pr.& ſi probaretur actus ſine qualitate nihil eſſet,
ex quo qualitas nunquam præſumitur,quando eſt de neceſſitate actus, vt
per gloſſ.in cap.ſignificaſti.32.quæſtio.5.& in clem.fin.in ver.creatum de
vſur.& in clem.1.de hæred.& in cap.vt neceſſe de elect.in 6.& in cap.ve-
nerabilis de ſenten.excommuni.eod.lib.per Bar.in l.denunciaſſe.§. quod
tamen de adult.in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff. de infam. in l. libello-
rum.5.colum.de accuſ.in l.ſi is qui §.fin.de iure fiſc.in l.1.§. fi. per illum
text.ff.ne quid in flu. publi.& in l.fin.vbi Bal.& Sali. C.an ſer. Bald.in l.ſi
quis non dicam rapere.C.de epiſc.& cler.ſimiliter vbi quis eſt iudex ratio
ne certæ qualitatis debet ab initio de ipſa conſtare,& pronunciari, vt ſi ſit
iudex exequutionum ſuper ſententijs in cauſa mercantiæ latis, debet pri-
mo apparere antequã exequatur, ꝙ ſententia erat lata in cauſa mercantiæ

Ang.conſi.7.& 17.Barbat.conſi.53.3.volum.conſi.35.& 53.4.vol.Bald. in l.per omnes.C.de defenſ.ciui.li.10.ꝙ aduocatus denegatur inſigni latroni & defenſio,tamen debet ab initio conſtare de hac qualitate,ꝙ eſt in ſignis latro. Barb.conſi.47.1.vol.& per Iacob.in l.ſi fideiuſſ.§.prætor ait. ff.qui ſatiſd.cog.quia hoc non præſumitur,& ideo dicebat Alex.conſ.82.
27 viſo proceſſu 5.colum.3.volum.quòd † qualitas requiſita à ſtatuto debet probari ſpecifice interueniſſe,vt ibi per eũ,& per Abb.in d.c.at ſi clerici.5. colum. vnde ſequitur quòd ſi debet probari teſtes eſſe omni exceptione maiores,inſtrumentum non dicitur liquidum,ſecundo non poteſt appellari inſtrumentum ex quo non habet qualitatem requiſitam a ſtatuto, vt ſupra dixi,& propterea non poſſet præſentari, nec obſtat ꝙ teſtis ſubſcriptus dicitur approbatus a parte,etiam ꝙ non ſit idoneus non poteſt reprobari, vt dicit Alexan.in l.1.6.colum. C.de teſtam.nam debet probari partem ſciuiſſe defectum teſtium,aliàs ex ſubſcriptione ex inſtrumentis, non præſumeretur approbatio. ita ſingulariter tradit ipſemet Alex.conſi.191. viſis cauſis 7.volum.vel eſt verum vbi qualitas & idoneitas teſtium, non dicitur requiſita de ſolemnitate, vel de forma, prout in caſu noſtro:nam tunc non poteſt a parte,hæc forma,vel ſolemnitas omitti,vt in l.nemo poteſt de leg.1.& in l.2.§.& quia.C.de iur.Cal.& not.doct.in c.de cauſis ex
k tra de offic.deleg. [k] & hoc fuit introductum ad tollendas ſuſpiciones inſtrumentorum,vel melius propter modicam fidem,quam rex cognouerat erga notarios,& propter falſitates per eos commiſſas,vt dicit Andr.& fruſtra diſponeret conſtitutio inſtrumentorum robur teſtes inſtrumentarios eſſe omni exceptione maiores,ſi partium conſenſus hoc operaretur, vt bene ſciebat conditor illius conſtitutionis,quòd in contractu requiruntur teſtes,& in omni contractu accidit partium conſenſus, & tamen vltra proceſſit annullando inſtrumenta,ac partium cõſenſui derogando:vnde conſidero,quòd de rigore iuris inſtrumentum non poteſt liquidari, nec præſentari,contra quod obijcitur,teſtes in eo deſcriptos non eſſe omni exceptione maiores,ex quo non dicitur publicum, quia non habet formam à ſtatuto traditam,tamen multis lectoribus hæc deciſio videtur dura,& horribilis:vnde crederem quòd ſi eſſet vrgens ſuſpicio falſitatis contra inſtrumentum,& præſertim ſi teſtes in eo deſcripti,eſſent viles, & infames non peccaret iudex non procedendo ad interrogationem, nec ritus in hoc obſiſteret prædictis: propterea cogita, licet nunquam audiuerim, & erit in practica inuſitatum. Mar. Pr. V. I. D. & Patr. Neapol.

ADDI. vltimo arguendo, ex quo derogat, quia nullus actus, non poteſt dici actus,ex quo non rite factus argum.l.4.§.pen. de re iud.l. non putauit.§.non quemuis.ff.de contrah.ſicut dicimus de ſententia non lata ſecũdum.l.prolatum,cum ſimilibus,& adde Bar.in rubr.C.de reſcind.vendit. inſtrumentum nunquam habere exequutionem paratam ſi nõ habet omnes ſolemnitates etiam minimas, a iure & conſuetudine introductas, de

quo

quo Ang.in l.bene à Zenone.C.de quad.pręſcr.dicebat etiam poſtea ipſe illuſtris dominus author ſe vidiſſe apoſtillam domini Ioãnis Frecciæ, qui fuit prothonotarius,& conſiliarius Philippi Imperatoris Conſtantinopolitani,in anno 1360.quòd ſufficeret ſi notarius diceret in inſtrumento, teſtes ibidem ſubſcriptos eſſe literatos,& ſibi de hoc eſſe credendum, quod eſt magnum dictum:vide Pan.in dict. ſuo tract.6. decla. num.33. & ſeq. Abb. Paulus Fuſcus V. I. D.

ADDITIONES.

a Quòd teſtis in inſtrumento deſcriptus dicitur omni exceptione maior, & ita præſumitur,quando nihil opponit contra Cur.conſ.56.Alex.conſ.43.4.volum. & quòd teſtes ſint literati,vnde ſolet dari cautela,quòd in inſtrumento adſint presbyteri, quia de iure præſumitur eſſe literatos,vt inquit Berar. Pan.in dict.ſuo tract.6.declar.num.38.cum ſeq.Abb.Fuſ.

b Abb.in c.item cum quis,de reſtit.ſpol.& conſ.44.1.vol. Dec.ple.conſ.8.& quòd ante omnia ſit probanda qualitas,ꝙ inſtrumentum eſt publicum,idem Abb.conſ.61.2.vol.Aret.conſ.69.75,& 77.Abb.Fuſc.

c Et repellitur a teſtimonio tam criminali,quàm ciuili arduo. Bal.in c.ad noſtram.in princ.de probat. dixi in meo repertorio in litera.c.nu... Abb.Fuſc.

d De hoc dicto meminit ſum. Port.in c.qualiter & quando de auct.Andr.ſæpe in conſtit.intentionis noſtræ in verb.pro agendis,& in cõſtit.ſi vaſſallus.3.col.Abb Fuſc.

e Intantum hoc dictum eſt in ſe verum, in quantum pars ſciuerit teſtes eſse conſanguineos ſeu amicos creditoris,alias non procedit.Alex.conſ.191.7.vol.Abb.Fuſc.

f Statutum annullans contractum ipſo iure ſi non ſeruatur certa ſolemnitas, dicitur hoc pro forma ſtatuiſse.Bal.in c.1.qui ſucc.ten.Abb.Fuſc.

g Iſta qualitas dicitur eſse excepta à mente ſtatuti, & quòd adſit primo debet probari,& poſtea exequi vigore inſtrumenti. Inno.in c.1.de for.comp. quia accidentia magnam partem afferunt ad cognoſcendum, quid quale eſt, ſecundum Philoſ. Abb. Fuſc.

h Sic eſt quæ dicebat alter quando pater petit præſtari ſibi alimenta a filio, primo dicitur conſtare ipſum eſse patrem,de quibus actionibus, & ipſis formandis eſt glo. in § præiudiciales,vbi Ang.Inſt.de actio. Abb. Fuſc.

i Idem Bald.in l.pen. C.de poſ.quòd licet depoſitum ſit illico reſtituendum propter tui fauorem, debet tamen primo conſtare fuiſse depoſitum, & ad hanc regulam, quòd quilibet præſumatur bonus vide latiſſime per Mant.lib.1.loc com.iur.c.3. fol. mihi.410. Abb.Fuſc.

x Eo magis,quia quęſtio dicitur habere clauſulam annullatiuam,vt in proh.ipſar.conſtit. & ideo partium conſenſus nihil operatur. glo.in c.dilecto. de præben. & fuit allegatum tum in ardua cauſa. Abb. Fuſc.

PARS SEXTA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum quod præſentatur debet eſſe iuratum, vel pœnale.*
2 *Cauſa criminalis, quando dicatur.*
3 *Ritus factus ad terrendos debitores.*

4 *Inſtru-*

4 *Inſtrumentum de iure communi non habet exequutionem paratam.*
5 *Inſtrumentum iuratum habet exequutionem.*
6 *Opinio authoris.*
7 *Confeſſio facta apud acta iudicij habet exequutionem paratam.*
8 *Conuentio partium ſi non eſt prætoria eam non habet.*
9 *Inſtrumentum depoſiti habet exequutionem paratam.*
10 *Idem in inſtrumento dotis.*
11 *Idem in inſtrumento teſtamenti.*
12 *Idem vbi eſt iuramentum à parte parti delatum.*
13 *Idem in inſtrumento precarij.*
14 *Idem de contractu facto coram iudice.*
15 *Contractus præſumitur habere omnes ſolemnitates.*
16 *Iuramentum ſi non probatur non præſumitur.*
17 *Notarius cum extendit clauſulas, non poteſt extendere iuramentum.*

1 QVòd inſtrumentum †. præſentandum ſit iuratum, vel pœnale eſt ſexta pars principalis huius materiæ, vt ad interrogationem poſſit procedi; & diſpoſitio huius ritus eſt fundata principaliter ſuper auctoritatem iuramenti, & poſtea ratione pœnæ, & ideo ſi produceret inſtrumentum quantumcunque liquidum, & non eſſet in eo iuramentum, vel pœna, non poſſet ſub ipſius forma procedi, quia hic ritus inhereſcit criminalitati propter iuramẽtum, pœnam & periurium, primo in modo comparendi, ex quo ex parte debitoris non admittitur procurator (vt dicit ritus) & eſt in viridi obſeruantia, quod ſi eſſet cauſa ciuilis eſſet ſecus, l. fi. C. de procur. l. penul. §. ad crimen. ff. de publ. iud. ſecundo reſpectu creditoris, qui dicitur perſonaliter adeſſe pro liquidando inſtrumento, quia per procuratorem non poteſt. tertio ratione pœnæ, & mutilationis manus contra debitorem non obſeruantem, de quibus pœnis tex. eſt melior de corpore iuris, qui enumerat omnes pœnas quas incurrit, veniens contra promiſſionem iuratam in l. ſi quis maior. C. de tranſ. & habetur. in c. quanto, & in c. quæ r lam. de iureiur. & in c. ſummæ. 22. q. 1. not. mod. in l. ſi duo præſenti. §. ſi quis iurauerit. lo 2. ff. de iureiuran. Quarto reſpectu eius, quod quæritur fiſco, & curiæ in qua præſentatur inſtrumentum, ſi probè vel improbè fuit præſentatum, per
2 doctrinam Bartol. in l. agraria. ff. de term. mot. quòd vbi † pœna venit applicanda fiſco cauſa dicitur criminalis, de quo late per Alexand. qui diſcurrit in lege tertia, ff. de ſep. viol. per Dec. & Aretin. in rubrica extra de
a iudi. [a] Quinto reſpectu detentionis perſonæ in carceribus, quod eſt ſecus in cauſa ciuili, & non aliter perſonaliter exequatur, quam ſi facta diſcuſſione nihil in bonis appareat, vt habetur in l. a diuo pio in §. ſententiam, & in §. ſequen. ff. de re iudic. & eſt glo. ſing. in l. tertia. §. tutores. ff. de ſuſp. tut. Sexto reſpectu defenſionis faciendæ in carceribus prout fit in

cauſa

b cauſa criminali [b] in l.diuus.ff.de cuſt.reor.& not.in l.additos.C.de epiſc.
& cleri.& in capit.regni in generalibus inquiſitionibus, & in capit.ab illo
inchoandum,& in conſtitu. regni humanitate, cum vulg. & factus † fuit
3 hic ritus ad terrendum debitores, ne periurijs animas ſuas illaqueent, &
vt proni ſint ad promiſſa obſeruanda (vel magis ex auaritia) & in hoc ri-
tus videtur habere concomitantiam cum iure communi propter autho-
4 ritatem iuramenti, nam licet de iure communi inſtrumentum † non ha-
beat exequutionem paratam, vt eſt text.in l. minor. vigeſimoquinto an.
c cui fideicommiſſum.in verb.initium nouæ petitionis.ff.de minor.[c] quem
text.dicit ſingularem,& meliorem de corpore iuris Angel. in l.ſi cum do-
tem.§.eo autem tempore. ff. ſoluto matrimonio. Mod. in l. ait prætor.§.
primo.ff.de re indic.aliquid Dec.conſilio 322.in 2.Iaſ.conſilio nono,vo-
5 lumine primo, tamen ratione † iuramenti in eo appoſiti habet exequu-
tionem paratam, ita tenet Bartol. in l.ſecunda & l. ſed & ſi poſteriori. §.
primo, & in l. nam & poſtea.§. ſi petitor, & ibidem Paul. de Caſtr. ff.de
iureiuran.Bald.in lege prima.C.de rebus cred. Roman.in rubrica de arbi.
vigeſimaſexta columna, & idem ſequitur Anton. de Canar. in tracta. de
inſtrum.exeq.quæſt.270. Alexand.in dicto §.eo autem tempore, & in l.
poſt rem.ff.de re iudic. Angel.de Aretin.in §.item ſi quis. inſtit.de actio.
& hoc idem fuit de mente Bartol.in l. poſterior.§.& ſi poſterio. ff. de ac-
quiren.poſſeſſio.& in lege prima,in princip. de confeſſ. Bald. in lege pri-
ma. C.de exeq. rei iudi.& hanc concluſionem, quòd vbi in contractu eſt
iuramentum, & mereatur, & habeat exequutionem paratam defendunt
Alexand. & Iay. in lege ſecunda. ff.de iureiuran. licet de veritate huius
dicti poſſet dubitari per ea quæ voluit Bald. in capitulo primo.§. item ſa-
cramenta,penultima columna. de pac. iur. firm. quòd tunc iuramentum
habet exequutionem paratam, quando tendit ad deciſionem litis præ-
ſentis,vel futuræ, non autem quando continet aliquid promiſſorium de
futuro,quod dictum ſequitur Socyn. conſilio 120.10. columna, primo
volum.& conſilio 231.3.colum.& conſilio 255.1.colum.2. volum.cre-
6 derem † tamen prædictam concluſionem doct.vt communem poſſe cor-
roborati,quòd vbi in contractu eſt iuramentum,tunc habet vim litis con-
teſtatæ,& confeſſionis in iudicio factæ,vt in l. nam & poſtea. §. ſi quis iu-
7 rauerit.ff.de iureiur.ſed confeſſio † facta apud acta iudicij habet exequu-
tionem paratam,vt eſt tex.ſin.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de par.
Pau.de Caſt.qui optime declarat.in l.eum pro quo.ff.de in ius voc.not.in
c.ſuper eo.de teſti.& in cap.primo de exceptio. per Barb.ergo,& ſimiliter
inſtrumentum vbi eſt appoſitum iuramentum, & pro hoc dicto eſt text.
d in d.l.quis maior.C.de tranſact.in verb.mox.per ipſam dictionem,[d] & in
l.prima.C.de poſſ.& aliquid adducit Bau.de effec.& iureiuran.in ſuo au-
reo tract.quæ omitto,& in hoc bene credo, quòd ritus cõcordat cum iure
cõmuni,ſed quatenus dicat poſſe exequutiue procedi ratione pęnę eſt ma-

gis

8 gis dubitandum, quia quamuis partium conuentio † niſi ſit prætoria non habet exequutionem paratam, vt eſt tex. in d. l. ſi minor. 25. an. & in l. 3. §. ex conuentione. ff. de re iudi. & in l. ſi prædicta quo pœnam. C. de pact. & in l. 1. C. de exeq. rei iud. & per ea quæ allegat Bart. in rep. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. ſed debet procedi ſecundum formam. l. ſi debitori. ff. de iud. per modum præcepti, ſecundum generalem conſuetudinẽ, & non exequutiue de facto, vt dixit Bal. in l. 1. C. de confeſſ. & in l. 1. C. de
9 exeq. rei. iud. habet tamen † inſtrumentum depoſiti, exequutionem para-
e tam [e] vt eſt tex. in l. pen. & ibi Bar. ff. de depoſi. & in l. ſi quis. C. eo. Bald. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. Ang. & Imol. in d. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſol. ma. & in l. ait prætor. ff. de re iud. quod eſt verum de depoſito non autem confeſſato, vt voluit Bal. conſi. 332. . . . habet etiam exe-
10 quutionem paratam † inſtrumentum dotis, vt in l. ſi quis poſt hac. C. de bon. proſcr. & ſequitur Roma. conſi. 184. incip. ſpectabilis. Item eandem
11 vim obtinet † inſtrumentum teſtamenti non abolitum neque cancellatũ, aut in aliqua ſui parte ſuſpectum ab hærede productum, vt eſt tex. in l. ſi.
f C. de edic. di. Adri. toll. ſecundum Bal. ibi [f] & Bart. in d. §. eo autem tem-
12 pore. Item † inſtrumentum in quo continetur iuramentum a parte parti delatum, habet exequutionem paratam, & valde miratur Bar. quòd hodie hi contractus non fiant in l. 2. & ibi late Alex. ff. de iur. iur. Bal. in l. 1. C. de
13 reb. cred. cum concordantijs traditis per dom. Alex. in d. l. 2. Item † inſtrumentum precarij contra precario rogantem, & poſſidentem, habet exequutionem paratam, vt ample proſequitur Bar. & ibi doct. in l. creditores.
14 C. de pig. ſimiliter contractus † factus coram iudice habet exequutionem paratam, vt in l. ſi cum vendente. C. vbi cauſ. fiſ. fuit tamen iudicatum inſtrumentum poſſe præſentari, licet reus petierit abſolutionem a iuramento, quia non eſt neceſſarium iuramentum ad hoc ſi eſt pœnale. vide Abb. in c. 1. de iur. iur. Puto tamen ad vnum, quod eſt ſingulariter bene aduer-
15 tendum, quòd licet † in contractu præſumatur interueniſſe omnes ſolemnitates, cum appoſitione clauſularum ſolitarum, tamen iuramentum
16 † numquam præſumitur fuiſſe interpoſitum, niſi probetur, quamuis interponi ſolitum ſit, quia eſt ſolemnitas extrinſeca, vt in l. ſi ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verb. oblig. pro doct. in l. ſciendum. ff. eo. tit. & tenet ſingulariter Ant. de Butr. in c. pen. de iur. iur. & ſequitur Soc. conſi. 83. 3. col.
17 1. volum. nec † notarius in appoſitione clauſularum poteſt illud extendere, aut apponere idem Socin. conſi. 247. colum. primo volum. quod bene not. Mar. Freccia.

ADDITIO. De notario apponente clauſulas ſolitas, & quòd tenetur, & intelligitur a partibus rogatus vide ſupra 4. part. num. 3. & 4. eo magis in inſtrumento iurato, quia vltra dicta per dom. authorem, quòd iuramentum habet vim litis conteſtatæ, operatur etiam illam clauſulam generalem, vt actus valeat omni meliori modo, quo valere poteſt, ſed pro credi-

tore

tore ita operatur, ergo &c. Cagno. in l. ſi quis maior. num. 144. C. de tranſ. per l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. & ad hanc partem. vide Pan. 1. par. 11. declar. ſui tractatus. Abb. Fuſc. V. I. D.

ADDITIONES.

a Mar. 4. par. 1. diſt. in prin. in ſuo Spec. ibi do. Foll. in addit. Abb. Paul. Fuſc.

b Diſtingue in cauſa criminali, an veniat puniendus pœna corporis afflictiua, quia tūc verum, quòd faciet defenſiones in carceribus, aliàs liberatur ſub fideiuſſoria cautione, vt eſt cautum.

c De hoc dixi in meo repertorio. in litera i. num. . . . vide Corn. conſi. 99. num. 3. volum. 3. Abb. Fuſc.

d Hæc dictio mox importat ipſo iure, vt in d. l. per ſcrib. & ibi præceptor meus. num. 82. Abb. Fuſc.

e Dico idem procedere ſi ſit depoſitum ſimulatum, vel irregulare. l. Lucius. la 2. ff. de poſſ. Iacob. Mand. conſ. 3. nu. 12. Abb. Fuſc.

f Idem eſt in inſtrumento legati, aut fideicommiſſi relicti. §. illud in authen. de hæred. & falci. gl. in verb. decreto. Socyn. conſ. 103. 1. col. 3. vol. Abb. Fuſc.

PARS SEPTIMA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum quod præſentatur debet eſſe liquidum.*
2 *Inſtrumentum liquidum, quod dicatur, & nu. 3.*
4 *Sententia non dicitur liquida, quando aliquid poteſt contra opponi.*
5 *Sententia quando dicitur liquida.*
6 *Compromiſſum faciendum vigore ſtatuti inter coniunctos non procedit in debito liquido.*
7 *Probatio quando dicatur.*
8 *Diuus Hieronimus Speculum pœnitentiæ.*
9 *Liquidum nomen vnde deriuetur.*
10 *Inſtrumentum in cauſa productum facit rem liquidam.*
11 *Inſtrumentum facit rem manifeſtam.*
12 *Secus ſi contra aliquid poſſit opponi.*
13 *Spoliatus ante omnia reſtituendus, & an ſemper verum.*
14 *Qualitas requiſita debet eſſe tempore actus*
15 *Statutum loquens de inſtrumentis intelligitur liquidis.*

1 QVòd inſtrumentum præſentandum † ſit liquidum ſine alio longiori tempore, hæc eſt ſeptima pars aliud requiſitum continens, & quia multotiens præſentato inſtrumento dubitatum vidi, quod dicatur inſtrumentū liquidum, vt ſecundum formam ritus præſentari poſſit, & dicunt communiter
2 cauſidici, ꝙ † illud dicitur liquidum,[a] quod non eſt pactionatū, aliquan-
a do tamen vidi diuerſimode allegari, & quoniam huius verbi liquidum intelligentia neceſſaria eſt, & multas aperitq. & hæc diſceptatio quotidie in iudicijs verſatur, ideo plenius attingam, vt vtar verbis Pauli iureconſulti. in l.

in l.legaui.ff.de lib.leg.Marcellus iureconſultus in l.diuus.ff.de offic.pręſid.optime hoc verbum commemorat, & ex deciſione ſua colligo vnam
3 regulam,quòd illud dicitur eſſe liquidum,† quòd quacunque exceptione oppoſita tergiuerſari non poteſt, & ſi in dubium refricari poteſt non dicitur eſſe liquidum,hoc probatur in d.l.diuus.in verb.ſi tibi liquido compertum eſt,& in verb.nec ſubeſt vlla ſuſpicio,& hic eſt melior tex.de corpore iuris,qui in hac materia adduci poſſit. Addo ad illum text.quod tra-
4 dit Ang.in l.1.ff.de tranſ.quòd † licet ſententia, quæ exequutionem meretur,vel inſtrumentum quarantigiatum poſſit cenſeri res liquida, ſi tamē poſſibile eſſet aliquam poſſe opponi exceptionem non diceretur liquida, & poſſet ſuper ea, vel eo fieri tranſactio, de qua in l.ſi cauſa cognita. C.de tranſ.tamen non allegat tex.in d.l.diuus.idem dicit Ang. in l.ampliorem. C.de apppel.quòd non poteſt dici liquidum inſtrumentum, quod exceptione aliqua elidi poteſt,Sequitur Soc.conſ.4.& conſ.51.2.col.1.vol.& brixi.in tract.de arbit.q.50.niſi exceptio eſſet notorie calumnioſa, allegat Bart.in l.poſt rem.ff.de tranſ.idem tradit Bart.in l.4.§. ſi ex conuentione.
5 ff.de re iudi.quod tunc ſententia † quo ad debitum in ea contentum dicitur eſſe liquida,quando ab ea appellari non poteſt,idem dixit Bal.in d.l.
6 poſt rem,quòd ſtatutum mandans † fieri compromiſſa inter coniunctos, vt eſt in regno prag. odia litium, non vendicat ſibi locum in eo debito liquido, quod exceptione vel negatione infringi non poteſt, de quo per Bal.in l.eleganter,in vtraque lectura.ff.de cond. indeb. per eundem Bald. in l.Ancillæ.C.de furt.per Bar.in d.l.ſi cauſa cognita, & in prima conſtit.
b C.Alex.omnino conſ.309.2.volum.[b] Curt.conſ.69.& in l.alienam.C.de procur.& in l.1.de tranſ.per Iacob.& ad quæſtionem de compromiſſo vi de Barba.conſil.73.3.volum.& conſ.53.4.volum. quòd non fit compromiſſum,quando vi pacti,quis poteſt ingredi poſſeſſionem allegat Ancha. conſ.71.incip.pro clariori,& idem Barb.conſ.85.4.volum.& conſ.42.1. volum.& ideo ſi producitur inſtrumentum,contra quod nihil poteſt opponi,vel ſententia,quę executionem meretur,ex qua appellari non poteſt, non fieret compromiſſum ſecundum formam a ſtatuto traditam,quia ſuper liquido non fit compromiſſum,vt eſt text.in d.l.poſt rem. ff. de tranſ. Bar.in l.ambitioſa.5.colum.de decret.ab ord.fac. Rom.in rubr. C.de arb. 20.colum. Imol.in c.ſuper extra de tranſ. Cano.in c.interpoſita de arbit. aliquid per Alex.conſi.99.4.volum. Soc.conſ.4.1. volum. & pro confirmatione præfatæ concluſionis, quòd illud dicatur liquidum, quod vlla exceptione non poteſt in dubium refricari, addo bonum text. in prima conſtit.ff.in §.diſcipuli,quòd illud quod eſt elimatum ab omni turbido, quod nulla mixtione violari poteſt,dicitur eſſe liquidum,ad idem accedit bonus text.in l.fin.C.de compenſ. quòd illud quod eſt extra ambages, & iudici in cauſa facilem exitum præbet dicitur eſſe liquidum, vt in l. ſi de
7 meis.§.fin.ff.de arbi.& ideo † probatio iuris, & de iure dicitur eſſe liquida, vt

da, vt eſt text. glo. & ibi Bald. in l. ſi tutor petitus. C. de admin. tut. idem in l. 1. C. de rep. hær. ꝙ illud, quod rationabiliter conſtat dicitur eſſe liquidũ, & in l. 1. C. ſi ſec. nupſ. mul. ad idem tex. in c. ſi beneficia. de præb. in 6. ꝙ illud, quod abſque dubitatione, & contrarietate iuris eſt, dicitur eſſe liquidum, vel certum, vt dicit Ioan. Andr. in c. ſi epiſcopus de præb. eo. lib. per
8 tex. in c. de cætero. 1. q. 1. addo ad prædicta, quòd tradit pœnitentiæ † Speculum diuus Hieronymus in leuitico, quod illud quod eſt abſque macula dicitur eſſe liquidum, ibi omne liquens, quod bibitur de vniuerſo vaſe,
9 immundum erit, vt in l. nam liquide. ff. de pen. leg. & hoc nomen † liquidum deſcendit vel à liquo, as, li, ſyllaba correpta, ſignificat liquidum facere, vt cum aurum & plumbum ſimul iunctum diſſoluitur, vt dicit Luc. lib. 7. vel a liqueo, es, quod ſignificat aliquã claritatem mollem ad inſtar olei diſcurrentis, vt tradit Hiero. vbi ſupra, & dicitur liquidum ab eo, ꝙ eſt certum, & manifeſtum, vt ait Terent. in Eun. illum liquet mi deierare his mẽſibus ſex non vidiſſe proximis, & in Andri. vt liquidum poſſim iurare, & ſimiliter dicitur liquidum illud, quod eſt purum, vt dicit Virgil. quarto Georg. Dulcia vina premes, nec tantum dulcia, quantum, & liquida, ideſt ſine ſordibus, ſicut de veſtimentis puris, quæ a ſacerdotibus ad ſacrificia ſumebantur (vt dicebant antiqui) vt debeant eſſe pura, & liquida ideſt non obſita, non fucata, & maculam habentia, & tantum eſt dicere liquidum, quod eſt purum, vel ſimplex, quod interpretatur ſine aliqua plica, vt exponunt doct. in l. prima. ff. de vulg. & pupil. & ideo eſt bene aduertendum
10 quod licet † inſtrumentum in cauſa productum [c] rem liquidam, & cla-
c ram faciat, vt eſt tex. in c. licet cauſam, vbi de hoc bona litera extra de teſti. & in c. cum dilecti extra de don. & in c. cum olim extra de cenſ. & in l. fin. C. de reb. cred. & per ea quæ eleganter tradit Bal. in l. generali. C. de ſacro-
11 ſanct. eccl. & in l. intereſt in vlti. not. C. de ſolutio, ꝙ † inſtrumentum facit rem manifeſtam, & dicitur probatio probata, Barr. in l. 1. in verſ. venio ad q. ff. de no. ope. nun. ſequitur idem Bald. in l. quotiens. C. de iud. & in l. imperator ſecunda colum. ff. de ſtat. Gem. Anto. de Butr. in c. auditis, vbi tex. de hoc. de reſtit. in integ. & in c. cum contingat de reſcr. & in c. cum dilecti.
12 de donat. vt procedat † hæc regula, quando nihil contra inſtrumentum, vel priuilegium in cauſa productum obijcitur, vt per eundem Ant. de But. in c. licet cauſam. 32. colum. extra de probat. & in d. c. cum contingat, & c. cum dilecti. nam licet inducat notorium, ſicut confeſſio, & acta iudicij, vt in c. cum olim, & ibi dom. Abb. extra de cenſ. Bal. in auth. ad hæc colum. 5. verſic. nunquid quæro. C. de vſu. allegat text. in l. qui ſententiam. C. de pœn. & ſequitur Ang. in l. fi. in glo. fin. ff. de petit. hæred. acta iudicij ita demum inducunt notorium ſi nihil opponitur, & confeſſio non reuocatur, ita dicit Ioan. Andr. & Hoſtien. in c. cum contingat. d. c. cum dilecti. d. c. li-
13 cet cauſam qui dixit, ꝙ † quando reus conuentus ſpolio producit inſtrumẽtum ſui dominij liquidum dicitur conſtare de iure ſuo liquido, vt impediatur

pediatur reſtitutio, etiam ſi ante litis conteſtationem producat, licet ſua exceptio ſit peremptoria, poteſt probari tamen ante litis conteſtationem, vt dixit idem Ant. de Butr. in c. fi. col. pen. extra de lib. oblati. & in c. exceptio. col. antepenul. de exceptio. & in cap. ſuper literis. col. 18. de reſcr. nam hoc procedit, quando actor nihil ſaltem colorate opponeret, vel allegaret, contra inſtrumentum pro reo productum, & ideo cautius ageret ſi opponeret contra inſtrumentum pro reo productum ante litis conteſtationem, cum aliàs videretur fateri intentionem producentis, quando contra inſtrumentum nihil producit, ex quo induceret in cauſa exceptionem notoriam, liquidam, claram, euidentiſſimam, & manifeſtam, vt ſingulariter dixit Io. Andr. in addit. Specul. in tit. de except. §. dico, verſ. ſed an reus, & ſequitur Anto. de Butr. in c. paſtoralis de exceptio. tamen de iſta claritate, & liquiditate non loquitur hic ritus, ſed quando inſtrumentum de ſe apparet ita lucidum, & clarum, quòd nulla exceptione ex ipſo inſtrumento reluctante poſſit actor ſubmoneri in promptu, vt dixit Bal. in d. l. poſt rem, & ſufficit tempore, quo præſentatur apparere liquidum, licet ex poſt facto, ſit dete-
14 ctum eſſe inliquidum, cum qualitas ſufficiat † eſſe vera tempore actus, e
e quamuis ex poſt facto appareat eſſe falſa, vt in l. quotiens, & ibi Bart. ff. ſi quis cautio. & not. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocan. & per Bal. in l. 2. col. 2. C. de exeq. rei iud. & in hoc ritus apponendo verbum liquidum concordat
15 cum iure communi, nam quando † ſtatutum ſimpliciter dicit inſtrumentum deberi demandari exequutioni intelligitur ſi eſt liquidum, & non aliter, vt per Bart. in l. per inde. §. 1. ff. ad l. Aquil. & tradit ſingulariter Bald. a quo cæteri dependent, & ſumpſere auctoritatem. in d. l. 2. C. de exeq. rei iud. Marſil. in l. vnius. §. cogniturum. nu. 25. cum ſeq. ff. de quæſtio. Barb. conſ. 79. 3. volum. conſ. 28. 1. volum. poſt Bal. in l. ſi quidem. C. de except. num. 5. Bar. in rep. l. 3. 3. col. C. de pign. cum inſtrumentum non liquidam contineat obligationem ſed velatam, quæ teſtibus, & inſtrumentis detegi poteſt, vt dicit Bald. per illum text. in c. cum a nobis, extra de teſti. & illud quod eſt velatum, & non eſt plene diſcuſſum non habet exequutionem, vt eſt tex. in l. nimis propere. C. eo. tit. & ex prædictis patet, quod cenſetur inſtrumentum liquidum, ad hoc vt poſſit præſentari, nam intelligitur illud, quod continet certam quantitatem dependentem ex obligatione vnius tantum, ſecus ſi continet in ſe factum extrinſecum, vel vltro citroq; obligatorium, nam tunc dicitur inliquidum, & non poteſt præſentari, & quia neceſſe aliquos contractus communes, & generales quæſtiones ſæpe ſæpius hæſitari vidi, & contigit, an ſint liquidi, ideo paucis contentus breuibus pro aliquali intelligentia ſuccinctè aliqua declarare decreui. Mar. Frec.

ADDI. De inſtrumento liquido, quod dicitur liquidũ, & quæ ſit huius verbi etymologia, & quot modis ſit debitũ inliquidũ, & an inſtrm poſſit præſentari, quod venit aliunde liquidandum. vide Pand. in ſuo tract. de præſ. inſtr. 3. par. 21. declar. per tot. vbi ſuccinctè enarrat. Paul. Fulc. V. I. D.

Poteſt

ADDITIONES.

a Poteſt etiam dici, quòd dicitur liquidum conſiderato præſenti ſtatu. deci. conſ. 618. 2. vol. Alciat. in l. palam. ff. de verb. 519. & quid ſi reſultat ab intellectu iuris Fely. in c tranſlato de conſtit. Alexan. in l. poſtulante. ff. ad Treb. Iaſ. in §. fuerat. inſtit. de actioni. Abb Fuſc.

b Vide plene, & omnino Marſi. ſing. 467. viget ſtatutum. fo. mihi. 649. in mag. impreſ. allegat Felyn. in c. ſicut, & in c. inter monaſterium extra de re iudi. Paul. Fuſc.

c Probatio facta per inſtrumentum præſentatum dicitur miraculoſa, cum credatur teſtimonio pellis mortuæ, ita inquit Crau. conſ 56. nu. 21. 1. vol. vbi ſubdit eſſe contra ius diuinum, vt ibi per eum, & ideo in dubio ſemper iudicandum pro inſtrumento. Iacob. Mand. conſ. 99. num. 1. Paul. Fuſc.

d De qualitate interueniente tempore actus quòd ſufficiat. Barto. in l. extra titulo de vulg. & pupil. Andr. in cap. imperialem. §. præterea. colum. 2. verſ. & ſecus ſi tempore de prohi. feud. alı. per Fede. Paul. Fuſc.

QVAESTIONE PRIMA.

SVMMARIVM.

2 *Contractus emptionis, & venditionis an ſit liquidus,*
1 *Exceptio precij non ſoluti, oritur ex eodem inſtrumento, & non dicitur excluſata a ſtatuto.*
3 *Vſufructuarius tenetur cauere de fruendo arbitrio boni viri.*
4 *Reus eſt priuilegiatus in exceptione ſicut actor in actione.*
5 *Statutum quam exceptionem excludat.*
6 *Exceptio notoria admittitur per ſtatutum.*
7 *Citatus vt reſpondeat excommunicato non tenetur comparere.*
8 *Inſtrumentum ab vtraque parte obligatorium non liquidatur.*

1 PRimo quæro an contractus † emptionis, & venditionis ſit liquidus, ita quòd præſentari poſſit, & concludo quòd non, nam vt emptor agat ad rem debet prius precium ſoluiſſe & econuerſo, vt venditor agat ad precium, debet prius rem tradidiſſe, & ſic contractus eſt vltro, citroque obligatorius, & quilibet debet ex parte ſua adimplere, ad hoc, vt agat, de quo implemento non loquitur inſtrumentum, caſus in l. Iul. §. offerri. ff. de act. empt. & in l. qui pendentem. eo. tit. & in l. ædiles etiam. §. fin. ff. de ædil. edict. & l. filiæ licet. C. de coll. & ideo ſi producitur inſtrumentum contra emptorem non poteſt illud liquidare, quia obſt. exceptio rei non traditæ, & econtra ſi aduerſus creditorem obſtaret emptori exceptio precij non ſoluti, ita ꝙ non poteſt liquidum illud appellari, quia non apparet de implemento agentis, ita dicit Bal. in l. ſi traditio in proprijs terminis. C. de act. empt. & in l. ſi ex prædijs. C. de euict. ſequitur Alex. conſ. 119. viſo proceſſu. 2. colum. primo volum. deci. conſi.

19.conſi.& conſ.119.1.lib.Barb.conſi.86.6.col.3. vol. hoc idem voluit
2 Bal.in auth.præſente.C.de fideiuſſ.ꝙ iſta † exceptio precij non ſoluti, vel
a rei non traditæ, oritur ex eodem inſtrumento, & ex eodem fonte [a] quan-
tuncumque a ſtatuto intelligitur reiecta, vt voluit Bal.in l.peremptorias.
verſ.quærit vbi plene diſcurrit.C.ſent.reſci.non poſſ.& in l.1.C.de iur.&
fact.igno.quinimo cenſetur priuilegiata a ſtatuto, ſicut ipſa actio, vt con-
cludit Alex.conſ.95.& conſ.119.1.vol.conſ.207.vol.& huius dicti ratio
eſt nam ipſe actor proponendo ſe ipſum excludit, vt per Rom.in l.ſi vero.
§.de viro.32.fal.ff.ſol.ma.pro quo eſt tex.in l.ſi procurator.§.ſed ſi alius.
ff.quando app.ſit,& melior litera Vlpiani ad hoc in l.veteres niſi.ff.de iti.
actuq; priua.ad hoc accedit, quod dixit. Bald.in l.ex placito.C.de rer. per-
3 mut.quòd ſi actor petit † vſumfructum ex inſtrumento quarentigiato, po
teſt excepi, quòd tenetur cauere, de vtendo fruendo arbitrio boni viri,&
ideo donec caueat inſtrumentum non habebit exequutionem, vt voluit
idem Bal.poſt Bar.in l.1.C.de vſu.acu.& quia iſta exceptio oritur ex eo.in
ſtrumento, quę includitur a ſtatuto, vt eſt tex.in l.eũ qui.§.fi.& ibi doct.&
in l.ſed ſi poſteriori.§.item ſi iurauero vbi idē Rom.de iureiu.& in al.32.
fal.Marſi.in rub.C.de proba.nu.159.& ſicut eſt priuilegiatus actor in ſua
4 actione ita, † & reus in ſua exceptione deſcendente ex inſtrumēto actoris,
vt dicit Bal.in c.cum inter,3.& 4.col.extra de except.Imol.in c.cum Ioan-
nes extra de fid.inſtr.bene declarant Paul.de Caſtr.& May.in l.ſi duo præ-
ſenti.§.ſi quis iurauerit. ff. de iureiur.& ad hoc dictum concordat ſing. li-
tera in l.venditores.de verb.ſign.& quod dixit Bal.in d.l.ſed ſi poſteriori,
& ind.§.ſi quis iurauerit,& huius concluſionis, ꝙ exceptio nata cum in-
ſtrumento ſit priuilegiata ſicut ipſa actio, ratio rationis eſt, nam ſtatutum
5 † illam exceptionem intelligitur excludere, quæ eſt velata,& in abſcondi-
to, non autem illam quæ eſt in aperto,& apparet ex eodem fonte, vt dixit
Oldr.per glo.ſing.in l.1.§.interdictum.in verb.ſine.ff.de tab.exhib.tenet
Alex.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.& in conſ.77. in cauſa, & lite 2.
6 volum.& exceptio notoria † admittitur à ſtatuto per reg.l.non dicitur. ff.
de ſolut.licet Bal.in l.data opera.col.pen. C.qui accuſ. non poſſ. ſequitur
Alex.conſ.113.2.col.5.vol. Dec.in c.ſi quando,& in c. ex parte lo ſecun-
do extra de offic.deleg.idem Roma.conſ.42.viſis quæ egregiæ, quod ex-
ceptio oriens ex inſtrumento, ex quo eſt notoria,& aperta, excludit acto-
rem petentem exequutionem inſtrumenti quarentigiati, vt dixit idem
Roma.conſi.41.& conſ.76.in cauſa nobilis 3.colum. Imol.in l.fin.ff.qui
& à quibus, ſequitur Alex.conſ.77.viſis dubitationibus 3.volu.tenet Pet.
de Ancha.conſ.212.incip.de iure communi. Barba.conſi.52.3. colum.4.
b volum.Soc.conſ.3.& conſ.51.1.vol.[b] & dixit Bal.in l.1.C.ne lic.3.prou.
à ſtatuto nunquam excludi nullitatem notoriam,& in l. ſi vnus.§.pactus
ne peteret.ff.de pact.& in l.ex prædijs.C.de euict.quòd exceptio quæ ori-
tur ex inſtrumento, non reijcitur a ſtatuto, licet vigore ſtatuti non poſſit
illud

illud tanquam confeſſionatum aliquid opponi. Bart. in l. 1. ff. de nou. ope. nun. per dictum Inno. in c. 2. de dilatio. q. ſi citatur dominus, quòd reſpon
7 deat ſeruo vel † excommunicato, non tenetur comparere, ex quo exhibet nullitatem ex inſpectione ipſius, quia eſt excommunicatus, idem dixit in c. p. & g. de offic. deleg. Ioan. Andr. in addi. Specu. in tit. de ſenten. §. vt autem. & ponit multa ad hanc materiam Barb. conſ. 18. 1. volu. conſi. 38. 4. col. 2. vol. deci. conſ. 339. 2. vol. cum ſimil. & ſic patet ex prædictis, quòd inſtrumentum emptionis, & venditionis parte opponente non poteſt liquidari, nec poterit ad interrogationem procedi, niſi ex ipſo appareat rem traditam, & precium ſolutum, quinimo res petita poterit legitime retineri iure pignoris, nec potent conuentus detineri in carceribus. per text. in d. §. offerri, vbi eſt bona litera, & hinc dicit Iac. in l. legitima. de pact. quòd inſtrumentum † referens inſtrumentum ex vtraq; parte obligatorium, non poteſt exequi ſi non apparet de implemento partis, vnde vera eſt communis concluſio, de qua per Bal. in d. authen. præſente. Mar. Frec.

ADDITIONES.

a De hoc ſupra 5. part. num. 17. Paul. Fuſc.

b Sic dicitur de exceptione procedente a mente iuris. vt inquit Mat. conſ 70. num. 12. cum ſeq volum. 1 etiam naſcatur iſta exceptio cum ipſa actione, quo caſu poſſet etiam per indicem ſuppleri, ſi per partem non fuiſſet allegatum, ſingulariter Ioã. de Amic. conſ. 113. facti ſeries. num 4 & ideo prius ſuper ipſa proceditur antequam ad ulteriora deueniat, ex quo impedit litis conteſtationem. idem omnino in conſ 48. quia talis exceptio ex quo incontinenti probatur admittitur in iudicio ſummario Crauet. conſ. 104. in cauſa magiſtri. nu. 20. volum. 1. Paul. Fuſc.

QVAESTIONE SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio an poterit obijcere contra inſtrumentum.*
2 *Lex loquens per verbum præciſe quomodo intelligatur.*
3 *Iudex debet tantum modo petenti impartiri officium ſuum.*
4 *Opinio authoris de hac q.*
5 *Inſtrumentum quando præſentatur debet primo apparere liquidum.*
6 *Inſtrumentum quando præſentatur dirigitur curia.*
7 *Opinio Antonij Freccia in hac q.*
8 *Quod non eſt liquidum non meretur exequi.*
9 *Bar. in l. 1. de leg. 2. declaratur.*
10 *Maior eſt virtus expreſſi, quam taciti.*
11 *Pars non poteſt facere inſtrumentum inliquidum liquidum.*
12 *Excludens ſeipſum non eget alia excluſione.*
13 *Iudex ſupplet, quando notorie conſtat.*

14 *Actor debet venire inſtructus ad iudicium.*
15 *Iudex debet cuncta rimari.*
16 *Concluſio authoris in hac q.*
17 *Bannum dicitur ſententia interlocutoria, & quando poſſit dici diffinitiua. num. 18.*
19 *Statutum tunc exceptiones repellit cum reus legitime citatur.*

SEcundo quæro quid ſi venditor agens ad precium non fuit
repulſus a conuento, ex quo non tradiderat rem, cuius pre
1 tium petit, an † poterit iudex ex officio ſuo repellere ipſum
actorem, ex quo agit actor ſine actione, videretur poſſe dici
quòd non, nam tex. in d. §. offerri procedit quando pars op
ponit, ſecus ſi non opponat pars, nam competit actio, ſi exceptione non re
pellitur, & exponitur ibi text. offerri debet precium ab emptore, ſed ſi pe-
2 tatur, vt concludit ibi Alex. in apoſtil. cum lex † loquens per verbum præ-
ciſum, interpretetur ſi fuerit à parte petitum, vt concludit Bald. in l. 1. vlt.
col. C. de vſur. & fruct. leg. & in l. ſi traditio in 3. q. de actio. emp. & in l. 2.
C. de his quæ ſub modo. & in l. 1. C. ne lic. 3. prouoc. & accedit bona lite-
ra in l. vniuerſa. C. de precib. Imperat. offer. vbi reſcriptum principis circa
præſtationem fideiuſſoris de ſoluendo in tempore a debitore interpretan
te præſtandam interpretatur ſi fuerit à parte, & non à iudice petita, vt con
cludit Iaſ. in d. l. vniuerſa: & in l. filiæ licet. C. de collat. & in l. admonendi
prope finem. ff. de iureiur. & in l. iuriſgentium. 1. colum. de pac. cum ſimil.
3 Vnde iudex non poſſet impedire ſi pars non opponeret: quia † officium
ſuum non debet niſi petenti impartiri, vt in iuribus vulgaribus, & in hac
parte audiui aliàs ſubtilem doctorem iudicem Magnæ Curiæ inclinaſſe,
& ſic liquidaſſe inſtrumentum, & fuit ita pronunciatum ſuo tempore, ta-
4 men ego † ſemper fui in opinione contraria, quòd licet pars non oppo-
nat, vel opponere non poſſit, adhuc tale inſtrumentum non meretur exe-
cutionem ritus., & debet iudex ex ſeipſo opponere vel reijcere, & ad hoc
dictum primo moueor per id quod tradit Bal. in l. 2. C. de exeq. rei iudic.
quòd vbi iudici præſentatur inſtrumentum pro exequutione obtinenda
5 debet † primo conſtare eſſe liquidum, vt voluit idem Bal. in l. cum teſta-
mento. §. 1. in fi. C. de teſta. man. & in l. ſi quidem. C. de except. ſi igitur in-
ſtrumentum non eſt liquidum, ergo non poteſt ad interrogationem pro-
6 cedi: ſecundo inſtrumentum, † & eius præſentatio dirigitur Curiæ, & iu-
dici, vt cognoſcat, & videat ſi liquidari poteſt, vt probat ritus hic, & ſe-
quens, & eſt bonus text. in l. quinquaginta. ff. de probatio. & in l. procura-
tor. C. de edend. & in l. dote ancillam. C. de rei vend. & in lege prima. C.
de rebus alien. non alien. & in l. ſi idcirco. C. ex quibus cau. maio. & in le-
ge prima. C. de condi. ob turp. cauſam. vbi habetur probationem iudici,
& non parti fieri, vt in l. ſi quando. §. ſed ſi cum. C. de teſti. & melior lite-

ra de iure. in l.ſi de meis. aliàs incip. idem Pomponius ſcribit §. fin. in verb.ſi iurat ſibi de cauſa non liquere.ff. de arb. ſi probatio ex inſtrumento iudicem reſpicit, & non partem, ergo liquidationem fieri non patietur, ſi ſufficiens non eſt illa pro ea obtinenda: Tertio accedit quod di-
7 cebat † Dominus Antonius Freccia acutiſſimus doctor, pater & dominus meus, quòd interrogatio ſuper tenore inſtrumenti, eſt inſtrumenti exequutio, ſuper qua ſeriatim iudex ſe habebit re clara, & diſcuſſa procedendo, vt in l.nimis propere. C.de exequutione rei iudi. iſta enim exequutio dum iudicem reſpicit, fieri non poteſt debito non liquidato, merito inſtrumentum non merebitur ſuam interrogationem, & pro hoc dicto acce-
8 dit, quod dixit Bart.in l.proinde.§.primo.ff.ad l. Aquil. quod non † meretur exequi, quod nondum liquidum eſt Bald. in cap.paſtoralis. §. quoniam extra de reſcript. & Barba. conſi. 156. colum. 1. volum. & ſi iudex aliter faceret iuris ordinem peruerteret, vt in d.l.prima.C.de exeq.rei iud.
a & in l.iuris ordinem eod.tit.[a] vnde ſi per ſe exequi non poteſt, nec & parti ſub taciturnitate committere debet.arg. eorum quæ habentur in l.non eſt ſingulis.de reg.iur.& in l.miles.§.iudicati.ff.de re iud.nec obſtat doctrina
9 Barto.in l.1.ff.de lega.2. † quòd poteſt pronunciari ſuper exequutione re nondum liquidata arg.eorum quæ habentur per gloſſ.& doct.in l.1. ff.de edend.& in l.2.C.de ſent.quæ ſin.cert.quantit.& per Bar.in l.1.ff.iud.ſol. nam eſt vera in iudicio vniuerſali, & non in iudicio particulari, vt dixit idem Bart.in d.l.2.& ſequitur Rom.conſi.76.in cauſa nobilis,& in conſ. 211.allegatis in fin.quòd vbi fit proceſſus liquidationis ex poſt poteſt ſuper non liquido iudex interponere partes exequutionis dixit Bal. in l.apertiſſimi.C.de iudic.& in l.qui teſtamento in fin.C.de man.teſta.arg. Socy. conſ.89.3.volum.& conſ.96.quarto volum. vbi ponit ſi exequutio poſt capturam poſſit iuſtificari, ſequitur Alexan.conſ.188.2.volum.præſertim quòd facta liquidatione inſtrumenti, ſuam acerrimam exequutionem ſortitur, nec alius ſequitur proceſſus liquidationis, nam aut reus comparet,& negat, aut fatetur, vel falſum dicat inſtrumentum vel ſe ſoluiſſe, vel alia exceptione tutum remanet in carceribus, aut in vltimo peremptorio non comparet,& eſt contumax, & idem erit cum inſtrumentum cenſeatur li-
10 quidatum,& poterit ſemper carcerari, quarto adducitur quòd maior † eſt virtus expreſſi, quam taciti, vt in l.expreſſa.ff.de reg.iur. vel æqualis, iuxta.
11 l.cum quid.ff.eo.titu.cum ſimili.vulgar.ſed pars † expreſſe non poteſt paciſci, vt inſtrumentum non liquidum exequatur, vt concludit Bal.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.& infra plenius dicam, ergo nec tacite ſuam exceptionem omittendo.quinto accedit text.aureus in l.mercale.
12 C.de cond.ob cām, ꝙ qui † ſeipſum excludit proponendo, non eſt neceſſe, ꝙ excludatur excipiendo, ſed actor ſeipſum excludit, dum non exhibet ſuæ allegationis implemētum, ergo non curamus de rei exceptionis obiectu, nec incongruit, ꝙ iudex ex ſeipſo repellat, & ſuppleat, cū poſſit ſupple

re,ex quo eſt iuris exceptio ex fonte reſultans actoris, vt tenet gloſſ.magi-
ſtralis.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact. quia ex actis eſt ſibi noto
rium, vt ſingulariter tradit Innocen.in cap.intimante extra de appel.& in
c.per tuas de teſtibus,& ſequitur Angel.in l.1.§.ſi partes.ff.de inoffi.teſta.
idem Innocen.in c.quæ in eccleſiarum,de conſtit. & in ca.1.de offic.vica.
13 quòd † vbi ex actis notoriè conſtat non competere,debet iudex repellere
partem,licet à parte repelli non poſſit.ſequitur Roma.conſi.42.viſis quæ:
Butr.in ca.1.de lit.conteſta. & in c. cum Ioannes heremita de fid.inſtrum.
& dom.in c.indemnitatibus.§.ſanè de elect. in 6. quòd debet iudex repel-
lere quando parti obſtat ſtatutum, & iniuſtè agit, & ad hoc accedit ſingu-
laris doctrina Bar.in l.eum qui ita.§.qui ita.ff.de ver.obl.quòd vbi actio,
& exceptio ex eodem fonte procedunt, iudex ex ſeipſo opponit, vt dixit
idem Bart.in l.lectu.ff.ſi cert.pet.per glo.in l.vbi pactum.C.de tranſactio.
de quo per Bar.in l.poſt legatum.4.col.ff.de adim. lega.& in l.ita ſtipula-
tus in fin.de verb.obli.& in l.ſi filius vbi Imol.& Mod.eo.tit. per eundem
Imol.in l.4.§.hoc iudicium.ff. de dam.infect. & cumulat Barb. conſi.18.
pr.& 2.col.1.volum.& ad hoc accedit, quod eleganter ſcribit Bald.in l.in
bonæ fidei.C.de pact.quòd vbi actio cum exceptione reſultat ex eodem fonte
eſt vitium in forma,quod ſeparari non poteſt, de quo per eundem in l.ex
b placito in fin.C.de rer.permut.& in rubr.de manumiſ.[b] & Butr.in c.cum
dilectus extra de conſuet. Bart.in l. planè.ff.de petit. hæred.& ex eo appa-
ret,quòd inique agit,quia intendit locupletari cum alterius iactura. Inno.
in c.cum olim de cenſ. Imol.in cap.peruenit de empt.& vendit. doct.in c.
cum dilecti.de maio.& obedien.& cap.bonæ de appel.quia ſemper iudex
poteſt excipere,licet pars non,Ancha.in c.cum inter de excep.l.item apud
Labeonem.§.ſi quis ſic fuerit.ff.de iniur.vt dicimus de bannito,qui ex for
ma ſtatuti non poteſt opponere, & iudex poteſt Imol.in c.cum Io. de te-
ſtib. nec debebat actor forte confidere in ſimplicitate, vel in impotentia
14 conuenti cum ex ſe † debeat eſſe inſtructus per l.qui in alterius.§.fi.de reg.
iur.& l.ſi quis inficiatus.ff.de poſſ.cum debebat ſcire ipſum poſſe repelli
15 à iudice,quem † oportet cuncta rimari,vt in c.iudicantem 32.q.2.& ſcire
iudicem ex ſeipſo potuiſſe ſupplere, quia in hoc verſatur detrimentum
animæ, & honor eius, & ſi non ſuppleret eſſet ſibi dedecus, per text.in l.
quos prohibet. ff.de poſtul. & ne partes grauentur laboribus, & expenſis
tenetur ſupplere cap.cauſamque extra de iudici.glo. in ca. primo de elect.
in 6. præſertim quòd iudicium fieret eluſorium ſi appellaretur: vnde ne
ſequatur hoc ſupplere debet, vt dicit Abb. in cap.ignarus. de lib. oblatio.
16 & ſequitur Roman. conſi.467. ex quibus † concludo quòd vbi præſen-
tatur inſtrumentum, quod eſt inliquidum, parte non opponente, vel op-
ponere non valente non debet iudex ad eius interrogationem procedere,
ſed à ſeipſo ſupplere, & repellere actorem quando apparet maxime inli-
quiditas ex eodem inſtrumento, rationibus & authoritatibus ante dictis,

& quan-

& quando videt ipſum in liquidum, parte opponente, vel non, debet actorem in expenſis, damnare, quia pro obtinenda liquidatione non venit ipſe actor inſtructus. dicta l. ſi quis inficiatus, & ex hac ratione cauti iudices Deum timentes, quando vltimum eſt peremptoriũ non debent reos contumaces bannire, & condemnare, vt ſic in eorum contumaciam liquidatum ſit inſtrumentum, niſi primo vocato reo, & antequam banniatur inſtrumentum liquidatum ſit inſtrumentum, & ipſum bene viderint, & le-
17 gerint, & liquidum eſſe cognouerint, & ratio eſt, nam bannum † eſt ſententia interlocutoria, vt dicit Bal. in l. item illa. C. de epiſc. & cler. & in authen. item eo. tit. & in l. 2. C. commi. vel epiſt. & quandoque eſt diffinitiua, ex quo ſolet eſſe perpetuum, vt dicit Bal. in c. 1. colum. 2. hic fi. lex. ſed iudex non debet in cauſa interloqui, niſi cauſa cognita, vt in iuribus vulgaribus, ergo nec reum bannire, & condemnare, niſi primo viderit, & lege-
18 rit inſtrumentum, vt per Bal. in l. 2. item poteſt illud bannũ † cenſeri ſententia diffinitiua, cum ſolum negocium principale abſorbeat, & poſt ſe non ſperatur alia iudicis diffinitio, vt in l. 1. ff. de re iudi. & per ea quæ ample diſcurrit Mari. Socyn. in tract. quæ d. ſent. diff. vel interloq. Item illud bannum poteſt cenſeri res iudicata, cum imponat finem toti cauſę, & proceſſui, & ſtatim ſequitur exequutio perſonalis, non debet iudex præcipitanter oculis clauſis reum in carceribus inlaqueare, nec hic tantum agitur de iure fiſci ratione contumaciæ, cum debeat reo imputari cur in vltimo peremptorio non comparuerit, vt in hoc excuſari quærat, cum contumacia ipſa reſpectu partis omnem ſecum trahat exequutionem, non tantum quo ad iura curię, & eſt ſatis difforme, quo ad iuris effectum, quo ad alias cauſas, & præſertim non debet iudex audere quempiam bannire, niſi viſo inſtrumento per ipſum; & vidi ſæpius ab iſtis citationibus appellari,
19 & ſic practicari, & ratio eſt, nam licet † ſtatutum aliquam exceptionem non admittat, intelligitur tamen vbi reus fuit legitime citatus, cum non intelligatur à ſtatuto excluſa, vt dicit Card. in titul. de re iudic. & in conſi. 8. colum. fin. Anchar. conſi. 212. de iure communi ſecunda colum. Alexan. conſi. 225. ſexto volum. & poteſt excuſari reus non comparendo in vltimo peremptorio, dum dicat, non comparui ſciens ius meum durare ſciens non potuiſſe citari, nec condemnari, ex quo inſtrumentum erat inliquidum, & partis in hoc abſentia Dei præſentia per iudicem ſuppleri debet, vt dicit tex. in l. præparandum. §. fin autem. C. de iud. & ideo credo quòd bene faceret non curiæ ſed animæ, & non in terris, ſed cœlis theſaurizare, & antequam banniat legere inſtrumentum, maxime quòd conuenti aliquando, non contumaciter ad curiam venire negligunt, ſed forte timentes nexus aliorum contractuum, diffugiunt eorum defenſionibus notorijs vti, vel propter alias cauſas, aut contumacias recuſant ad iudicis præſentiam aduenire; & ſi ſecus faceret perperam faceret in animæ eius detrimentum, & ignem. Mar. Frec. V. I. D.

ADDITIONES.

a Et poteſt addi: quia licet ſtatutum dicat non poſſe opponi contra inſtrumentum, poterit tamen opponi contra eius exequutionem; cum differat inter inſtru. & exequutionem inſtrumenti. vide in l. ex diuerſo. § fin. ſol. matr. & l. neſennius. § fin. de re iud. circa. quod poteris videre Sand. in c. cum venerabilis. num. 22. cum plur. ſeq. extra de except. Paul. Fuſc.

b Io. de Ami. in conſ. 113. facti ſpecies nu. 4 & poſui ſupra. hæc par. 1. q. nu. 6. Pau. Fuſc.

c Quòd valet iſta exceptio oppoſita in fine non poſſe procedi, quia ſuo ius meū adhuc durare. arg. tex. in l. ſicut. § non videbitur. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. Pau. Fuſ.

QVAESTIONE TERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum vbi eſt conſtitutum vel precarium an præſentetur.*
2 *Verba habere, tenere, & poſſidere poſita in inſtrumento quid operentur.*
3 *Opinio authoris in hac q.*
4 *Conſtitutum regulatur a poßeſſione conſtituentis.*
5 *Poßeſſio per ſimplex conſtitutum quando transferatur.*
6 *Precarium reſtringit conſtitutum.*
7 *Error notariorum.*
8 *Venditor debet tradere vtranque poſſeſſionem.*
9 *Verba vendidit, & tradidit dicuntur ficta iure immobili.*
10 *Venditor conſtituendo ſe precario poſſidere non liberatur.*
11 *Poßeſſio iuris tranſlatiua.*
12 *Quod eſt in facultate agentis non debet operari in eius neceßitatem.*
13 *Conditio iniqua alteri per alterum non infertur.*
14 *Facultas capiendi an ſit loco oblationis, & quando. nu. 16.*
15 *Facultas an conſtituat aliquem in mora.*
17 *Verba de quibus partes non cogitauerunt nihil operantur.*
18 *Oblatio præſupponit præſentiam rei.*
19 *Facto vbi opus eſt verba non tenent.*
20 *Melius eſt rei incumbere, quàm actioni.*
21 *Verba vendidit, & tradidit quando dent authoritatem capiendi.*
22 *Quis debet probare, quòd venditor poſsidebat cum effectu.*
23 *Venditor conſtituens ſe poſsidere dicitur liberatus ab alia traditione.*
24 *Solutione eius, quòd debetur tollitur omnis obligatio.*
25 *Conſtitutum eſt actus fictus.*
26 *Statutum debet verificari in actu vero.*
27 *Inſtrumentum vbi adeſt precarium nunquam præſentatur.*
28 *Opinio D. Antonij Freccia.*

Tertio

1 TErtiò quæro ſi in inſtrumento † venditionis eſt conſtitutum, & precarium, quod communiter per notarios in contractu apponi ſolet, per quod transfertur ciuilis, & naturalis poſſeſ-
a ſio vt in l. quod meo. ff. de acq. poſſeſſ. [a] agit venditor ad precium: & ad probandum illud ab emp ore conſtitutum, & poſſeſſionem traditam producit inſtrumentum iuxta formam ritus, replicat conuentus inſtrumentum eſſe inliquidum, & ad interrogationem procedi non poſſe ex quo poſſeſſionẽ rei venditæ non habuit, nec fuit illa ſibi a venditore tradita, dicit venditor poſſeſſionem tradidiſſe, ciuilem, & naturalem, & vltra aſſignaſſe, quam tenebatur: econtra emptor, non fuiſſe cũ effectu traditam, præſertim quòd tempore inſtrumenti nullam poſſeſſionem habebat, quam non poterat eidem transferre, cum nemo in aliũ tranſferat, quod non habet, vt in reg. iuris: replicat vẽditor tradidiſſe vel ſaltem emptori ſententiam capiendi conceſſiſſe poſſeſſionem, & illam intrandi, & apprehendendi authoritate propria, per illa verba in inſtrumento appoſita, vendidit, & tradidit vt eſt communis doctrina in l. prædia. ff. de acq.
b poſſ. & ſi illam non apprehendit non debet obeſſe venditori [b] qui ex parte ſua adimpleuit, vel paratus fuit adimplere, in concedendo authoritatem apprehendendi, & capiendi authoritate propria, vt in l. iure ciuili. ff. de cond. & de. & in l. Labeo ſcribit ſi bibliot. de cõtr. emp. & per Rom. conſ. 432. adhuc obijcitur per emptorem ꝙ ipſe non potuit poſſeſſionem apprehendere, ex quo nec tempore inſtrumenti, nec conſtituti in eo appoſiti, ante nec poſt vllam venditor poſſeſſionem habebat, & ideo non habuit quod apprehenderet, vnde inſtrumentum liquidum dici non poteſt: contradicit venditor, ꝙ hoc non poteſt per emptorem allegari, ex quo in inſtrũ dicitur talis &c. aſſeruit habere, tenere, & poſſidere &c. vt ſolet in in-
2 ſtrumentis dici, q̃ verba † poſſeſſionem probant inter contrahẽtes, vt in l. optimam. C. de contrah. & cõmmit. ſtipu. ex aduerſo aũt arguit emptor, ꝙ maior eſt fraus venditoris, qui, quod non habuit vendidit, ſic aſſerens, vt ipſum emptorem falleret, qui excuſari debet credens probo viro. vt per gl. in l. Titio fundus. ff. de condit. & demon. nec illa verba ſunt prolata ab ipſo emptore, ſed a venditore, vnde tantum ipſum obligant, vt dicitur in d. l. optimam, ideo vertitur quæſt. an hoc inſtrumentum poſſit liquidari.
3 Concludo † quòd non, nam non ſequitur in inſtrumẽto eſt conſtitutum aut precarium. ergo poſſeſſio eſt emptori tradita, cum debeat probari
c quòd tempore conſtituti venditor erat in poſſeſſione, [c] vt dicit gloſſ. nota in l. quamuis. §. ſi conductor. in verb. retinebit, & ibi Ange. ff. de acquiren. poſſ. & in l. ſecunda in verbo. tradita, C. eod. tit. Bald. in l. prima. C. quando lic. ab empt. diſced. & ſi hoc non probatur nihil prodeſt conſtitutũ, quod
4 † regulatur a poſſeſſione conſtituentis, qui non poteſt plus iuris in alium transferre, quam ipſe habeat, vt concludit Oldrad. conſilio 129. in cap. dictum eſt veriſſimum, licet per conſtitutum ciuilis & naturalis poſſeſſio transfe-

transferatur, vt in d.l.quod meo.& l.quædam mulier. ff. de rei vendic. &
in l.certa. §.primo.ff.de precar.& ideo Ang. in d.l.quædam mulier, dice-
bat imperitorum facile decipi, qui credunt poſſeſſionem per ſimplex con
5 ſtitutum träsferri † ad emptorem, niſi probetur illo tempore venditorem
fuiſſe in poſſeſſione, vt dixit idem Ang. in l.2. C. de acquir.poſſ.& in d.l.
quod meo per Dec.conſ.247 lib.2. ſequitur Abb. in c.cum veniſſent. de
reſti. ſpoli. & in c.cum Bertoldus extra de re iud. Alex. conſ.28.conſ.84.
2.vol. conſ.40.3.vol. Balb. in l.Celſus.ff.de vſur. licet contrarium poſſit
dici in inſtrumento antiquo, quia præſumitur ꝙ conſtituens poſſidebat
Socin.in conſ.187.in controuerſia.2.vol.Decius conſ.302. lib.2.quod eo
fortius in terminis noſtris procedit, quãdo in eo eſt copulatum precarium
6 cum conſtituto, cum † precarium reſtringat cõſtitutum, nam per illud ad
emptorem non tranſit niſi ciuilis poſſeſſio, naturalis autem penes vendi-
torem remanet, vt cõcludunt gl.Bal.& omnes in l.ab emptione. ff.de pac.
7 & in d.l.quod meo,& in hoc peccant † & errant notarij cõiungendo con-
ſtitutum,& precarium, dum imperite dicunt talis &c.conſtituit &c.ſe pre
cario nomine habere poſſidere tenere & c. cum debeant dicere cõſtituit
ſimpliciter abſq; appoſitione verbi precario, vt exclamat Aret. in §.actio-
num.6.col.de act.& Bart.ante eum in l.interdũ. ff.de acquir.poſ.ad quod
omnino, vide Io.de Mont.Spec.in d.l.ab emptione.vbi ponit ſi per conſti
tutum ſit liberatus, & an ſit transfuſa obligatio in aliam cauſam, vt poſſit
exequutiue agi quia vr̃ ſe de nouo obligare ad tradendum, vide ibi Mod.
8 & Taur.nec venditor † vr̃ ex parte ſua adimpleuiſſe, tradendo ciuilem tan
tum poſſeſſionem, licet illam tradiderit ad quam non tenebatur, vt in l.ex
empto.ff.de act.empt.& in l.conuẽtione.ff.de verb.oblig.cum debeat tra-
dere naturalem poſſeſſionem, & in illius corpore emptorẽ inducere vt in
l.& habet.§.eũ qui.ff.de precar.& in l.2.3. & l.Iulianus. §.ex vẽditio.ff.de
act.& empt.& poſſeſſio nõ debeat eſſe ficta, ſed vera, & vacua, vt in d.l.2.
§.fi.& d.l.niſi venditor fuiſſet in rei conſpectu tempore contractus, vt in
l.1.§.ſi iuſſerim.& l.quod meo.§.per vẽditorem.ff.de acquir. poſſ.vel rei
d venditæ claues emptori tradidiſſet [d] vt hr̃ in d. §.ſi iuſſerim. & l.3.eo.tit.
& in l.clauibus. ff. de contr.empt. vel cuſtodes in re empta eſſent appoſiti
per emptorem, vt in l.quærendorum.de acquir.poſſ. & per Butr. & Doct.
in c.fi.de cauſa poſſ.& propri.nec venditor ſe iuuabit ex illis verbis inſtru-
menti vendidit,& tradidit, cum partes hoc non poſſint fingere interueniſ-
ſe in re immobili, quod interuenire nõ poterat, nec erat veriſimile quan-
do non erat in rei conſpectu, vt eſt caſus in d.l.prædia, præſertim propter
verba præteriti temporis in contractu appoſita, vt dicunt. Bal.& omnes
in l.2.C.eo.tit.& in l.ſi ſtipulatus.§.Chriſogonus.ff.de verb.oblig.vbi Bar.
2.col.Spec.in tit.de empt. & vendi. §. ſciendum. verſ.ſi vero,& eſt bonus
caſus.in l.qui volebat.ff.de hæred.inſtit.& ibi Bar.& l.triticum.ff.de verb.
9 oblig.niſi † vendita, fuiſſet res mobilis, & in contractu diceretur, vendi-
dit,

dit,& tradidit, cum potuit, & poteſt eſſe veriſimile illo tempore rem mo-
bilem fuiſſe præſentem, intelligitur tradita poſſeſſio vt voluit glo. & ibi
Bar in l.prima.C.de fi.inſtr.& iu.has.fiſ.& in l.ſciendum. 12.colum.ff.de
verb.oblig.Alexand.in d.l.prædia.ff.de acquir.poſſ.& Franc.de Aret.con-
10 ſilio 17.& ideo dicit Bar.in d.l.interdũ.ff.eo.tit. quòd † venditor per con-
ſtitutum cum precario in contractu appoſitum, non cenſetur liberatus a
vera traditione poſſeſſionis,ex quo non eſt vere tradita, vt eſt tex.in l.hu-
e iuſmodi.§.ſi cedes.ff.de leg.primo,& in l.3.§.ſi tradita.ff.ſi commo.[e] &
poteſt cogi, vt illam tradat, & reſpectu poſſeſſionis precariæ penes ipſum
exiſtentis, rès adhuc dicitur integra,arg.l.ſi hæres teſtamento, & ibi Bart.
11 magiſtraliter declarat. ff. de eo, quod cer. loc. licet illa poſſeſſio † ſit iuris
tranſlatiua non tamen cenſetur liberatus ab ea, quæ in facto conſiſtit, vt
concludunt omnes ſcribentes in d.l.ab emptione, vbi Ioan.de Mont.Spe-
rel.qui concordat opin.tenentium contrarium: nec obſtat ſi diceretur, ꝙ
venditor licet non tradiderit poſſeſſionem, dedit tamen ipſi emptori fa-
cultatẽ apprehendendi authoritate propria, per verba illa generalia in con
f tractu appoſita, ſed vendidit, & tradidit [f] vt dixit Cyn. in l.ſecunda. C.de
acquir. poſſ. Doct. in d.l prædia, & practi. Ferrar. in form.poſit.actio.in
verb.item, quòd prædictus.& in form.qua vx.ag.ad dot.& vſumfr.in ver
bo dedit & tradidit.& in form.lib.in cau.emptio.in dictis verbis, cum per
ipſum non ſtetit tradere poſſeſſio pro tradita habeatur, ad hoc vt agat per
tex.in d.l.iure ciuili.ff.de cond.& demonſt.& in d.l.Labeo ſcribit ſi bibli.
de contr.empt.& in l.in executione. §. fin. de verb. oblig. nam dicet em-
ptor ſi forte poſitio penes alium erat, ſe non potuiſſe illam appræhendere
ex quo nolebat fieri author rixę, & armis cum poſſeſſore contendere arg.
eorum quæ habentur per Bar.in l.creditores.C.de pignor. & in l.3.§. qui
ad nundinas.ff.de acq.poſſ. & ſi dicat venditor debuiſti proteſtari & tunc
informatus ad me habere recurſum,qm̃ illico tradidiſſem, replicabit em-
ptor ius ſuũ ſaluum ſciuiſſe,&c. vt dr̃ in l.ſicut.§.non vr̃. ff. qui.mod.pig.
vel hypo.ſolu.& durare in exequutione dum precium petebatur, vt cõclu
dit.May.in l.ſi duo præſenti. §. ſi quis iurauerit. ff. de iur. iur.& ſi obijciat
venditor,ego cõfiſus in te emptore credens ſolicitudini tuæ, ꝙ apprehen-
diſſes,non te interpellaui,non debeo decipi,habens tunc fortiora iura poſ
ſeſſionis mediãtibus forte colonis, vel miniſtris meis, & in præſentia tũ ex
eius facto cõmoditatẽ abeſſe tradẽdi, præſertim ꝙ ipſum cõſtituerit procu
ratorẽ in rẽ propriam ſuſcipiendo mandatũ,debeat teneri ipſi venditori,vt
poſſeſſio pro tradita habeat,& replicabit emptor,licet in facultate habue-
rit,deijci,& propelli verebatur, & de culpa expulſus redargui potuiſſet,&
12 dum in facultate eius hoc erat, hoc ad eius non debet † neceſsitatẽ retor-
queri.arg.l.non quicquid.ff.de iud.& l.princeps.ff.de leg.& in l.ex imper
fecto.de leg.3.& in l.nemo.C.de an.excep.& in l.cũ notiſsimi. §. 1. C.de
13 præſc.30.ann.& ſi dicat vẽditor alteri † p alterũ non debet iniqua cõditio
afferri

g afferri vt in reg.iur.g nec eius mora ſibi obeſſe nec eſſe melioris conditionis emptor morosus, & tardus in capiendo venditore peruigile in concedendo facultatem apprehendendi, vt in l. non enim.ff. ex quib.cau.maior. & in l.pupillus.ff. quæ in fraud.cred. dicat emptor noluiſſe apprehendere ſciens pro certo venditorem corporaliter teneri tradere vt in l. 2. §. vacua, & in l.datio.§. 1. & in l.ex empto.& in l. Iulianus. §. ex vendito.ff. de act.
14 empt. nec iuuabitur venditor dum dicit facultas † capiendi eſt loco oblationis,& ſufficit mihi vel tradere, vel me velle tradere offerre paratum, vt d.l.Iulianus.§.offerri & in l.qui pendentem.eo.tit.& in l.qui Romæ.ff.de verbo.oblig.& in l.qui ſoluturus.ff.de ſolu.& in l.acceptam. C.de vſur.& in l.filiæ licet.de coll.nam ad hoc poteſt adaptari bonus text.in l. cum ſti-
15 pulatus ſum mihi a proculo.ff.de verbo.obliga. quòd † facultas non conſtituit quem in mora,vt in debitore, qui promiſit ſoluere,inf. menſem,& deinde in antea ad omnem requiſitionem creditoris,cum in terminū non ſit in mora, vt ex poſt nequaquam, niſi detur noua creditoris interpellatio, ſecundum vnam lec. licet aliter teneat ibi,& intelligat Ang.& in l.ita ſtipulatus & ibidem Im.eo.tit.& in rep.l.ſi inſulam,& Soc.conſ. 288.12.
h col.2. vol. [h] nec illa † facultas poteſt cenſeri loco oblationis, præſertim ſi
16 tunc dies,& locus non erat congruus.d.l.ſi ſoluturus,& dicet emptor ꝙ illa ſunt verba notarij ſic de conſuetudine apponi ſolita in contractu vt di-
17 cit Alex.19.3.vol.quæ nihil operantur: quia † partes de illorum effectu non cogitauerūt vt dicit Bar.in l.1.ff.de iur.codicil. & ſequitur Barb.conſ. 16.1.col.2.vol.& conſ.34.4.col.eo.vol.& cōſ.52,7. col.& conſ.58.6.col. 4.vol.& conſ.43.2. vol.ꝙ nihil operantur,& conſ.60.eo.vol. Curt.conſi. 50. 10.col.& quod ſi obtuliſſet tradere & conſignare poſſeſſionem,ſe etiā illam recipere obtuliſſet.iux.not.in d.l.qui Romæ.& per Bald.in d.l.acceptam.C.de vſur.& ꝙ per illa verba non inducatur oblatio probatur, aut tunc tempore contractus, res erat præſens,& illa verba vendidit, & tradidit non important facultatem capiendi,vel oblationem venditoris,ſed verā poſſeſſionis traditionem,vt concluditur in d.l. prędia,aut res vel rei poſſeſſio non erat in conſpectu,& non dicitur oblatum, quod tradendū non
18 erat præſens,cum † oblatio debeat fieri in re præſenti, ad hoc vt quis non incurrat pęnā,vel actionem conſequatur,vt eſt tex.in l.ſi ſeruus hęredis.§. fi.ff.de teſta.& alius melior de corpore iuris. in l.qui decem.§.rurſum.ff. de ſolutio.& in c.1.de eo,qui mitt.in poſſ.cauſa rei ſeru.cum vbi opus eſt
19 facto † verba non ſufficiant,vt dicit Bar.in l.prętor.§.ſi quis.ff.de no.ope.
i nun.& Matheſ.not.333.[i] vel ſi non poteſt res præſens offerri, & requiritur,ꝙ veniat ad locum deſtinatum, vt concluditur.in d.§.ſi quis,& in d.l. qui Romæ,& per Bal.& Bart.in d.l.acceptā.C.de vſur.vbi ponunt de hac oblatione in re ſtabili,& Soc.conſ.199 2.vol.Bal.in c.1.§.licet ſi de feud. fuer.contr.nec vnico verborum contextu hoc agebat venditor, & offerre nō ſua tunc hæc erat intentio arg.l.non omnis. ff.ſi cer.pe.& ff.de iur.dot.

l.non omnis, præſertim, quòd oblatio, & requiſitio ſolet fieri verbis magis ſpecialibus, vnde per illa verba videtur a venditore hoc neglectum, vt eſt tex.ſing.in l.item apud labeonem.§.ait prætor.ff.de iniur.nec tunc erat veriſimile voluiſſe tradere, vel tradendi commoditatem concedere, non ſoluto precio, qui poterat pignori incumbere, actioni inhæſiſſe videatur
20 cum † melius ſit rem habere, quam actionem, vt in reg.iur.& res & precio carere, ipſumq; emptorem rem habere, & precium, ſumitur igitur ex contractu, quod veriſimilius eſt, vt in ead.reg.iur.& in l.quæro.§. inter locatorem.ff. loc.& ideo ad prædicta multum egregie dixit Cyn. in l.2. C.de acquir.poſſ.ꝙ licet per illa verba vendidi & tradidi, inducatur facultas propria authoritate capiendi, tamẽ intelligitur, quãdo ab emptore † precium
21 fuit ſolutum, tunc a venditore cum effectu conceſſa iſta facultas, cum data intelligatur cum tacita, quod ne ſi ſoluerit, & adimpleuerit ex parte ſua, & non aliter ratione antedicta, quam attuli, licet non ponat, & per Angel. omnino in l.hæres.ff.ad Treb.& ſi ipſe 1.non ſoluerit non poterit prædicta facultate vti, aliàs diceretur prædo.iuxta.l.ex ſtipulatione.ff.de acquir. poſſ.& ſequitur Bal.in rub.C.de contr.empt.in 20.q.& per Cur.conſ.22. & 23.quod eſt valde notandum ad declarationem prædictorum, vnde cõcludo tale inſtrumentum eſſe in liquidum, & præſentari non poſſe, quia debet probari venditorem tempore conſtituti fuiſſe in poſſeſſione, vt dicit Bal in l.1.C.quando lic.ab empt.diſ.& eſt in liquidum ratione incertitudinis cotę poſſeſſionis prout eſt in fundis, quia ignotum eſt pro qua parte poſſideat, vt dicit Barto.in l.3.§.incertam.ff.de acquir. poſſ. & diſcurrunt ibi ſcrib.& plenius Dec.in conſi.176.colum.2.1.volum.quis autem
22 † debeat hoc probare vide per Matheſi.not.173.[k] niſi euidenter conſtaret, vel non negaretur a parte de poſſeſſione venditoris tempore conſtituti, & contractus: quia tunc præſentari poſſet, ex quo venditor adimpleuiſſet ex parte ſua, vt precium conſequi poſſet, cum conſtituendo ſe poſſidere emptoris nomine, in eum omnem poſſeſſionem tranſtulerit, ciuilem & naturalem, vt in l.certe.§.1.ff.de precar. & in d.l.quod meo. de acq.poſſ.
23 & taliter conſtituendo remanſit † liberatus ab alia traditione iuris vel facti, vt dicunt Bart.& Bald.in dict.l.ab emptione, & idem Bal.in l.ſecundo. C.quando lic.ab empt.diſ.& Aret.in §.actionum.Inſtit.de actio. & quod
24 debuit ſoluit, & ſolutione † eius, quod debetur omnis tollitur obligatio. l.obligationum fere.§ plane.ff.de actio.& obligatio.& Inſtit.quibus mod. toll. obliga.in princip. & declarat Bald.in l. ſecunda C.de vſur. & iſto re-
25 ſpectu præſentari poſſet, vt ſupra dixi, nec obſtat, quòd † conſtitutum ſit actus fictus, & ficta traditio ſit minus plena, quam vera vt tenet Petr.
26 de Bellapertica in all.lege ſecunda. C.quando lic. & ſtatutum † debet verificari in actu vero [l] vt in l.tertia.§. hæc verba.ff.de nego. geſt. & in l.ſtatius florus.§.fi.ff.de iur.fiſci.& in l.fi.C.de his qui veni.ætat.impetr. nã licet ſit actus fictus, trãsfertur vera poſſeſſio, & ſufficit in ſtatutis dare adimplemen-

plementum per actum fictum, ſi reportatur verus iuris effectus, vt conclu dit Neapol. in conſuet. Neapo. in tit. de contr. empt. in glo. in verb. tradita,
27 quando autem in inſtrumēto apponitur cum conſtituto precarium † nullo reſpectu præſentari poteſt, ex quo adhuc remanet obligatus adimplere ex parte ſua, & tradere poſſeſſionem naturalem, vt in d. l. exempto, & in l. in conuentionalibus. §. fin. de verb. oblig. & tenet Alex. conſ. 28. 2. volum.
28 tamen eximius doctor † D. Anto. Freccia dominus & genitor meus ſemper fuit in opinione contraria, quòd poſſeſſio illa naturalis poteſt cenſeri emptori tradita, dum ad eius preces pœnes venditorem remanſit, cum aut emptor naturalem poſſeſſionem non habebat, & falſum eſt dicere precariam poſſeſſionem pęnes venditorem exiſtere, cum emptor nullam ei poterat concedere, quam non habebat, vt ſupra dixi, aut habebat, & neceſſe eſt fateri fuiſſe traditam, adducebat rationes, reſpectu duarum fictionum, in eodem actu. pro nunc dubito, quòd eius opinio ſit contra omnes in d. l. ab emptione, vera an ſit cogita Mar. Frecc. V. I. D.

ADDITIONES.

a De materia conſtituti ad intellectum d. l. quod meo vide pleniſſime Tiraq. in tract. de conſtit Paul. Fuſcus.

b An hæc poſſeſſio tradita per conſtitutum dicatur actus verus, vel fictus, & eſt vtile ſcire pro proprietate verborum, & interpretatione contractuum quando large, & quando ſtricte ponit Vital. in ſuo tract. clauſ. fo. mihi 60. vbi arguit ad inueſtiturā, quæ dicitur actus fictus, & tamen transfertur poſſeſſio, qualiter autem fiat traditio in conceſſione iurium. Bart. in l. ad eum de donat. & in l. Seia in fin. de donat. cauſa mort per Dec. conſ 251. lib. 1. Paul. Fuſcus.

c Procedat in conſtituto rei perſonalis, non autem in conſtituto vniuerſali per d. Alex. in l. poſſeſſori. § incertam. de acquir. poſ. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. Paul. Fuſc.

d An per traditionem clauium ſit translatum dominium, vide Moder. in d. l. clauibus, & affl. deciſ. Paul. Fuſc.

e Hoc eſt verum, quòd per conſtitutum cum precario non traditur vera poſſ. de quo per ferra. caut. 48. dummodo partes voluerint etiam per appoſitionem precarij transferri vtranque poſſeſſionem, per Tiraq. de conſtit. prim. part. num. 5. allegat Cor. conſi. 8. circa pri. nu 9. volum. 2. vbi omnino Paul. Fuſc.

f De iſtis verbis per Crau. conſi. 245. nu. 13. 2. volum. Paul. Fuſc.

g De hac reg. per Cagno. in d. l. non debet de reg. iur. per Dec. conſi 672. 2. volum. in meo repert. in litera a nu. Abb. Pau. Fuſc.

h De iſta promiſſione debitoris ſic facta videtur contrarium ſi ſequimur opin. glo. in d. l. cum ſtipulatus ſum mihi a proculo, de quo per Bal. omnino, in c. 1. §. fi. nu. 2. an ille qui inter ſe. fra. do. ſeu. ami. vbi ponit quatuor caſus in quibus eſt neceſſaria omnino. Pau. Fuſ.

i Quòd eſt nu 127. incip. no. quòd oblatio. fo mihi. 274. vbi plene in addit. do. Saray. vbi de oblatione reali, & in no. ſeq. de verbali, vnde omnino. Pau. Fuſ.

k Quòd eſt num. 170. incip. not. vnam doctrinam fo. mihi 295. colum. 1. per doctrinam Ang. in l. quamuis. §. 1. de acq. poſſ de quo ponit latiſſime doctiſſimus Saray. in addit. ad eundem Matheſil. not. 67. inc. & not. quòd venditor fo. 233. colum. 2. & fol. ſequen. Abb. Paul. Fuſc.

Quando

1 Quando ſtatutum procedat etiam in caſu ficto per Corn.conſ.69.3.volum.licet regulariter requirat caſum verum,& non fictum,Marſi.conſi.105.num.28.2.volu. & de fi.ſupra in 2. Add. Paul.Fuſc.

QVAESTIONE QVARTA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentm in quo poſſeſſio eſt data per fuſtem an præſentetur.*
2 *Et quid ſi tractatur de rebus corporalibus.*
3 *Poſſeſſio transfertur per conceſſionem principis.*

1 QVartò quæro quid ſi poſſeſſio † in inſtrumento fuit data per
fuſtem,vt eſt moris, vel per impoſitionem bireti, vel euagi-
nationem enſis,vel baculi [a] & inſuper eſt dictum, quòd ta-
a lis poſſeſſio habeat vim veræ, & realis poſſeſſionis, & cor-
poralis,an hoc inſtrumentum poſſit cenſeri liquidum & pr-
ſentari,ſecundum formam huius ritus, dico quòd non, cum ſit actus fi-
ctus,& non inducat traditionem poſſeſſionis,ſed tantum per illa verba in-
telligitur data facultas propria authoritate capiendi, vt dicit Inno.in cap.2.
extra de conſuetud.Bal.in c.1.quid ſit inueſti.& in rub.C.de contr. empt.
& in l.voluntas.C.de fideic.& in d.c.2.& in c. per tuas de dona. & ſequi-
tur Ange.in l. Papinia.§.1.ff.de inoffic.teſta. per glo.in c.ab extraordina.
de his quæ fiunt a maio. par.c. nec per illa verba quare aliquod ius in illa
re,vt eſt tex.in c.ſi facta.ſi de feud.fuer.contr.& venditor non cenſetur li-
beratus a vera traditione poſſeſſionis,quæ in facto conſiſtit,& poteſt com
pelli vt tradat,per tex.in d.c.ſi facta,vt concludit Bal.in c.1.quid ſi inueſt.
& per pract.Ferrar.in form.feud.in verb.inueſtiuit & Iacob.in tract.feud.
2 meo.verbo.& iſta concluſio erit vera in † rebus corporalibus,ſed in incor
poralibus intelligitur tradita poſſeſſio,quando princeps concedit,niſi do-
3 ceatur de poſſeſſione contraria,ex quo † poſſeſſio transfertur,& datur per
conceſſionem,ſeu priuilegium principis,vbi non demonſtratur poſſeſſio
b contraria [b] allegatur ad hoc ſingularis doct. Inno. in c.in noſtris extra de
conceſſ.præb.ſequitur Bart.in rubr.ff.vet. & in l.voluntas.C.de fideicom.
allegat not.in c. exoritur de his quæ fiunt a maio.part.cap.& in l.quædam
mulier.ff. de rei vend.& in repe.l.2.C.de ſeruit. & aqua.Mar.Frec.V.I.D.

ADDITIONES.

a Quòd conſuetudo normandorum per cultellum tradere poſſeſſionem,vt in antiquo inſtrumento an.1202.de hac conſuetudine verbum faciente reperi, & meminit Andr. . . .

b Quòd in conceſſione facta per principem transfertur poſſeſſio ſine traditione eſt communis opinio per Bal.in l.1.C.de rer. perm.& idem dom. author de ſub feu. lib.2.tit.quis dicatur dux. nu.64. Paul. Fuſc.

QVAESTIONE QVINTA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum an ſit liquidum ſi res vendita reperitur obligata.*
2 *Traditum non dicitur quod reuocari poteſt.*
3 *Cautela pro emptoribus quòd excipiant, quòd res non eſt libera.*
4 *Vendens ſimpliciter rem, intelligitur vt liberam vendat.*
5 *Mulier non vendicat, quod ad ſe eſt reuerſurum.*
6 *Emptor dicitur probare oſtendens rem venditam fuiſſe obligatā alteri.*
7 *Accedentia multum proſunt ad cognoſcendum.*
8 *Euictio dicitur caſus dubius.*
9 *Concluſio authoris.*

QVinto quæro, quid ſi poſſeſſio fuit tradita, & præſentatum
1 † inſtrumentum pro precij conſequutione, dicit emptor nō
poſſe liquidari, ex quo res vendita non eſt libera, ſed pro tali debito, vel dotibus talis mulieris obligata, & producitur
inſtrumentum obligationis, adeo quòd poſſeſſio non poteſt
cenſeri tradita ex quo tenetur venditor ipſe adimplere, & tradere liberam
poſſeſſionem, vt in l. 1. § .fin. ff. de actio. empt. & poſſeſſio poteſt ſibi iure
2 auocari ex quo non † dicitur traditum, quod iure auocari poteſt, vt dicitur in l. non videtur. ff. de acq. poſſ. & *in* l. ſi creditor. ff. de ſolut. & in l. me
uius. §. pen. ff. de leg. 2. & ad hoc probandum producit inſtrumentum debiti vel obligationum dotis, an pcſſit ad interrogationem procedi ſuper
hoc inſtrumento, dico ꝙ non per doctrinam Bal. *in* l. qui rem. C. de euiction. qui dixit ꝙ ſi res vendita non eſt libera ſed alteri obligata non tenetur empror precium ſoluere, & poteſt illud retinere donec liberetur ab
3 onere, & pro hoc dabat cautelam † emptoribus non valentibus ſoluere, vt
ſic excipiant, per tex. in d. l. qui rem & in l. ſi prædium, & in l. ſi ex prædijs,
a & *in* l. ſi cum tibi. C. eo. tit. Alex. conſ. 20. 7. vol. Dec. cōnſi. 1*19*. 1. vol. a &
4 ratio eſt † nam venditor rem vendendo, intelligitur vt liberā vendidiſſe,
vt inquit ipſe Bald. in l. quoniam. C. de compenſ. per illum text. & in l. ex
prædijs, & in l. cum tibi per gloſſ. ibi. C. de euict. & liberam tenetur tradere, præſertim quando liberam eſſe aſſeruit, vt dicit idem Bal. in rubr. C. de
contrah. empt. *6*. colum. & in l. *1*. C. qui teſta. fac. poſſ. & *in* l. ſi quis emptionis. C. de præſcr. *3*. an. & in l. 1. C. ſi res pign. dat. ſit & *in* l. 2. C. de remiſ. pign. vnde ſi liberam non tradidit, non poteſt videri rem tradidiſſe:
quia differt ſeruus a libero, ſicut albedo a nigredine, & poteſt ab *ipſo* emptore auferri, & ſic poſtmodum careret re, & precio, vt dicit text. in l. ſi
mandato. §. creditor. in fi. ff. mand. per regulam antedictam, ꝙ non dicitur

traditum,quod poteſt quandocunque iure reuocari. vt inquit text.in l.re-
b ſcriptum.§.primo. ff.de diſtract.pigno.[b] & l.qui concubinam.§. fin. ff.de
leg.3.& l.ſi libertus.in princip.ff.de iure patronat. cum ſimilibus,nec ob-
ſtat ſi diceretur,quòd dies ſoluendi debita, vel reſtituendi dotes nondum
ceſſit.arg.l.cedere diem.ff.de verbo.ſignifi.& in l.& ſi dotis.C.de iure do.
5 vbi mulier non vendicat, † quod poſt mortem viri ad ſe eſt reuerſurum,
vt in l. dotalem. ff.ſolut. matrimo. & in l.1.& l.fin.C. de ſetu.pigno.dat.
manu.cum ſit incertum an actio cum effectu competat, vel ipſe debitor
ſoluat, vel alia aliqua via excludatur a pignore & hypotheca creditor, &
interim negari non poteſt,quin ipſe emptor fructus percipiat,& dominus
rei ſit, & poſſeſſor,vel potius iſtud creditum remaneat in ſuſpenſo, & de-
pendeat a futuro euẽtu,vt ait Trifonius in dicta lege reſcriptum.§.primo.
maxime ſi venditor habeat alia bona ſuper quibus, quando euictio ſeque
retur, poſſet emptori ſuccurri, vt dicit arguendo Bald. in l. ex prædijs in
6 fin.verb.C.de euictio.nam ſufficit emptori † oſtendere rem venditam fo
re nexui ſubmiſſam,vt precium ſoluere non teneatur, quia venditor ſciẽs
rem obligatam, vel nexui ſubmiſſam, vendens liberam, & vt liberam,
rem alienam, & non ſuam vt aſſeruit,vendidiſſet arg.l.1.§.fi. ff. de actio.
empt.bona eſt littera,& ibi Salyc.in l.ſuper fundo.C.de tranſact.& ſequi-
tur Bartol.in l.Mæuius.§.fundo.colum.penult.ff. de leg.2. & emptor di-
cit,quòd aliàs nõ fuiſſet empturus,niſi libera fuiſſet, vt in l.cum eiuſdem.
ff. de ædil. edict. & in l. ex empto.§.ſi quis virginem. ff. de actio. empto.
7 quia † accidentia ſecundum Phil.magnam partem afferunt ad cognoſcen-
dum,quod quale ſit, vt arguit Barba.conſi.156. colum.1. volum.& po-
teſt videri in hoc non conſenſum, vt dicunt docto.in d.l. cum te.& dicit
emptor, quòd intereſt ſua litibus non inuolui, & quòd ſua expedit magis
rem,quàm precium habere,vt dicitur in l.ſi cui fundus.ff.de lega.2. & de
dolo aget contra venditorem, qui rem obligatam ſuppoſuit emptori, vt
falleret, vt in l. ſi cum venditor.ff.de dol. & de falſo ipſum accuſabit im-
mutando rei veritatem, vt in l. prima, & l.qui duobus.ff.de falſ. vt dicit.
Andr.in c.1.qui ſucceſ.ten.el ſecundo, & ſequitur Card.in c.ſi facta ſi de
8 feud.fuer.contr.& caſus † euictionis dubius eſt cum ſit fortuitus, vt in l.
9 ſi per imprudentiam. ff. de actio. empto. vnde teneo, † quòd præſentari
non poteſt, licet iſta deciſio ardua ſit, cum vix ſit reperire bona non ob-
noxia. quare cogita. Mar. Frec. V. I. D.

ADDITIONES.

a Quòd aliter vendens ſi afferat liberam rem tenetur pœna falſi,vt infra ſi vero tacea
tur tenetur crimine ſtellionatus, vide Neguſa.qui Cotas allegat in tract.de pign.
3.par.1.mem nu.21.fo.mihi.185. Paul. Fuſc.

b Omnino Neguſant.de pignor.6.part.prin.membr.nu.43.cum ſeq.vbi de intellectu.
d.l.reſcriptum §.1.fo.mihi.438.Abb.Paul.Fuſc.

QVAESTIONE SEXTA.

SVMMARIVM.

1 *Euictio ſi imminet in re vendita an præſentetur inſtrumentum.*
2 *Emptor poteſt repetere quod ſoluit euictione ſtante.*
3 *Cautela pro emptoribus vt differant ſoluere.*
4 *Iudex tenetur veritatem inueſtigare.*
5 *Cautio quæ datur pro euictione qualiter præſtetur.*
6 *Debitor ſi eſt pauper ſuperſedetur ſuper liquidatione.*
7 *Diues poſſidens immobilia non præſtat fideiußorem.*

SExto quæro quid ſi producto inſtrumento, in vltimo peremptorio pro conſecutione precij dicat emptor fuiſſe ſibi ſuper poſſeſſione vendita vel tradita, motam litem, & producat acta, & dicat nõ poſſe liquidari ad precij conſecutionem
1 † ex quo imminet euictio, quid iuris? concludo ꝙ nõ poteſt hoc inſtrumentum liquidari, quia imminente euictione non compeut cũ
a effectu actio venditori, & ſolutum † pro tali cauſa repetet emptor, vt eſt caſus in l. & ſi poſt perfecta. C. de euictio. niſi venditor offerret dare fideiuſſorem idoneũ, pro ſecuritate euictionis, & ipſius rei venditæ, vt ait Vlp. in l. habitationum. §. fi. ff. de peri. & com. rei ven. & in l. fi. ff. de reſcin. ven. & eſt tex. in d. l. & ſi poſt perfectam, & ſequitur Bar. in l. à diuo pio. §. & ſi
3 poſt aditum poſt Iac. de Are. ff. de re iud. qui dat cautelã † emptoribus non
a valentibus ſoluere [a] vt tenet Pau. de Caſt. in l. non iccirco. C. de contr. emp. tamen bonus iudex aduertat, an lis fuerit fraudulenta, & procurata ab ipſo emptore, & tunc ad interrogationem procedat, dummodo hoc ſibi plene conſtet, & qñ iſta exceptio ab emptore proponitur, dabit ſibi iuramentum
4 ſi illam calumnioſe proponit, vel litem prædictã procurauit, ex quo † ad ipſum ſpectat hoc inueſtigare, & viam fraudibus præcludere, vt dicit Inn. in c. poſt ceſſionem in conceſ. præb. per tex. in l. qui cum maior. §. ſi plures. ff. de bon. libe. ſequitur Bal. in l. 1. C. de ſent. quæ ſui cert. quant. & in l. peremptorias. col. pen. C. quæ ſent. reſcin. non poſſ. & tenet multum eleganter idem in propoſito q. Socyn. conſ. 208. viſis actis. 2. & 3. col. 2. volum. Paul. de Caſt. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. & per Bar. in l. ſi quis libertatem. ff. de petit. hæred. & eſt bona litera. in l. 4. §. illud. ff. de fideic. lib. per doct. in d. auct. hoc amplius & per Bar. in l. 1. §. ſtipulatio. ff. de præ
5 tor. ſtipul. qui monet † qualiter ſit præſtanda iſta cautio ſi reſpectu mouentis litem tantum, vel alterius cuiuſcunque, vt per Paul. de Caſtr. in d. §. ſtipulatio, & quando petitur precio ſoluto. per Bal. in l. familiæ la prima. C. fam. herciſ. & in l. 1. C. de bo. mat. & per Alexan. in l. commodare. ff. comod. & d. l. & ſi poſt perfectam in apoſtil. ad Bart. & hoc intellige eſſe verum

rum

6 tum non poſſe procedi ad interrogationem, quando † venditor eſt pauper,& mota eſſet lis ſuper poſſeſſione vendita,& tradita,ſed quando eſſet
7 diues & idoneus † facultatibus non tradit fideiuſſorem nec tradere tenetur,vt dicit Bald.in l. cum clericis. C.de epiſc. & cler. vel intimato iudicio ipſi venditori,idem iudicium ſuo auctori intimatum, qui comparuit & ſuſcepit iudicium,vt refert Affli.in ſua deciſ.171.quia tunc liquidabitur. eſt tamen ad prædicta aduertendum ſi hoc non iniuſte negaretur ab emptore,qui vellet ſuper prędictis audiri,& ſuas defenſiones facere,ſi debeat carcerari vel ſub fideiuſſoribus liberari, vel moneri debeant partes, vt ad primã compareant cur.bonus iudex mature cõſiderabit. Mar.Frec.V.I.D.

ADDITIO.

a Quòd iſta cautela eſt periculoſa,quia emptores non valentes ſoluere facile iurant in præiudicium religionis iuramenti cui ſuccurritur per præſtationem fideiuſſorum a venditore,licet emptores ſe defendant hoc facere pro abundantia cautelarum, quæ regulariter præſumptionem malefidei non inducit. idem Bald. in l. non ex eo.C.eo tit. Abb. Paul. Fuſcus.

QVAESTIONE SEPTIMA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum mutui ſi ſequatur venditionem an poſſit præſentari.*
2 *Contractus ſi duo ſunt facti eodem die inter eoſdem dicitur eſſe factum vnum contemplatione alterius.& nu.3.& 4.*
5 *Quæ incontinenti fiunt videntur ineße.*
6 *Plures actus ratione connexitatis dicuntur pro uno.& nu.7. mulier non petit dotem ex inſtrumento confeſſionis ſi præcedat inſtrumentum promiſſionis.8.*
9 *Socius ſi poſt emptionẽ ſtatim diuidit nõ dicitur emere gratia ſocietatis.*
10 *Confitens ſe debitorem alicui,& poſtea contrahens cum alio non excuſat.*
11 *Alloquens meum inimicum, & ſtatim me offendit,dicitur mandato ſuo me offendiße.*
12 *Diſtractio bonorum præcedens maleficium, quando dicatur in fraudem fiſci.*
13 *Dominus tenetur de delicto famuli ſi ei dixit,fac ut audiam aliquod noui.*
14 *Conſilium datum pro homicidio ſemper dicitur fuiſſe cauſa homicidij.*
15 *Pecunia ſi ſoluatur incõtinenti priuilegiato creditori pſumitur mutuata.*
16 *Intrans monaſterium & ſubito factus Abbas præſumitur eo animo intraße.*
17 *Clericus ſi quis efficiatur poſt delictum præſumitur,quòd in fraude fiat, & punitur.*

18 *Contractus permutationis ſi præcedat contractum venditionis dicitur in fraudem vicini factus, & nu. 19. 20.*

21 *Donatarius poſt donationem aliquid promittens præſumitur facere reſpectu illius donationis.*

22 *Frater dotando ſororem videtur ei donare, & quando.*

23 *Hoſpitale donans aliquid mulieri, quæ primo donauerat dicitur eo reſpectu donaſſe.*

24 *Præcedentia declarant ſequentia.*

25 *Renuncians beneficio, quando dicatur in fraudem renunciare, & nu. 26.*

27 *Imperator veniens in Italiam tenetur ſoluere debita præfecti prætorij, & quando non.*

28 *Quietatio quando dicatur facta ſpe futuræ promiſſionis.*

29 *Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur.*

30 *Debitum ex una cauſa poteſt conuerti in debitum ex alia cauſa.*

31 *Contractus primus ſi declarat cauſam ſecundi in hac materia.*

32 *Cauſa transfuſa ſi eſt falſa uel iniuſta, poteſt actionem producere.*

33 *Precium ſi non eſt ſolutum dominium non tranſit ad emptorem.*

SEptimo quero quid ſi poſt inſtrumentum emptionis, & venditionis, in quo venditor fatetur ſe precium recepiſſe, prout
1 communiter fieri ſolet non diuerſo ad extraneos actus † ſequitur purum inſtrumentum mutui, cum interuentu eiuſdem met iudicis, notarij, & teſtium, in quo emptor ſe debitorem conſtituit ex cauſa mutui, & producitur in vltimo peremptorio, dicit reus hoc inſtrumentum non potuiſſe præſentari, nec poſſe liquidari, ex quo obſtat exceptio rei non traditæ, replicat actor hoc non eſſe inſtrm emptionis, & venditionis, ſed mutui, in quo non apparet ſe obligatum aliquid tradere, rurſus reus ex calendario ſui inſtrumẽti emptionis, cum illo mutui apparere, quod in veritate ab illo dependet, & dicitur idem, & vnũ cum illo, ac eiuſdem pars, vnde quæ contra illud poterat opponere, & contra iſtud opponet, quia eſt loco illius ſubrogatum, quinimmo vnum cum alio connexum: quid iuris? iſta eſt quotidiana, & no. q. ad quam pro nunc adduci poteſt, quod dicit Bal. in l. petens. col. pe. C. de pact. quòd vbi ſunt
2 † duo contractus confecti eodem die inter eaſdem partes cum interuentu eorundem iudicis, notarij, & teſtium vnum cenſetur factus contemplatione alterius, atq; vno verbo, & conſenſu, idem Bal. in l. legem, & l. bonæ fidei. C. eo. tit. Soc. conſ. 273. vol. 2. Dec. conſ. 336. lib. 2. quòd plura inſtru-
3 menta † ſimul confecta habentur pro vno, propter dependentiam, quam habet vnũ ab alio Abb. in c. cum Io. de fid. inſtr. ſequitur Sand. in c. paſto.
4 6. col. de reſtr. idẽ per Bar. conſ. 155. ꝙ vbi † fiunt plures contractus incõtinenti vnus poſt aliũ, alter alterius contemplatione prǽſumitur factus, & ꝙ vnus alteri correſpondeat, vt dicit Bal. in l. 1. & l. pen. §. mulier. ff. ſolu. matrimo.

trimo. & primus contractus non cenſetur abſolutus propter dependen-
tiam, quam habet a ſecundo, vt eſt caſus in l.contractus. C.de fid. inſtru-
men.& ſecundus contractus dicitur eſſe pars primi. dicta lege contractus,
& hoc reſultat ex actu incontinenti facto l.ſi ventri. §.in bonis. ff.de pri-
uileg. cred. vbi bon. gloſſ. additis cumulatis per doct.in l.lecta. ff. ſi cert.
5 peta. per illam regulam, quòd † quæ incontinenti fiunt videntur ineſſe.
a l.iuriſgentium.§. quinimmo de pact. [a] & dicta l.petens, & l. bonæfidei,
& videtur caſus Vlpiani, in l.hæredes palam. §.vno contextu. ff. de teſta-
6 men.& in l. cum antiquitas. C.eod. quòd ratione contextualitatis † plu-
res actus cenſentur pro vno, vt habetur. in l. continuus. ff. de verborum
obligatione. accedit quod dicit Bald. in lege prima. in fin. C. de oper.
7 lib.quòd † factum eodem tempore, loco, & contextu, & teſtibus vnico
actu dicitur factum, & per Veronen. in tractat. de controuer. ſimul in ſe-
cunda ſp.& per eundem Bald. in l. Sempronius. ff. de lega. ſecundo, &
in l.nec corruptionem. C.de vſufruct. pro quo dicebat idem Bald.in l. in
litis. §. mulier. ff. ſolut. matrimo. quòd ſi vir confitetur ſe recepiſſe do-
8 tem, & incontinenti ſequitur inſtrumentum promiſſionis dotium † non
poterit mulier dotem ex primo inſtrumento confeſſionis petere, cum
per ſecundum inſtrumentum incontinenti factum datur intelligi illam
confeſſionem fuiſſe factam ſub ſpe futuræ promiſſionis iam factæ, & nu-
merationis faciendæ idem in dicta l.petens.& l.bonæfidei, & l.legem ſe-
quitur Barba.conſilio 42.tertia colum.primo volum. conſilio 37.quinta
colum.4.volum.conſilio 19.2.volum.Curt.conſi.55.Alexan.conſi.178.
viſo themate 2.volum. aliquid in conſi.167.eod.volum. & in l.ex pluri-
bus.§.fin.in apoſtil.ad Barto.ff.de ſolut.quòd plura inſtrumenta confecta
eodem die,præſumuntur facta,vt vnum ſine alio non valeat & tenet idem
9 Barb.conſi.37.in fin.quarto volum.& prædictis additur, quòd ſi † ſocius
emit, & incontinenti diuidit non dicitur emiſſe animo contrahendi ſo-
cietatem.lege prima.ff.commu.diuidun. ſimiliter tradit Bald.in auth. ſed
10 iam neceſſe.C.de donat. ante nupt. quòd † vbi quis confitetur ſe debito-
rem Titij, & incontinenti cum alio contrahit,præcedens confeſſio præ-
ſumitur facta animo alium fraudandi,& ideo reuocari debet per text.ibi,
& ſequitur Paul.de Caſt.conſi.337.1.vol.ſimiliter Ang.in d.l.ſi ventri.§.
11 in bonis de pri. ind.quòd ſi quis eſt † alloquutus inimicum meum, & il-
lico me offendit præſumitur de illius mandato me offendiſſe: de quo in
l.1.§.in ſumma.ff.quar.rer.act.non detur.idem voluit Bar.in leg.poſt con
12 tractum.ff.de dona.quòd ſi poſt † diſtractionem bonorum ſequitur ma-
leficium diſtractio præcedens præſumitur facta animo fiſcum fraudandi:
de quo in l.fi.ff.ſi ex noxa.cauſa agn.& concordat,quod voluit idem Bar.
in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acq. hæred.ꝙ ſi dñs † dixit famulo
fac vt audiam nouum.& reperitur ex poſt mortuus domini inimicus,præ
b ſumitur [b] famulum de mãdato domini occidiſſe vt dixit idem Bar. in l. 1.

C.de ſer.fug.ſequitur Bal.in c.veritatis 3.col.extra de dol. & cont. & in l. multum intereſt 2.colum.C.ſi quis alt.& in l.fin.C.de ſer.fug.Sand.in c. ſicut dignum.3.colum.extra de homici.& in c. Petrus 2.colum.eo. tit.& in c.afferte de preſumptio.idem dixit Inno.in c.ad audientiam de homic.
14 quòd ſi † fuerit datum conſilium ad faciendum homicidium licet per plu res dies non fuerit exequutum tamen præſumitur factum vigore præcedentis conſilij de quo per Pau.de Caſtr.in l.ſancimus.C.de teſtam.acce-
15 dit præmiſſis,quod voluit glo.in d.l.ſi ventri.§.in bonis,quòd ſi † mutuata pecunia ſoluitur incontinenti creditori priuilegiato,preſumitur ad hoc mutuata,vt illi ſoluat ſecundum Ang.ibi,& dicebat glo.in c.officium ex-
16 tra de electio.quòd ſi ingreſſus monaſterium † illico fiat abbas,præſumitur prius hoc actum,& intraſſe vt abbas fieret non animo veræ religionis, ſed vt ad dignitatem illam aſſumatur, voluit idem Guil.de Coneo. in l.of-
17 ficiales.C. de epiſc. & cler. quòd ſi quis commiſſo delicto † ordinem ſuſcepit clericalem,præſumitur religionem intraſſe, animo euitandi iuriſdictionem temporalem,& pœnam à ſecularibus.ll.ordinatam,& ideo pote-
c rit puniri per eundem iudicem ſecularem,vt dicit Bald.in d.l.[c] non tamen pœna corporali,vt voluit idem Bal.in l.1.C.an ſeru. Ancha.in c.quæ ſunt de reg.iur.in 6.din.in l.qui metum.de re mili.docto. in l.idem Vlpianus. ff.de adminiſt.tut.& tenet Alex.in l.cum quædam puella.ff.de iuriſd.om. iud.adduci etiam poteſt quod tradit Veron. in tracta.de ſimul. contr.φ ſi
18 præcedit † contractus permutationis, & ſequitur illico contractus venditionis,primus contractus preſumitur factus animo fraudandi vicinum de quo per Ioan. Andr.in addi. Specul.tit.de empt.& vend.§. an autem referendo Guil.& ſequitur Bal.in l.2.C. de rerum permut. idem tradit Iacob.
19 Butr. in l. pacta nouiſſima. C.de pact. quòd ſi † preceſſit tractatus de vendendo, & poſt incontinenti ſequitur contractus donationis, vel dationis inſolutum ſequens contractus animo factus fraudandi vicinum iure con-
d grui, ſi forte ius congrui prætendebat ſequitur ibi Barto. [d] & Roman. in l.ſi quis cum alter.13.colum.4.volum.& in ſimili poſt Hoſtien.& Anto. de Butr.in c.ad noſtram.de empt.& vend.per Bal.in l.3.C.plus Val.& in l. multum.C.ſi quis alt.Ang.in l.item quia.§.idem Iulia.ff.de pact.& in l.1. 3.colum.ff.de iudi. per Ioan.de Imol.in l.ſi Titia. §.idem reſpondit. ff.de verbo.oblig.idem dicit Ancha.conſ.159.quòd ſi præcedit inſtrumentum
20 debiti,& incontinenti † vel in breue tempus ſequitur inſtrumentum dationis in ſolutum domus vel fundi, primum inſtrumentum præſumitur factum in fraudem vicini, ne conſequatur rem iure congrui.de quo in d. c.officij de electio.& eſt text.in l.plerique.ff. de rit. nupt. & in l.4.§.ſi ab ignoto.ff.de manumiſ.Specu.in tit.de confeſ.§.nunc dictum. verſi.ſequitur,& tenet Bart.in d.l.poſt contractum.de don.idem dicit Fulg.in conſi.
21 incip. prima fronte, quòd ſi † donatarius poſt donationem ſe obligat aliquid facere præſumitur feciſſe animo præcedentis donationis, per text.

quem

quem dicit notab.in l.1.§. quæ onerandæ. ff.quar. rer.act. prædicta etiam
corroborari poſſunt per dicta per Bal.conſi.382. circa thema 1.volum.q
22 licet † frater videatur dotando donare ſorori.per tex.in l.1.§.accedit.C.de
e rei vxor.actio.[e] ſi tamen eadem die apparet inſtrumentum quietationis fa
ctę per ſororem pręſumitur fratrem dotaſſe propter quietationem,& non
animo donandi,prout conſuluit Paul.de Caſtr.quòd ſi mulier donat ali-
23 quid hoſpitali,† & eadem die hoſpitale ſe obligat aliquid dare ſibi ſingu-
lis annis cenſetur feciſſe hoc contemplatione præcedentis contractus ex
actuum vicinitate:allegat Bald.in d.l.petens, & ideo dicebat eſſe donatio-
nem ob cauſam, & vendicare ſibi locum.l. pecuniam.C.de cond.ob cau-
ſam tenet Soc.conſi.273.in pręſenti conſult.3.colum.2.volum.& allegat
d.l.lecta.in verſ.dicebam & text.in l.ſi ſeruus plurium in fin. ff.de legat.1.
24 quia † præcedentia ſequentia declarant,& econtra [f] vt in d.§.fin.& l.quo-
f tiens.C.de famil.hercic.idem Bal.in l.ſpadonem.§.iam tamen ff. de excu-
25 ſat.tut. quòd ſi quis † renunciat beneficio, & incontinenti ducit vxorem,
præſumitur renunciaſſe in fraudem expectantium beneficium.idem Bald.
26 in authen.niſi rogati.C.ad Trebel.quòd † præſumitur in fraudem renun-
g ciare beneficium qui in vltimo vitę ſpiritu illud renunciat,[g] vt dixit etiam
in l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in fraud. credit.per text.in c.1. de renunc. in
27 ſexto tradit idem Bart.in l.1.ff. ſi quis teſta. lib.eſſ.iuſ.fuer. quòd † præfe-
ctus prætorio ſciens aduentum imperatoris contrahens debita, ex quo te-
netur illa ſoluere de conſuetudine,dicitur in fraudem facere,vt dicit Bald.
in l.cum pater. C. de vſufruct.& accedit eiuſdem dictum in l. ſi abſentis.
28 colum.penult.C.ſi certum pet.quòd † quietatio præſumitur facta ſub ſpę
futuræ promiſſionis,quando incontinenti quietanti apparet facta promiſ-
ſio. per text.ſing.in l.minor 25.an.cui fideicommiſſ.ff.de minor.vnde ex
prædictis colligi poteſt tale inſtrumentum non poſſe liquidari, cum illa
confeſſio dependeat a contractu venditionis,& ex celeritate actuum poſ-
ſeſſio non poſſit cenſeri tradita,& inſpecta qualitate perſonarum, loci, &
temporis,& eiuſdem ſummæ,prout communiter notarij dicunt in contra
ctu addentes verbum, talis &c. confeſſus eſt ſe debitorem Gaij in tanta
quantitate pecuniæ ad eum peruenta,ex precio venditionis talis fundi ho-
die primo die factæ, & tale inſtrumentum poſſet dici ſubrogatum primo
29 inſtrumento † correlatiuum etiam cum eo connexum vnde ſapit eius na-
turam per tex.in l.fi.§.ſi quis iniuriarum.ff.ſi quis caut.[h] & l.item veniũt.
§.ſed cum prædiximus.ff.de petit.hæred.ſed poſſet ab actore ſic opponi,
& argui in contrarium, quòd ſuum iuſtrumẽtum ex ſui lectura liquidum
apparet,ex cauſa mutui in eo contenti, vnde ſe ſatis feciſſe dicit ſtatuto li-
quidum inſtrumentum requirenti,cum ex illius inſpectione aliquid face-
re,vel tradere non demonſtretur, & licet cauſa mutui habita relatione ad
pręcedentem contractum emptionis,& venditionis effectualiter vera non
ſit,tamen verum fuit illum emptorem debitorem ſe obligatum fuiſſe ex

præambulo contractus præcedentis, cuius cauſa mutata transfuſa appa-
ret in cauſam mutui, per text. in l. ſi ex precio & l. ſi pro mutua. C. ſi cert.
30 petit. vbi debitum † ex vna cauſa poteſt conuerti in debitum ex alia cau-
ſa, licet cauſa ſecunda ſit ſimulata, vt eſt text. in l. Lucius la ſecunda. ff. de-
poſit. vbi Papinianus ponit cauſam in filia, cuius pater illam ſeruo alie-
no in matrimonium copulauerat, in depoſitum conſtituendo dotem te-
nere, & quia dotis conſtitutio non tenebat: quia non erat matrimonium,
dicit ibi depoſiti eſſe agendum, ponit Bald. in rub. C. depoſi. Alexan. conſ.
28. tertia colum. quinto volum. idem Bald. in dicta l. ſub ſpecie. ff. de poſt.
quòd talis exceptio non poterit opponi ad impediendam executionem
inſtrumenti quarantigiati, vt voluit Barto. in l. emptor. ff. de aq. plu. arci
& in dicta l. ſub ſpecie, & conſilio 101. inc. Petrus Moli. ſequitur Socyn.
in eleg. ſuo conſilio 264. viſis inſtrumentis. ſecundo volum. & quamuis
31 contractus † primus declaret cauſam ſecundam mutui correlarie, & re-
quirat implementum, quòd eſt ſecus in cauſa mutui transfuſa tamen ex
quo agitur ex cauſa ſecunda, illam non modificat, ſeu reſtringit, quia
vera eſt licet dependeat ab ea, quæ ad implementum requirit, text. eſt in l.
aduerſus. C. de non numerata pecunia, & ideo inquit Salyc. in dicta lege ſi
32 pro mutua quòd † quando cauſa transfuſa eſt falſa, iniuſta, vel impotens
actionem non producit, vt eſt videre in l. 2. §. certi. ff. de except. dol. & in
l. pacti. C. plus val. & in titul. ff. & C. de cond. ob turp. cauſam, & in dicta l.
i ſi ex precio [i] tunc ex ea non agitur, ſed quando eſt vera, & non eſt reperi-
re, quòd cauſa vna in aliam transfuſa, altera ab altera reſtringatur, vnde
poterit hoc inſtrumentum liquidari, & præſentari non habito reſpectu
ad contractum præcedentem, & duci poteſt ratio, quam vulgariter notant
notarij, & tacito quinimo expreſſo partium conſenſu, vt vtrumque inſtru
mentum ſortiatur ſuum debitum effectum, & confeſſione recepti precij
dominium cum poſſeſſione precaria tranſlatum intelligatur, quia quan-
33 do † precium non eſt ſolutum non tranſit ad emptorem dominium, vt
eſt text. in l. ſecunda. §. primo. ff. de trib. actio. & in §. venditæ Inſt. de rer.
diuiſ. & ideo vt dominium ad emptorem tranſeat, confitetur venditor pre
cium recepiſſe, & ſic venditor liquidum habet emptorem obligatum ad
precium transfuſum ad cauſam mutui, quia ſi aliter eueniret, deluſus in-
ueniretur, ſic ad confitendum inductum contemplatione illa, vt emptor
liquido ſibi obligaretur. Mar. Frec. V. I. D.

ADDITIONES.

a De hac regula cotas per me adductas in meo repert. in littera q. num. vbi vide, & per Tiraq. de vtr. retr lib. 2. §. 1. glo. 5. in prin. Neguſ. de pignor. 4. par. prin. nu. 35. & num. 40. Abb. Paul. Fuſc.

b Ad hanc materiam quæ dicit Corſet. in ſing. inc. præceptum fo. mi. 619. & omnino per doctiſſimum Saray. in additio. Matheſ. not. 187. fo. mi. 299. columna prima. Abb.

Abb. Paulus Fuſcus.

c Cagn.in d.l.cum quædam puella.num.34 ff.de iuris omn. iud. Sand. in c.fi.p ſt nu. 14 de conſtit. Abb. Paul.Fuſc.

d Quòd id eſt quia fraus detegitur ex contractu præcedenti, quòd vere animo fraudãdi vicinum fuerit factus per Tiraq.de vtr.retr.lib. 1.§ 1. glo.14.nu.24. an autem aliquo modo liceat fraudare vicinum ab hoc iure idem Tiraquel. in præfat. 1. lib num.24. Abb. Paul.Fuſc.

e Quæ ſcribit Sande.in c. paſtoralis nu.5.extra de reſcri. Abb Paul.Fuſc. Pariſ de hac reg. conſ.23. num.18.vol.1.& dixi in meo reper. in litera p. num. Abb. Paul. Fuſc.

f Quòd hæc renunciatio facta ab infirmo hodie non ſortitur effectum, niſi à die renunciationis ſuperuixerit per 20 dies. per reg.cauſa colum.18.vbi glo.& mand. ſi autem ſanus renunciauerit, licet poſtea moriatur in dictum tempus non dicitur in fraudem renunciare tenet Affli. & bene in cap.1.§. quin etiam in tit.epiſc.vel Abb quod no.ad dictam.reg.cancell. Abb.Paul.Fuſc.

g De hac regula cotas per me adductas in meo repertorio.in lit.55.nu.omnino Tiraq. in tract.le mort 2.par.9.declar.nu.18.& nu.22. Paul. Fuſc.

h Hoc eſſe ea ratione, quia ſatis eſt quòd in aliquo ſit validum, quia per illud ſubſtentatur,& ab alio recipit adiumentum ne in totum corruat. doct.in ca ſi per de offic.delega.niſi veritas ſtatim in contrarium appareat Bald.in l.2.C.falſ.cauſ.leg. ad Paul. Fuſc.

QVAESTIONE OCTAVA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum vbi eſt prædictum, quòd ſi non ſoluitur infra tale tempus emptio ſit pro non facta an præſentetur.*

2 *Adductum in fauorem non debet retorqueri in odium.*

3 *Allegans contraria non debet audiri.*

OCtauo quæro quid ſi in contractu emptionis, & venditio-
1 nis † eſt dictum, quòd ſi emptor non ſoluat infra tale tem-
pus emptio ſit reſoluta,& pro non facta habeatur, in vltimo
peremptorio dicit reus, quòd emptio eſt reſoluta, an hoc
inſtrumentum poſſit præſentari, & concludo quòd ſic, &
emptorem repelli, nec iuſta opponere, quia tale pactum reſpicit fauorem
ipſius venditoris,& vt dicit Pomp.in l.cũ venditor.ff.de le.& Vlp. in l.cum
legem eo.tit.& l.itẽ quæritur.§.ſi in l.& l.ea.l.ff.loc.vnde ſi tale pactum in
2 ſui fauorem fuit appoſitum,& deductum, † in eius odium & detrimentũ
a retorqueri non debet vt in regula.l.quod fauore.C. de leg. [a] & Vlpia. in l.
Sabinus.ff.de ind.adiecti.& l.ſi minor.ff.de minor.& l.tertia.ff.de ſeru.ex
3 portand. & eo fortius deberet repelli emptor † cum allegat contrarium
eius, quod eſſet aliàs allegaturus, vt eſt text.in l.pen.C de ſolutio. neque
b eſt dicere eum ignorare, quòd veriſimile non allegat: [b] & venditor petendo precium, ius pacti,& contractus reſolutionem remittere vr̃, tradit Scæuola, in l.leg.& l.poſt diem.ff.de leg.comiſ.bonus caſus eſt in l.æmil.ff.de minor.

minor. & l. commiſſoriæ.C.de pact. int.empt.& vendit. & cap. ſuam extra de pœn. merito hoc inſtrumentum præſentari, & liquidari poteſt. Mari. Frecc. V. I. D.

ADDITIONES.

a De intellectu huius regulæ not.Paul.de Caſt.poſt Bar. in d.l.quod fauore.Pau.Fuſc.

b Fely. in c.licet cauſa probata dicitur non allegare veriſimile. Marſi.conſ.32. nu.38. eſſet enim venire contra factum proprium,quod non licet vt dixi in meo repertorio in littera a.num. . . Pau. Fuſc.

QVAESTIONE NONA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum locationis an poſſit præſentari ſecundum ritum.*

2 *Locator debet tradere poſſeſſionem rei locatæ, ut poſſit agere ad penſionem.*

3 *Locans dicitur factum promittere.*

4 *Locans aliquam rem ad duo tenetur ex parte ſua. & nu.6.*

5 *Adimpletum non dicitur ſi aliquid ſupereſt adimplendum.*

6 *Promiſſio facta per conductorem de penſione eſt conditionata.*

7 *Ablatiuum abſolutum inducit prouiſionem, & cauſam finalem nu.9.*

8 *Author bis obtinuit pro ſua opinione in iudicio contradictorio.*

10 *Intellectus contractuum baronum de fructibus feudorum.*

1 NOno quæro de inſtrumento † locationis,& conductionis an ſit liquidum, vt poſſit præſentari ſecundum formam huius ritus, & dico quòd non, cum ex parte vtriuſque requiratur adimplementum, de quo non apparet in inſtrumento, per Bald.in l.3.3.colum.C.loca. & eſt ad ſimilitudinem contra-
2 ctus empt.& ven.vt dicit.I.c.in l.1.& 2.ff. loc. vnde locator † tradere debet poſſeſſionem conductori,vt ea vti & frui poſſit,vt ſic ad penſionem illum habeat obligatum vt in l.ſi quis domum. & l.ſi fundus. ff.eod.tit.& in c.ſi facta.ſi de feu.fuerit contro.nec etiam tradendo cenſetur liberatus, & ſi de hac traditione cantaret inſtrumentum, nec cenſeretur liquidum,
3 nam per ſolam traditionem non diceretur liberatus,ex quo qui † locat videtur factum promittere,ſed conductorem poſſeſſione frui iuxta tempus conuentionis,& ipſum pati vti frui tempore præfinito, vt dicit Vlpia.in l. vbi autem.§.fundi.ff.de verbo.oblig. vnde licet ſit liberatus a traditione, non tamen eſt liberatus a præſtatione patientiæ, vt in l.ſeruus.§. corpora-
4 les.ff.de acquir.poſſeſ.& cum locator † ad duo teneatur,vnum adimplendo non dicitur obſeruaſſe.vt in l. qui hæredi plures.ff.de cond. inſtit.& l.

cum

5 cum Sillanianum.C.ad Sillani.& nihil dicitur adimpletum quando † ali-
a quid ſuper eſt adimplendum [a] l.fi.ff.in ius voc.l.celſus.ff.de arbitris, & q
6 locator teneatur ad duo † tradere ſcilicet & patientiam vti frui præſtare eſt bonus tex.in l.3.§.dare.ff.de vſufr.& l.quotiens.§.fi.ff.de ſeruit.& l.1.§. fin.ff.de ſeruit.ruſti.præd.bonus tex.cum gl.in l.corruptionem.C.de vſufruct. & ideo licet tradat non tamen ex ſui parte adimpleuit, ex quo contractus reſpicit tractum ſucceſſiuum in quo quis non liberatur adimplendo niſi duret contractus ſeu effectus implementi per ſing. tex. Sceuolæ.in l.inter Caſtellianum,& quod ibi dicit Bart. ff.de arbi.& l.ſi in lege.§.Colonus.ff.locar.& in l.ſed ſi poſſeſſori.ff.de iureiur.& l.promiſeris.§.Epiſcopus.ff.de acquir.poſſeſſ.d.c.ſi facta,& C.de boniſq; lib.cum opere.§. ſinautem in verb. diutina datione, vbi bona litera.& C.de tranſ.l. ſiue apud acta & Melius in d.§.datur.vbi tex.dicit,datur autem intelligitur, ſi indu-
7 xerit in fundum legatarium, eumve patiatur vti frui, & promiſſio † facta per conductorem ſoluendi penſionem a tacita quod ne reſtringatur,ſi patientiam,vti fruendiq; locator in re locata præſtiterit, per ſing.text.a contrario ſenſu.in l.quæro.§. interlocatorem.ff.loc.per Bal.in l.ęde m. C.eo. & ipſa conditio poteſt colligi expreſſius ex verbis contractus dum proui-
8 ſio, † & conditio concipiatur per ablatiuum abſolutum, vt.ff.de euict.l.
9 euictis.& ibi per Barr.& in l.ab emprione,& per eundem Bart.ff. de pact.
b & l.a teſtatore.ff.de cond.& demon.& in iſto † ablatiuo abſoluto [b] includitur finalis cauſa promittendi. ſecundum Bal.in l.1.opp.C.quando non pet.& in l.1.in fi.C.de lib.præter.vnde ſæpius obtinerur talia inſtrumen-
10 ta declarari eſſe inliquida,& ego bis obtinui † in cauſa Illuſtr.ducis Summæ cum Magnifico Ioan. Baptiſta Lanario collega, & eſt aduertendum
11 pro contractibus affictuum qui † celebrantur hodie de fructibus feudorum baronum,qui poſtea recipiunt ad affictum, & hoc etiam ego intelligo eſſe verum ſi eſſet renunciatum in inſtrumento traditioni, & pacientiæ, per ea quæ dicam infra parr. ſeq. tertia q. Mar. Frec. V. I. D.

ADDITIONES.

a Quando dicatur factum licet aliquid ſuper ſit faciendum Bar.conſ.36.1. volum. de quo dicto memini in meo repertorio in littera. f.num . . . Paul. Fuſc.

b Tex.in l.ſi quis ita.§.ſi duo.ff. de ſtat.lib quem tex.cum alio allegato per do.authorem allegat Gu.Pap.ſing 692. fol. mi.448.& quod dicitur hic de contractibus baronum,idem not.hodie ad contractus eccleſiæ ſub eadem forma. Abb.Pau.Fuſc.

QVAESTIONE DECIMA.

SVMMARIVM.

1 ***Inſtrumentum promiſſionis dotis an ſit liquidum,ut poſſit præſentari.***
2 ***Exceptio intentionis non excluditur a ſtatuto.***

Decimo

1 DEcimo quæro quid de inſtrumento, quod contınet † promiſ-
ſionem certæ quantitatis pro nomine dotis, quæ fuit pro-
miſſa ſolui infra certum tempus, dico ꝙ erit inliquidum,
nam hæc promiſſio habet ſub ſe conditionem ſi ſequatur
a matrimonium,[a] & ideo debet etiam probari matrimonium
eſſe contractum tex. eſt ſing. in l. talis. ff. de iur. dot. argum. l. inter ſtipulan
tem. §. ſacram. ff. de verbo. oblig. ſequitur Bald. in l. actor. C. de probat. &
iſta exceptio quòd matrimonium non eſt ſequutum oritur ex vi deficien-
tis conditionis, & conſenſus vt dicit idem Bal. in l. Sancimus. C. de donat.
2 & eſt exceptio facti † ſeu intentionis, quæ non excluditur à ſtatuto, vt in-
quit Bart. in l. vt mihi donares. ff. de donat. Bal. in l. in rebus in fi. C. de iur.
dot. & in l. peremptorias. C. ſent. reſcin. non poſ. & iſta eadem exceptio po
teſt opponi in petitione penſionis, & mercedis ex vi deficientis conſenſus
per text. in d. §. inter locatorem, & hoc expreſſius firmat in q. propoſita.
Iacob. in l. item quia. colum. 2. ff. de pact. Mac. Frec. V. I. D.

ADDITIO.

a Ad q. Bal. in l. 2. nu. 8. C. de exeq. rei iud. & per do. Caraui. omnino in Comment. rit.
mag. Cure. rit 167. nu 5. fo. mi. 171 col. 1. vide Purpur. in l. 2. §. creditum. vbi li-
mitat. ff. ſi cer. pe. ea ratione quia dos non dicitur ſine matrimonio, vt ample dixi.
in authen. præterea. C. vnde vir & vxor. in meo repertorio. in litera a. num. 117.
Abb. Paul. Fuſc.

QVAESTIONE VNDECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum continens promiſſionem pro intereſſe eſt in liquidum, & non poteſt præſentari.*

VNdecimo quæro quid ſi inſtrumento eſt quantitas promiſſa
1 pro intereſſe † adhuc dico cenſeri inſtrumentum in liqui-
dum, niſi probetur de vero intereſſe, nec ſtabitur aſſertioni
certæ quantitatis, niſi certa probetur, vt dicit Barto. in l. cre-
ditores. C. de pigno. Barto. & Bald. in l. prima. C. de ſent. quæ
pro eo, quòd int. & in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. per Alexan. conſilio
27. 4. volum. Dec. conſilio 116. 2. colum. 1. volum. & eſt vera concluſio
de qua per Doct. in d. l. 1. Mari. Frec.

QVAESTIONE DVODECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum tutelæ non eſt liquidum, ideo non præſentatur contra tutorem.*

Duode-

Q Vodecimo quæro an poſſit præſentari contra tutorem † inſtrumentum tutelæ in qua promiſit vtilia agere, & apparet inſtrumentum de receptione pecuniæ, Alexan. conſuluit, quòd non conſilio 192. viſis narratis. 7. volum. ſi promiſit reddere rationem, cum reliquorum quæ tenet reſtitutione. Mar. Frec. V. I. D.

PARS OCTAVA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum debet eſſe liquidum ſine alio termino.*
2 *Vnum inſtrumentum poteſt liquidari per aliud. & num. 3.*
4 *Certum eſſe, vel per relationem ad aliud apparere certum, paria ſunt.*
5 *Contentum in ſcriptura relata dicitur contineri in referente.*

A Liud eſt de ſubſtantia ritus, & ſic octaua eius pars, in materia liquidationis inſtrumentorum, ſcilicet, quòd † inſtrumētum ſit liquidum, non dato alio longiori termino ad probādam liquiditatem, & in hac parte quotidianæ, & inauditæ examinabantur. q. vnde eſt bene notandum, quòd vnum in-
2 ſtrumentum † poteſt per aliud inſtrumentum liquidari. de hoc eſt ritus
a ſubſequens, eſtq; in viridi obſeruantia [a] vno inſtrumento per aliud liquidato procedi ad interrogationem inſtrumenti præſentati ſecundum formam ritus, & ad hoc accedit, quod dixit Bal. in proprijs terminis in l. fin.
3 C. de fal. cauſa adiec. leg. ꝙ ſtante ſtatuto † inſtrumenta liquida habere executionem paratam, vnum inſtrumentum poterit per aliud liquidari, vt ſic liquidatum habeat executionem ſtatuti. idem Bal. in l. petens. in repet. no. C. de pact. Franc. de Aret. conſ. 100. in fi. & ad hoc dictum adducitur regu-
4 la de qua in l. certum. ff. ſi cer. pet. quòd paria ſunt † aliquid eſſe certum, & per relationem ad aliud apparere certum, vt in l. hæc venditio. §. huiuſmodi. ff. de contrah. empt. & in l. neceſſario. §. qui. interrogatus. ff. de interro. actio. & in l. aſſe toto. ff. de hære. inſtit. & in l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demonſtr. & l. vbi autem. §. illud vbi doct. ff. de verbo. obligā. & l. ſi vir. ff. ſolu. mat. ſicut dicimus, quòd illud dicitur contineri in ſcriptura referente
5 † quod in relata continetur. d. l. aſſe toto, & declarat plenius Bart. in l. ſi ita ſcripſero, & l. Lucius. §. in teſtamento. ff. de leg. 1. Iaſ. ff. de re iud. l. ait prætor. §. ſi index. Curt. conſi. 76. 7. colum. cum alijs ſimil. vnde ad propoſitum de pluribus eſt quærendum. Mar. Frec. V. I. D.

ADDITIO.

a Domin. Carau. in rit. alle. 167. fo. mino. 172. vbi ponit an, & alijs modis, & vide Bal. in l. ſi quis ex argentarijs. §. initium tabularum. ff. de ed. quòd vnum pactum

declaratur per aliud,& vna ſcriptura per aliam,& in l. cohæredi.§. qui diſcretas. ff. de vulg & pupil.& vide Pan. in ſuo tract.3.par.20.declar. Abb.Paul.Fuſc.

QVAESTIONE PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum inliquidum qualiter poſſit præſentari.*
2 *Inſtrumentum liquidatum gaudet beneficio ſtatuti.*
3 *Liquidatio poteſt fieri per omne genus probationis.*
4 *Inſtrumentum continens incertam quantitatem ſi declaretur quantitas poteſt præſentari.*
5 *Executio an poſſit fieri contra hæredem vigore ſtatuti.& nu.6.*
7 *Quod reſultat ex eo dicitur in eo contineri.*
8 *Inſtrumentum inliquidum poteſt liquidari iudicis officio.*
9 *Sententia debet interponi, quando inſtrumentum liquidatur.*
10 *Pars debet citari in tali ſententia.*
11 *Inſtrumentum conditionale purificatur citata parte.*
12 *Inſtrumentum liquidatum habet eandem vim quam liquidum.*
13 *Statutum loquens de ſententia procedit etiam in ſententia liquidata per acta.*
14 *Appellatione ſententiæ non veniunt acta.*
15 *Inſtrumentum an poſſit liquidari per hæredem.*
16 *Statuti beneficium tranſit ad hæredem.*
17 *Henricus Acconciaiocus de Rauello.*
18 *Concluſio authoris in hac q.*
19 *Liquidatio idem operatur, quòd purum ab initio.*
20 *Liquidum an dicatur, quòd apparet ex actis.*
21 *Inſtrumentum & confeſſio non inducunt notorium, quando pars opponit.*
22 *Inſtrumentum non præſentatur ſi ab eius liquidatione appelletur.*
23 *Sententia non eſt liquida pendente appellatione. & nu.24.*
25 *Nicolaus Rufulus de Rauello.*
26 *Laudes ciuitatis Rauelli ubi leges legebantur.*
27 *Andreas de Barulo Patricius Rauellenſis publice legit Rauelli. & ſcripſit ſuper tribus. ll.C.*

1 PRimo quæro qualiter inſtrumentum inliquidum † poſſit præſentari,ita quòd ad ipſius liquidationẽ procedi poſſit, ego vſque ad hæc tempora,non vidi nec audiui talem.q. fuiſſe a peritus doctoribus tactam in practica, & dico breuiter, quòd vbi inſtrumentum eſt inliquidum, ſi fuit ante ipſius præſentationem parte monita,

monita,per teſtes, vel inſtrumentum liquidatum,poteſt præſentari ſecun-
2 dum formam ritus,ita Bald.in l.ſi cauſam.C.de exeq.rei iud.quia † inſtru
mentum liquidatum per prius gaudet beneficio ſtatuti,de liquido inſtru-
mento tractantis. Alexand.conſi.167.2.volum.Bald.in l. ſiquidem.C.de
except.per tex.in l.hoc iure. ff.de verbo.obliga.quem dixit ſing.ibi.& ſe-
quitur Alexan.in l.fin.§.1.ff.de vulga.& pupil.& conſil.152.2.volum.&
conſ.3.1.colum.4.volum.& do.Andr. Barb.conſ.15.6.colum.4.volum.
3 & iſta liquidatio ſecundum Bald.in d.l.ſi cauſam. poteſt † fieri per omne
genus probationis,vt ſic habeat vires ſtatuti, tenet idem Bart.C.de pign.l.
creditores,& Bald.in reper.l.1.ff.de leg.2.& accedit quod dixit idem Bar.
4 in l.1.ff.iud.ſolu.quòd † inſtrumentum continens incertam quantitatem
quòd ex forma ſtatuti meretur exequutionem, facta declaratione quanti-
tatis idem inſtrumentum habebit executionem ſtatuti: Aret.conſi.32.in-
cip.conſideratis,voluit etiam Bart.ipſe in l.1.C.de exeq.rei iud.præl.Iaco.
in l.1.7.colum.C.ne lic.pot.ſimiliter Bald.in l.ſi quis curialis. C.de epiſc.
5 & cler.ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ ad inſtantiam † creditoris realiter,& perſonali-
ter poſſet exequi contra debitorem, eo defuncto poteſt capi informatio,
a quis ſit eius hæres,& conſtito de perſona hæredis exequi contra eũdem a
ex quo per illam informationem inſtrumentum contra hæredem dicitur
liquidatum,vt tenet Alexan.conſi.188.viſo vno proceſſu.2.volum.Fran.
de Aret.conſi.21.ſi diligenter.2.colum.Roma.conſi.220.Dec.conſ.449.
2.volum.& in c.quia de iud.Socy.conſ.96.& 88.4. volum. & conſ.89.3.
volum.& conſ.293.2.volum. Alex.conſi.95.4.volum.& conſi.20.6.vol.
& conſ.225.7.volum. Bald.in l.1.quor.leg. Dec. conſi.213.1.volum.&
fuit dictum Bald.in l.fi.§.& ſi præfatam.C.de iur.delib. & in l.1. C.quo-
modo,& quando.iud.& ſequitur Imol.in l. ſi ſic legauerit.ff. de lega.1.&
in l.per diuerſas.10.q.C.mand. ꝙ vbi ſtatutũ iubet elapſo ſolutionis die
6 debitorem inſtrumentarium poſſe carcerari † eo defuncto & capta infor-
matione de perſona hæredis, poteſt hæres carcerari, quia hæres debitor
eſt,vt in l.debitor.ff.de verbo.ſign. Bart.in l.poſtulante. ad Treb. Bald.in
marg.in verb.hæres.Abb.in c.fin.extra de arbit.Dec.conſ.251.colum.fin.
volum.1.Alex.in d.l.ſi ſic. Iaſ.in l.ſi deceſſerit. 3.colum.ff.qui ſatid.cog.
& Roma.conſi.211.Ang.in l.1.ff.de his quæ in teſt.del. Barb.conſ.15.in
fin.1.volum.& Iacob.in l.1.3.colum. ff.ſi cert.pet. & d.l. ſi deceſſerit, &
7 dicitur contineri in inſtrumento,† quod ex eo reſultat præſ. Sand.in cap.
8 translato.vbi omnino de conſtit.iſta autem liquidatio † inſtrumenti inli-
quidi poterit fieri iudicis officio petito. Secundum Bald.in addit. Specul.
in tit.de appell.§.ſed nunquid tenet Alex. dicat fore ordinarie agendum,
9 conſilio 187.& 25.2.volum. & ſuper iſta † liquidatione debet interponi
ſententia per text.in l.tutore patruo.ff.de confir.tuto. & l. ſi ita ſtipulatus
ſum te ſiſti.ff.de verbo.obligatio. Bald.in l.1. C.quando fiſ. vel pri. & in
10 † ea debet citari pars per tex.in l.ſicut.§.ſi debitor.ff.quib.mod.pign.& in
l.ſi

l.ſi neceſſ §.de vendendo.ff.de pign.actio.& in l. promittendo . ff.de iur. dot.per Barb.conſi.79.2.colum.3.volum.& conſ.28.4.colum.1.volum. & ſequitur Bald.in d.l.2.C.de exeq.rei iud.& in l.cum teſtamento.§.1.C. de teſta.man.de quo fuit memor ſingularis doctor Dec.conſi.46.3.volu. & facit dictum Bal.in l.ab execu.C.quor.app.non recip.& quæ trad.Bart.
11 in l.3.C.de ſent.quæ ſin.cer.quan. quòd ſi † inſtrumentum eſt conditionale poteſt citata parte iuſtificari purificatio conditionis,& exequi ſecundum formam ſtatuti, vt quia promiſſa ſit dos pro matrimonio contrahen do,probari quòd matrimonium ſit contractum,vel ꝙ fuit promiſſa incerta quantitas pro intereſſe,declarari facere per iudicem audita parte,matrimonium contractum,& certam eſſe qu. titatem aliquid per May.in l.ſer uus.§.Titius hæres.ff.de vulg.& pup.deci.conſi.613.2.volum.qua declaratione facta poterit inſtrumentum exequi ſecundum formam ſtatuti Bar. & Salyc.in d.l.creditores B.l.in d.l.ſi cauſam.Alex.in l.item quia de pact.
12 Iaſ.in l.1.ff.de edend.quia inſtrumentum liquidatum † ſortitur naturam, & priuilegium ſtatuti priuilegiantis liquidum inſtrumentum,vt dicit Bal. in l.ſi cum exceptione.§.vt autem.ff.ꝙ met cauſa,& in l.ab exeq.C.quor. appel.& in l.1.4.colum.de priuil.cred.& in addi.Specul.in tit.de appella. §.ſed nunquid ex præcepto,& in l.1.de iur.fact.ignor. arg.l.reſiduum.C. de diſt.pigno.prael.deci.conſi.107.1.volum. Barba.conſi.79.2.colum.3. volum.& conſi.33.5.colum.1.volum.Alexan.conſ.90.viſo inſtrumento. 3.volum.Fran.de Arer.conſ.56.poſt abſo.primo & Barb.in alle. conſ.15. 6.colum.circa dubia 1.volum.prædictis autem accedit,quod tradit Bal.in c.paſtoralis.§.quia vero 7.colum.extra de offic.deleg.ꝙ ſtatutum determi
13 nans † ſententiam liquidam executioni demandari, habebit locum, & in ea ſententia, quæ licet non ſit liquida, liquidatur tamen per acta, licet ap-
14 pellatione † ſententiæ non veniant acta.voluit idem Bald.in l.ſi ex cautione 7.q.& ibidem Saly.4.colum.C.non num.pecu. Ang.conſi.200. inc.in ciuitate Lucana.doct.in l.certi conditio.§.quoniam ſi cert.pet.Idem Bald. conſi.549.viſis omnibus vol. ꝙ vigente ſtatuto liquida inſtrumenta executioni demandari;mortuo creditore de quo loquitur inſtrumentum po-
15 terit † eius hæres per iudicem ſe hæredem declarari facere, vt ad eius inſtantiam poſſit inſtrumentum exequi,licet de perſona hæredis inſtrumen
16 tum non cantet: beneficium † tamen ſtatuti tranſit ad hæredem , vt dicit Bart.conſi.incip.continetur ſtatuto,vide etiam Alex. conſi.18.pen.col.5. volum.ſequitur Socy. conſi.120.2.colum.1. volum. & plenius conſi.51. preſtant doctor.2.colum.eo.volum.& cum hac deciſione concordat ritus
17 de præambulo conditus per eccellentem virum † dominum Henricum
b Acconciaiocum Patricium Rauellenſem,[b] & videmus in florida obſeruantia quotidie fieri præambula per hæredes,& ipſis hæredibus declaratis,ad ipſorum inſtantiam inſtrumenta præſentari,& pœnas obligationum accuſari,licet ad prædicta ritus ipſe fuerit male ponderatus,& declaratus: quare con-

18 re concludo † inſtrumentum inliquidum poſſe peti coram iudice declara-
ri, & pronunciari liquidum, & ipſo declarato poſſe præſentari ſecundum
19 formam ritus, quia idem operatur liquidatio † quòd purum ab initio, vt
dicit Bald. in l.cum teſtamento.C.de teſta.man. & conſi.242.ſuper primo
5.uol.omnino Soci. conſi.46.4.uol.Ang.in l.ſeruus.§.Titius.ff.de vulg.
& pupil. & Soci.in dict.conſil.51. 1.vol.Barba.conſi.28.4.col.primo vol.
20 ſi in actis conſtat. non tamen † ſufficeret ex actis & probationibus appare-
re fore liquidatum, vt præſentari poſſit ut dicit Bal. in d.l. poſt rem.ff. de
tranſ. licet glo. in l.ſancimus.C.ad Trebell.dicat eſſe liquidum, quod con-
ſtat ex actis, & ibi Iacob.Butriũs de quo Dec.conſi.179.2.col.1.vol.& mo
uetur per tex.in l. ſi pupillus.in fin.ff.de cond.inſt.& l.ſed & ſi de ſuo.§.fi.
de acquiſ.hæred.& quòd ſufficit apparere ex actis reum non eſſe ſoluendo,
vt perueniri poſſit contra fideiuſſorem, vt tenet Bal.in l.in criminali.C.de
Iuriſdi. omn.iud.& in l.2.C.quando fiſ.& l.iubemus. §.ſanè. C. de ſacro-
ſanct.eccl.& in auct.ſed hodie.C.de actio.& oblig.& in auct. hoc ſi debi-
tor.C.de pignor.quia licet multi contrarium teneant, & bene ut dicam in
ſeq.quæſt.tamen tunc dicitur uere liquidum, quando ſuam ſententiam in
terponit, per tex. in d. l. tutore patruo, ex quo contra probationes & acta
pars tergiuerſaretur, & ſemper contra obijceret, vt dixi ſupra per text.in l.
Marcellus.ff.de offic.præſid.ibi nec ſubeſt ulla ſuſpicio, & acta inſtrumen-
21 tum † vel confeſſio nunquam inducunt notorium, quando aliquid contra
obijcitur, vt dicit Ant.de Butr.in c.ſuper literis 18.col.extra de reſcrip.&
22 ibi Sand. cumulat, & ideo requiritur ſententia, etſi † ab iſta ſententia appel
laretur, non poſſet inſtrumentum liquidari, ſeu præſentari.per text. ſing.
in d. l.poſt rem.ff. de tranſ.& plura ponit Barb.conſi.45.4.col.4.uol. quia
23 † ſententia non dicitur liquida quandiu pendet appellatio. gloſſ. & doct.
in d.l.poſt rem.& in leg.1.ff.de re iudi. vel ſi non eſſet appellatum pende-
24 ret tamen terminus appellandi, cum † paria ſint eſſe appellatum, uel eſſe
infra terminum appellandi, ut dicit gloſ.in l.1.ff.nihil nou. app. pend. &
in l.ex iudiciorum.ff.de accuſat.text.in l.chirographis. §. fi.ff. de admi.tut.
ubi non poteſt aliquid exequi, vel innouari termino ad appellandum pen
dente: eſt bonus text.in c.non ſolum de appel.in vj.& plura cumulat Illu
25 ſtris Doctor, & Dux Sori dominus † Nicolaus Rufulus de Rauello in l.
additos. vbi Bald. C. de epiſc. audi. cuius tempore ciuitas Rauelli † mul-
26 tum florebat & viribus & opibus, nemini ſecunda, vbi antiquitus recol-
lectebantur, & ordinarie legebantur leges ciuiles, & quòd ibi vltra a-
27 lios Dominus † Andreas qui dicitur de Barulo Patricius Rauellenſis le-
git multo tempore, & ibi dedit recollectas in tribus libris.C.& ante eum
legebat dictus do. Nicol. Rufulus doctor famoſus; Et quamuis non vide-
rim nec audiuerim taliter inſtrumenta fuiſſe liquidata, & præſentata, vera
eſt concluſio per prædicta, & practica ipſa ſumi poteſt ex ritu præambuli,
licet male ponderata, ideo notent Iuuenes hunc modum, & cogitent reli-

qui ſi poteſt in iure probari contrarium cum ritus prædictis bene concordent,& incipiant ſic inſtrumenta liquidare,ut poſſint præſentare,cum magna ſit exequutio & virtus ritus. Mar. Frec. V. I. D.

ADDITIONES.

a Laſ.in 1.fuerat.Inſtit.de actio.& antequam citetur poteſt debitor cap.Fel. in c.quia de offi deleg.Corn.conſ.221.4.vol.præl.Vita li.in tract.clauſ.in verb. an poſſ.ren. ben. ceſſi bon.nu.25.cum plu.ſeq.Paul Fuſ.

b Practicam iſtius ritus de præambulo per dom. cara in rit. 181.fo.191.& quod in iudicio particulari non petitur executio inſtrumenti,antequam liquidetur,Alex. in l.item quia de pact.Soci.conſi.89.3.uolu.Pau.Fuſc.

c De laudibus, & nobilitate ciuitatis Rauelli per ipſum dom. author. de ſubfeu.lib. 1. fol.58.nume.35.de antiquitate fol: 27. nume. 4.& extat priuata cronica ad pennam particulate tractans, quam ad pennam habeo, nunc autem quanta fuit ipſa ruina docet.Paul.Fluſc.

QVAESTIONE SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum an poſſit liquidari in vltimo peremptorio.*
2 *Quod momento probari poteſt,non excluditur à ſtatuto.*
3 *Liquidum dicitur quòd ſine mora probatur.*
4 *Permiſſum reo,dicitur & actori permiſſum.*
5 *Aequalitas eſt ſeruanda in iudiciis.*
6 *Iura fauent actori,in preparatoriis iudiciorum, & in proceſſu cauſæ. nu.7.*
8 *Actor,& reus ſunt correlatiua.*
9 *Quod ſtatuitur in uno ex correlatiuis procedit in alio.*
10 *Etiam ſi ſtatutum ſit pœnale & nu.14.*
11 *Lex noua quando loquitur in correlatiuis.*
12 *Actor impetrãs reſcriptũ ꝙ reus pſonaliter cõpareat ſic & ipſe cõparere debet.*
13 *Pœna impoſita reo extenditur ad actorem.*
15 *Diſpoſitum fauore actoris, procedit,& in reo.*
16 *Pœna rei ex ui ritus quando retorqueatur contra actorem.*
17 *Obſeruantia uaria in hac.q.*
18 *Magiſtratus antequã confirmet tutorem debet primo pronũciare eſſe idoneum.*
19 *Inſtrumentum eſſe liquidum debet præcedere ſententia.*
20 *Si eſt dominium inter petitores debet iudex pronunciare quis poſſideat.*
21 *Pactum velatum requirit declarationem iudicis.*
22 *Declaratio iudicis requiritur vt debitor dicatur eſſe non ſoluendo.*
23 *Idem vt agatur contra tertium poſſeſſorem & nu.24.& 25.*
26 *Iudex debet pronunciare ſuper meritis cauſæ.*
27 *Iudex debet declarare ſuper recuſatione.*
28 *Idem ſi aliquis eſt hæreticus.*
29 *Iura licet ponant pœnam ipſo facto,tamen iudex debet declarare.*

Vaſallum

30 *Vaſallum eſſe rebellem debet declarari per ſententiam.*
31 *Iudex debet declarare aliquem eſſe priuatum beneficio & nu. 35.*
32 *Clericus pp nõ ſolutũ tributũ licet incidat in cõmiſſũ debet tamẽ primo declarari*
33 *Idem propter canonem non ſolutum per emphiteotam.*
34 *Non reſpondens poſitionibus habetur pro confeſſo & quomodo.*
36 *Iudex debet pronunciare ſuper notorio ſic eſſe.*
37 *Debitor ſuſpectus de fuga poteſt capi propria authoritate, & quomodo.*
38 *Vaſallus priuatur feudo non petendo inueſtituram infrà annum & diem.*
39 *Clericus incorrigibilis quando poſſit puniri per iudicem laicum.*
40 *Plures actus non poſſunt fieri in iudicio eodem ſero.*
41 *Iudex non debet ſtatim auditis partibus ſententiare.*
42 *Sententia propter breuitatem temporis dicitur lata cauſa non cognita.*
43 *Sententia requiritur ſuper liquidatione.*
44 *Probationes ſine ſententia nihil operantur.*
45 *Pars debet citari ſpecifice in ſententia.*
46 *Regula quod actori, ergo & reo an vera.*
47 *Statutum quod non dixit videtur neglexiſſe.*
48 *Statutum tantum diſponit quantum loquitur.*
49 *Regula quòd contrariorum eadem diſciplina quando procedat.*
50 *Opinio cuiuſdam doctoris refertur.*
51 *Contumacia quòd ſit valida ſufficit quòd conſtet ex actis.*
52 *Exceptio calumnioſa non debet admitti & nu. 66.*
53 *Probatio inſtrumentorum & teſtium æquiparatur.*
54 *Creditores facilius contrahunt mediantibus inſtrumentis.*
55 *Ratio diuerſa quando non poteſt dari iudicatur pro ſtatuto.*
56 *Simile non excluditur propter expreſſionem aliorum & nu. 57.*
58 *Opinio domini authoris.*
59 *Mutanda non ſunt quæ antiquam habuerunt obſeruantiam.*
60 *Exceptio quæ patet per inſtrumenta vel per ſententiam non dicitur excluſa.*
61 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*
62 *Vna ſcriptura per aliam declaratur.*
63 *Declarans aliquid noui non ponit.*
64 *Prohibitus de nouo probare, poteſt ponere de nouo.*
65 *Actor an poſſit facere liquidationem per teſtes.*
67 *Teſtes not. & reales non habent ſuſpicionem.*
68 *Alia opinio authoris.*

SEcundo quæro, producitur in vltimo peremptorio inliquidũ inſtrumẽ
1 tum † uult actor in promptu illud liquidare, vt poſſit interrogatio fieri
ſecundũ formã ritus, an poſſit? pro parte affirmatiua dici poteſt quòd ſic, &
2 adducitur quod tradit Bal. in c. paſtoralis. 2. col. de appe. ꝙ illud quod † mo
mento probari poteſt, non intelligitur excludi a ſtatuto, idem tenet Anton.

de Canar.in tract.de exeq.inſtrum. 9. quæſt. & ſequitur Deci.in c.ex parte lo. 2.de offi.dele.& in c.an ſit extra de appellat. 2.accedit quod voluit Bal.
3 & ibi Iacob. in l.poſt rem in fi. ff. de tranſ. quòd † illud,quod ſine mora, & difficultate probari poteſt dicitur eſſe liquidum, mouetur per text.in l. fi.C.de ord.cogni.& in l.ſatis aperte.C.de falſ. Bal.in c.pri.de prohi.feud. alien.per Fed. ſequitur Card.in c.ſi vaſallus ſi de feu. ſue. cont.tenet Alex. conſ.309. viſo puncto 3.col.2.vol.allegat Cy.in l.fi.C.de compen.& an in terim ꝙ liquidatur admittatur recõuentio idẽ Alex. conſ.99.4.uol.3.addu ci poteſt hic ritus dicens, ꝙ incontinẽti, & eodẽ inſtanti probare poteſt ſuã intentionem,vt non carceretur,ſi hoc reo permittitur,ergo & actori intel-
4 ligitur † eſſe permiſſum,vt contrariorum eadem ſit diſciplina,ut dicit glo.
5 in rub.ff.de acquir.poſſ.& ut in † iudicijs ſeruetur æqualitas,ut in c.2.ex-
a tra de mut.petit. [a] quarto facit quod dicit Bartol. in leg. de die. ff.qui ſa-
6 tis dare.quòd iura nimium † fauent actori in præparatorijs iudiciorum,vt dicit idem Bar.in l.non eſt nouum,& l.fi.C.de edend.glo.in cap.cum ſint & in cap. contra reum de reg.iur.in 6.tenet Bart.in l.ſiquis intentione ambigua.ff.de iud.Bal.in l. qui accuſare. col. pen.credend.& l.ſi ſtatus in fi.
7 C.de ordi.cognit.ſic † etiam fauent actori in proceſſu cauſæ,vt eſt tex.in l. iam tamen.§.pen. ff.iud. ſol.Azon. in ſum.de reb.dubijs glo. eſt.in c.cum ad ſedem de reſtit.ſpoli.& in cap.text.literis deſponſ. ſequitur Bart.in l. inter ſtipulantem.ff.de uerb.oblig.ſed ſi reus permittitur in promptu probare ſuum exceptionis obiectum ut non carceretur per hunc ritum, ergo & fortius actori, qui tot eſt ſuffultus fauoribus debet eſſe per miſſum auct. multo magis. C.de ſacr.ſan.eccleſ. cap. ſi laicus. 38.diſt.cap. non extimemus 14.q.2.quinto facit quod tradit Cy.in l. in minorum.10.q.C.de in in-
8 teng.reſtit. quòd actor, & reus ſunt † correlatiua, Vnde ſtatutum in vno
9 ex correlatiuis dicunt doctores, & eſt commune dictum, quòd † extendatur ad r.liquum gl.eſt in cap. cupientes.§. denique eod. verſic. de electio. in ſexto.cap. ſtatutũ de reſcript.eod.lib.& in clem. 1.de electio.Bal. & doct.
b in auct.quas actiones. C.de ſacr.ſanct. eccle. [b] etiam ſi † ſtatutum ſit corre-
10 ctorium, & pœnale extende Bald.tenet hoc dictum in l.fi.per illum textũ. C.de cupreſſ.lib. 10.& in l.nemo martir.C.de ſacr.ſanct.eccle.ſexto adducitur glo.& quod ibi ponunt ſcribentes, in auct. qui ſemel. C.quomodo &
11 quando iud. quòd lex noua † loquens de reo extenditur ad actorem, & è contra ratione correlatiui, quod late examinat Gemini. in cap. primo.de
12 dol.& contu. in ſexto quòd reſcriptum impetratum † ab actore quòd reus in cauſa ciuili teneatur perſonaliter cõparere extẽditur ad ipſum actorẽ gl. concordat in cle.ſæpe in verb.voluerit de verb.ſign.Adducitur & 7.gl.in l.
13 p interuallũ.ff.de iud.quòd pœna impoſita reo, † extenditur ad actorẽ concordat gl.in c.1. de conſ. li.1. panorm.in procę.decr. & in c.quia clerici.de
14 iur.patron.præl.Barb.conſ.65.10.col.1. vol. ſi ergo in materia pœnali † diſpoſitũ ꝓ reo extẽditur ad actorẽ, ergo & multo fortius in materia fauorabili.

bili, vt in l. cum quidam. ff. de lib. & poſth. octauo adducitur quod habetur in cap. ſecundo de mut. petit. quò d in materia ſcripta de qua in cap. 1.
6 ciunt,quòd etiam diues confeſſus † tenetur dare fideiuſſorẽ,vt gaudeat dilatione legali,& in lege vt vniuerſa. C.de precibus imperat offer. vbi Bal. quia licet tempore litis præueniens ſit ſoluendo, poteſt tamen effici non ſoluendo tpe expeditionis cauſæ, quod in diſpoſitione legis eſt bene notandum, licet ſit ſecus in diſpoſitione hominis,vt inquit Aret.in d.§.interdum per legem inter ſtipulantem. §.ſacramentũ.ff.de verborũ obligatione,& cum regia pragma. ſe referat ad tempus expeditionis proceſſus poſt publicationem,illud tempus attenditur, & non prçſens,vt in lege in delictis.§.ſi extraneus. C.de noxal.& in lege ex facto cũ ibi not.ff.de vulg.& pupil.& not.Bald. in leg. ſi ex facto. ff. ad treb.& iſtam etiam partẽ tenet Iacob.in lege prima.ff.qui ſatiſd. cog. & ibi reſpondet legibus, & iuribus in contrariũ facientibus. tamen ego non recedo ab opinione Mayn. in d. lege prima ſecunda columna,& illam etiam ſequitur Alex.ſibi contrarius conſil. 179. viſo,& opportune. ſexta colum. ſecundo vol. quòd quando principalis eſt idoneus facultatibus non teneatur aliã fideiuſſionis cautionem præſtare,nec hoc cenſetur pro forma introductum,attenta finali
c ratione, [c] & mente ipſius nouellæ pragmaticç,ex quo poteſt etiam omitti
7 à parte, vt ſupra dictum eſt, & † conſiderato præſenti ſtatu arguendum eſt de futuro, vt inquit Iacob. in dicta lege non eſt neceſſe,& ſi arguatur
8 de futuro euentu malo, † ita debet eſſe in conſideratione bonus, ſicut malus,cum homines ſæpe plus ſperẽt in bonis,quàm habeant in præſenti,famoſum dictũ Iuſtiniani in §. in fraudem. Inſtitution. quibus ex cauſ. manum.non licet.Mar.Frec.

ADDITIONES.

a Supra.7.per.6.q.nu 7.& Negus.de pignor.5.parte.1.menb.nu.3 gl.in l.de cretationibus C.de epiſ.& cleri. Abb.Paul.Fuſc.

b Quod pauperi detraihitur à lege de fide.per deci.omnino cõſ.163.nu.4.1.vol.& ex quo eſt pauper præſumitur vilis perſona. Saphi.de grat. expetet. nume.60. Abb Paul.Fuſc.

c Quod imo ſit de forma dicunt Mod.ebolit in rit.189.nu.7.Abb.Paul.Fuſc.

QVAESTIONE SEXTA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor præueniens creditorem an admittatur ſub iuratoria cautione ſi non potuit inuenire fideiuſſorem.*
2 *Iuranti ſe non inuenire fideiuſſorem creditur.*
3 *In his quæ ſunt præiudicij ſtatur iuramento partis.*
4 *Iuratoria cautio quando non habeat locum.*
5 *Opinio Alex. in hac q.*
6 *Statutum debet intelligi ſecundum ius commune.*
7 *Actor debet venire instructus ad iudicium.*

1 SExto quæro, an actor † qui præuenit admittatur ſi nõ potuit
fideiuſſorẽ inuenire cũ ſua iuratoria cautione, quilibet dice-
ret ꝙ ſic per not. ꝑ gl. in l. 1. in verb. datis fideiuſſoribus, qui
ſatiſd. cog. vbi ſtatur iuratoriæ cautioni, qñ fideiuſſor nõ po-
2 tuit inueniri, ratione pauptatis, uel qa exterus, & † de iſta im-
potẽtia ſtatur iuramẽto partis vt dicũt doct. ibi et Bal. in l. generaliter. 2. col
C. de epiſ. & cler. & addit Iacob. in d. l. 1. col. 2. quòd non tenetur præciſe
iurare ſe non poſſe dare fideiuſſorem ſecundũ Cy. ibi, quia ſubiret periu-
riũ anceps, ſed ſufficit ipſum iurare faciliter fideiuſſorẽ dare nõ poſſe per
l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria eodem tit. licet aliud dicat practicari, ponit
aliquid Soc. conſil. 131. in præſenti conſult. verſ. primo probatur, primo
3 vol. item præſtatio iſtius fideiuſſionis eſt leuis præiudicij, & in his † quæ
ſunt leuis præiudicij ſtatur iuramento partis, vt dicit Iacob. in l. ſciendum
ſecunda col. eodem tit. Sed de iure contrarium poſſet cenſeri verius, quòd
agens ſi non poteſt dare fideiuſſorem, non admittatur ad agendum, ſub
ſua iuratoria cautione, ꝑ tex. in d. §. ſi neceſſaria quẽ Pau. de Caſt. dicit ibi
4 fore notabilem ex quo nunquam habet † locum iuratoria cautio, quando
quis ſe aſtringit ad præſtandum fideiuſſorem per text. ibi in verb. ſin au-
tem, quia ſibi ipſi neceſſitatem impoſuit, ſed actor præuenies ſe adſtrin-
git ad fideiuſſorem, cum ſit in ſua facultate nolle agere, & pręueniens dici
tur quaſi contrahere cum creditore ad hoc, vt in l. 3. §. idem ſcribit meri
to; non admittitur, tamen Alex. conſ. 57. incip. redemptionis noſtri 3. col.
vol. expreſſè dicit, quòd ubi debet præſtari cautio fideiuſſoris ex neceſſita-
5 te ſtatuti ſufficit † iuratoria cautio, cum obligatione bonorum, quando
fideiuſſor reperiri non poteſt allegat Io. de Imo. in l. cum non facile, ff.
6 ſi cui pluſquam per l. falc. quia † debet intelligi ſtatutum ſecundum ius
commune, vt in c. cum dilectus de conſuet. & non debet inducere obliga-
tionem ad impoſſibile, vt in l. impoſſibilium, ff. de regulis iuris licet non al
leget Paul. de Caſtr. in d. §. ſi neceſſeria & licet loquatur Alex. in forenſe,

hoc

hoc idē firmauit dominus Iacob.in auc. ſi cui relictū,C.de indict. uiduit. toll.in fin.dummodo impoſſibilitas non cauſetur ex improbatis moribus vt firmat idem Iacob.in leg. cenſiſſe,§.ſed ſi dubitetur 2.col.de iud.& idē tenuit Alex.in d. l. cū non facile.ſed de prædictis eſt dubitandum, vel ſūt
7 vere intelligenda in forenſe tantum, & pro nunc ita teneo, quia † actor debet uenire formiter inſtructus, vt in leg. ſi quis inficiatus. ff. depoſit. quia lex tibi ſuum non tuum denegat auxilium uulgatis iuribus. Mar. Freccia.

QVAESTIONE SEPTIMA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum an poſſit præſentari ſi pendet q.nullitatis.*
2 *Exceptio nullitatis oppoſita non impedit exequutionem inſtrumenti,& quid ſi eſt euidens.nu.10.*
3 *Opinio Bal.in hac q.*
4 *Florentiæ quid obſeruatur in materia nullitatis oppoſitæ.*
5 *Sperans libertatem dicitur,in quaſi poſſeſſione libertatis.*
6 *Inſtrumentum eſſe liquidum debet ab initio conſtare.*
7 *Nullitas oppoſita vel requirit altiorem indaginem,vel eſt clara,nu.8.*
9 *Exceptio non opponitur contra tres ſententias conformiter latas.*
11 *Nullitas euidens non dicitur excluſa a ſtatuto,& quid ſi non offeratur in promptu,nume.12.*
13 *Exequutioni quando ſuperſedeatur ſi tractatur de remedio inretractabili,& numero 14.*
15 *Opinio do.Antonij Frecciæ.*
16 *Inferior non poteſt cognoſcere de ſententia lata a legato papæ.*
17 *Lauda arbitrorum ex ſtatuto non debent retardari exequi.*
18 *Author contra opinionem patris.*
19 *Inferior tenetur exequi pronunciatum a ſuperiore.*
20 *Statutum debet interpretari ſecundum diſpoſitionem iuris.*
21 *Statutum vnum interpretatur ſecundum aliud.*
22 *Nullitas in promptu dicitur incluſa in ſtatuto.*
23 *Lex generaliter lata non debet trahi ad iniuriam alicuius.*
24 *Spectari debet non quod fit,ſed quod fieri debet.*
25 *Conſuetudo localis non extenditur extra locum.*
26 *Reus in exceptione poteſt excipere de eo quod dixerat in actione.*
27 *Sententia poteſt liquidari per acta,& dicitur liquida.*
28 *Liquidum,& apparere liquidum paria ſunt.*
29 *Scriptura poteſt per aliam declarari.*
30 *Probatio facta concluſione facit rem liquidam, & dicitur verior,nu.33.*

Sententia

31 *Sententia dicitur res liquida.*
32 *Acta cauſæ inducunt notorium.*
34 *Compromiſſum non fit poſt publicatum in cauſa.*
35 *Ante concluſionem poſſunt produci ſcripturæ.*
36 *Confeſſio licet poſſit impugnari dicitur notoria.*
37 *Liquidatio requiritur ante exequutionem.*
38 *Probatio an ſit facta vel non reſpicit iudicem.*
39 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
40 *Statutum tantum diſponit quantum loquitur.*
41 *Pronunciatio iudicis quando requiratur.*
42 *Pronuntiationi ſi eſt renunciatum non dicitur renunciatum probationibus.*
43 *Iudex non dicitur excluſus ſi eſt excluſa pars, & nu. 44.*
45 *Iudex quando impartiatur officium ſuum nemine petente.*
46 *Concluſio authoris in hac q.*

1 SEprimo quæro an ſi corã iudice † pẽdet quæſtio nullitatis in
ſtrumenti, poſſit inſtrumẽtũ præſentari ſecundũ formã ritus
uel debeat ſuperſediri, & expectari exitus ꝑnũciationis faciẽ
dæ per iudicẽ ſuper cauſa nullitatis principaliter aditę. In-
noc. in c. cũ iniur. de offi. deleg. 1. col. videtur affirmare, q̃d
exceptio nullitatis principaliter intẽtatę nõ impedit exequutionẽ, ex quo
nulla lege cauetur, vnde ex iſta exceptione dicit nõ impediri exequutionẽ
ſniæ, & hoc dictũ tenet Bar. in l. ſi expreſſum. 5. de app. & do. Ant. de But.
in c. dilecti extra de appell. & affl. deciſ. 283. Speculat. in tit. de lib. cõcep. §.
nunc videndum verſ. ſed pone. hanc opin. ſequuntur doct. & maxime mo
derni in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. Moti. per tex. in l. fi. C. de ord.
cogni. quem allegat. Innoc. in d. cap. cum iniur. & ſequitur Bal. in l. 1. C. ne
lic. tertio prou. & ideo dicebat Ang. in d. §. condemnatum, ꝙ ſi coram epi-
2 ſcopo † petatur principaliter reſcindi contractus; tanquam vſurarius, nõ
impeditur creditor coram iudice laico conſequi executionem inſtrumen
a ti [a] vt dicit Ang. ibi, ſequuntur Alexand. & mod. quibus adde idem tene-
re Rom. conſ. 76 in cauſa nobilis: Aret. conſi. 75. diligenter & mature ſex-
ta col. plenius Alex. conſil. 83. interrogatus. tertia col. quinto vol. Anchar.
3 conſi. 234. caſus talis, ſed contraiam partem tenuit Bal. † in auc. quæ ſup
plicatio. C. de precib. imper. offer. declarando dictũ Inn. in d. c. cum iniur.
qui dixit quòd cũ intentata petitione nullitatis, dubium ſit iudici, nõ de-
bet eſſe iudex velox ad exequendum, licet ſi iudex exequatur non reuoca-
retur exequtum, per viam attentati, ſed expectabitur finis nullitatis intenta
tæ, ita debet intelligi dictum Innoc. in dict. ca. cum iniur. aliàs videretur
Innoc. falſum dicere, & clarius dixit Paul. Caſtren. in d. auc. ſecunda colũ-
4 na per dictum Bald. ibi, vbi inquit ipſe ſeruari Florentiæ † dato libello
nullitatis per iudicem inhiberi ne pocedatur ad exequutionem per legẽ

qui

qui prior, ff. de iud. & iſtam opinionem in indiuiduo tenet, & ſequitur Socci. conſil.78. licet pendeat tertio volumine. per totum, & etiam adducit not. per Bartol. & doctor in leg. tertia. §. ſi ſeruus, ff. de acquir. poſſeſ. quòd porrecta ſuppoſitione nullitatis ante petitam exequutionem, debitor videtur conſtitutus in quadam libertate vt non videatur ſoluere arg.
5 in lege cum vero poſt principiũ. ff. de fideicomm. libertat. ubi ille † qui ſperat libertatem, eſt in quaſi poſſeſſione libertatis, & allegat not. per Aret. præceptorem ſuum in leg. qui a latronibus, in principio. ff. de teſta. & dicta per Socin. ibi plenius proſequuntur moderni in d. §. ſi ſeruus cum concord. ibi allegatis, & Alexand. conſil. 77. viſis dubitationibus tertio volumin. & licet prima opinio ſit magis communis quam ſequitur Alexandr. in dicto §. condemnatum, & dicto conſilio. 83. tamen cum iſta opinione eſt hic ritus apertus, qui dixit quòd vbi eſt facta præuentio per debitorem, non poteſt ſuper liquidatione inſtrumenti per creditorem procedi, quia tollitur iuriſdictio iudici coram quo præſentatur inſtrumentum, ex verbis ritus vt dixi ſupra: & dum dicit ritus
6 inſtrumentum publicum, & liquidum poſſe præſentari † intelligitur vbi ab initio conſtat eſſe inſtrumentum publicum & liquidum, vt dicit Alex. conſilio 53. tertia colum. quarto volũm. deciuſ. cõſil. 8. poſt 2. volum. ſed per principalem petitionem nullitatis hoc inſtrumentum patitur q. ſui ipſius, ergo non poteſt cenſeri publicum, & liquidum, ex quo pars tergiuerſatur contra inſtrumentum. vt in l. marcellus. ff. de offic. præſid. & quia porrexit libellum ſuper nullitate principaliter actori fauendum eſt, vt in regula iuris, ſed quia non debet reus modo conuentus, & actor eſſe melioris conditionis agendo, quàm excipiendo, reiecta autho. ritus, vt intelligas quando forte eſſet in inſtrumento præuentioni renuntiatum, ex dictis
7 doctorum poteſt ſumi concluſio, quòd aut iſta nullitas, quæ † principaliter intentatur requirit altiorem indaginem, & pro illa nullitate non offertur probatio in promptu, & tũc non retardatur interrogatio ſuper tenore
8 inſtrumenti, aut vero † nullitas eſt detecta, & clara, & tunc retardatur effectus interrogationis. ritus eſt hic clarus. & firmant Anto. de cau. in tract. de exequut. inſtr. q. 52. & benect. de Garz. in tract. de inſtrument. quarantig. in fin. oper. Roman. conſil. 51. attentis his Alex. conſil. 61. vt ſupra 3. libr. conſil. 94. & ſi vt puto 2. columna. 4. volum. conſ. 105. 5. volum. cõſ. 95. 2. vol. conſil. 181. 2. colum. 7. volum. & ideo dicunt doct. in d. §. con-
9 demnatum quòd † licet quando ſunt latæ tres ſententiæ conformes nulla poſſit opponi exceptio ad impediendã exequutionem per clem. proc. de
10 iud. [b] ſi tamen nullitas † quæ allegatur eſt euidens retardatur exequutio
b vt dicit Baldus ibi & poſt eũ doct. & in l. 1. C. ne lic. 3. prou. ſequitur dom. Bar. in d. clem. & cõſ. 21. 3. li. quia nunquam dicitur excludi à lege, vel à ſta
11 tuto † nullitas quæ eſt euidẽs, vt dicit Bald. in d. l. 1. & in rubr. de probat. 2. col. & ſequitur Alex. cõſ. 33 1. viſis. 2. vol. & Aret. alleg. cõſ. 75. col. penu.

Sed

Sed pdictis vlterius poſſet inſtari ꝙ vbi præuētio fuit facta nullitatis non poſſit præſentari inſtrumentum ſecundū formam ritus, ex quo tractatur de piudicio inretractabili, cū reus in carceribus arreſtetur, & ideo dicit
12 Paul.de Caſtr. in d.§.cōdenatū ꝙ quādo allegatur † nullitas cuius ꝓbatio nō offertur in prōptu, ſi reus eſſet in carceribus nō fit exequutio ſed ſuſpē ditur, ex quo infertur iniuria pſonæ, quæcūq; poterit retractari, ꝙ nō eſt ſic, quādo fit in bonis exequutio, & ſequitur Alex. cōſ. 17. 1. vol. motus p doct. Bal. in l. 1. de int. reſtit. pet. & Bert. cōſ. 127. 4. col. 3. vol. Sed Paul. ibi cōmuniter damnāt mod. & maximè Iaſ. ibi, & poſt eū hercul. ex quo infertur etiā iniuria debitori ſi fit exequutio in bonis eiuſdem & plura allegant
13 quibus addo ꝙ idem tenet deci. cōſ. 73. 1. vol. qui dixit quòd licèt † vbi tractetur de remedio inretractabili ſuperſedeatur in exequutione vbi allegatur nullitas ſiue principaliter, ſiue incidēter, vt dicit Bal. in l. 1. C. de temp. in inte. reſt. pet. & l. 1. vlt. col. C. qui accuſ. nō poſſ. & in l. 1. C. ne. lic. 3. pro-
14 uo. hoc † eſt verum vbi de perdēda vita tractatur, vel membro, ut exemplificant doct. in d. §. condemnatum & in clem. 1. de iud. ſecus vbi tractatur de captura perſonæ, & arreſtatione eiuſdem, ex quo plenius per eundem in allegato loco.

15 Dicebat tamen ſubtilis doctor dominus Anto. Freccia i gentor meus, quòd vbi præſentatur inſtrumentum ſecundum formam ritus, exceptio nullitatis nō impedit interrogationē ſuper inſtrumēto faciēdā, ratio eſt q a pręſentatꝰ corā eo iudice, qui de neceſſitate tenetur obſeruare ritū, & quia omnes iudices corā quibus præſentatur inſtrumentū ſunt inferiores, ex quo habēt legē vniuerſaliter traditā à Rege quæ ſic ſcripta eſt, & ſi dura ſit, vt quacūque exceptione oppoſita, ſolutionis, falſi tatis, & aliarum, fiat interrogatio ſuper inſtrumento, & reus in carceribus arreſtatus faciat defenſſiones in illis. Vnde tenetur Iudex veluti inferior exequi inſtrumētū, exceptione nullitatis propulſa, & ad hoc allegat Inno. in d. c. cum iur. iur. &
16 dictū Inn. ſequitur Ang. in d. §. cōpoſitā. in prin. vbi † dixit quòd ſi lata eſt ſententia à legato Papæ nō poteſt inferior cognoſcere de exceptione nullitatis ad impediendam executionē, ex quo neceſſitate tenetur exeqni pronūciatū a ſuo ſupiore, & ad hoc etiā allegauit ſing. cōſ. Pau. de Caſt. nu. mi.
17 260. ī no. 1. vo. vbi etiā dixit ꝙ † ſi extat ſtatutū ꝙ lauda arbitrorū oī exceptione reiecta exequutioni mādēt, vt tractetꝰ de exequutione laudi corā iudice ſtatuētiū, nō poterit exequutio retardari obiectu nullitatis allegatę ex quo hic iudex habet legē, et ordinē exequēdi pcisū, ſm quē iurauit officiū exercere, & ideo tāquā iudex inferior deputatꝰ ad exequēdū, tenetur pciſe exeq, et ita dicebat pfatus dn̄s meus, ꝙ cū domini, et iudices, et Regēs ma. Cur hēant legē, ritū, & ordinē, à ſupiore, vt reꝰ arreſtetꝰ in carceribꝰ i quibꝰ debeat ſuas defenſiōes facere, nō poſsūt, nec debēt admittere exceptiōē nullitatis, aduersꝰ executionē ſup īſtrumēto faciēdā, ex quo iurauerūt ſeruare
c ritꝰ, prag. et cōſtitutiones regni, et habēt legē ſupioris generaliter editā. c &

de hoc

hoc dicto faciebat magnũ feſtum, & profecto vſque ad hunc diẽ talis allegatio mihi, & multis fuit viſa multũ incognita.

18 Ad quę ego dico † cũ correptione tñ paterna, nõ poſſe eſſe verum, vbi in inſtrumento fuiſſet renunciatũ præuẽtioni, ſed quãdo nõ eſſet renũciatũ præuentioni nõ procederet in regno, in quo eſt ſpecialis prouiſio p aliũ ritũ, ꝙ nõ proceditur ad interrogationẽ inſtrumenti, quãdo fuit creditor
19 pręuentus. ſecundo dico de hoc poſſe dubitari, nam licet inferior † teneatur exequi pronunciatum à ſuperiore ſuo, vt in capitulo ſignificaſti, & capitulo paſtoralis. de offic. deleg. hoc poteſt eſſe verum in aliquo caſu ſpecialiter à ſuperiore prouiſo, quod non eſt ſic in iſto ordine generaliter
20 tradito, propterea iudex † interpretratur ſtatutum ſecundum iuris diſpo
d ſitionem [d] vt in lege, nam, & poſteriores, de legat. & vt minus lędat ius
21 cõmune, quã poſſit. l. 2. C. de noxal. quintò † interpretatur ſtatutum ſecundum aliud ſtatutum vt dicit Bar. in l. 1. §. & parui. ff. de eo quod ui aut clam. & ſequitur Decius. conſil. 239. quinta colu. 2. vol. ſed vbi allegatur nullitas inſtrumenti, de qua nullitate pendet lis principaliter, reiecta ſpeciali prouiſione ritus, non tenetur exequi iudex, quia in exequendo declarat legem ſuperioris ſui, ſi inſtrumentum ſit inſtrumentum, de qua qualitate dixit à principio conſtare vt ſupra dixi, ſed quando inſtrumentum eſt nullum; non dicitur inſtrumentum, vt dicit Iaſ. in d. §. condemnatum. in princip. qui addunt multa ſimilia, & ideo vt conueniat legis diſpoſitio, eiuſdem verba debent adhoc adaptari. vt leg. 1. §. 1. ff. de mag. con
22 uen. nullitas † quæ apparet in promptu dicitur incluſa per promiſſionem ritus, nec fuit reiecta, & poteſt per iudicem opponi licet non opponatur à parte. vt dicit gloſſ. in leg. vbi pactum. ff. dę tranſact. quod dictum pro ſequitur Barba. in conſil. 53. ſeptima colum. 4. volu. conſi. 38. 5. colum. 1. volu. Alex. conſil. 77. tertio volumi. de quo aliquid Rom. conſil. 42. inci. viſis. & conſi. 214. ideo intelligo ſubtilem hanc allegationẽ domini mei, vt nõ teneatur iudex exequi quod nullũ eſt, uel forte nullum eſſe ſuſpicatur, vt dicit Ang. in d. §. cõdemnatũ, quia non poterit lex ſuperioris ſui eſ-
23 ſe iniqua. capitu. erit autem. lex. quarto. di. nec † lex generaliter lata ad iniuriam trahi debet argum. lege creditor. §. lucius. ff. manda ple. Roma. conſilio. 90. incipien. uiſo themate. & ex prædictis puto aduertendum, quòd licet exceptio nullitatis principaliter motæ, non impediat interrogationẽ ſuper tenore inſtrumenti vt ſupra firmaui, nec Soci. d. conſi. 78. bene cocludat, ſed authoritates per eum allegatæ contra ipſum de directo ſint, vt eſt deciſio Bart. in d. l. ſi expreſſim, & Bald. in d. auth. quæ ſupplicatio, ſentit cõtrarium, nec Pauli authoritas ibidem eſt in conſideratione, cũ arguat quòd ſit de facto Florentiæ ob inhibitionem, vt in l. ſed licet. ff. de
24 offici. presbi. vbi † non tantum ſpectandum, quod ſit Romæ, ſed quod
25 fieri debet, & l. nemo. C. de ſentent. & alleget cõſuetudinẽ localem † quæ non extenditur extra locum, vt dicit Andr. in capitulo. 1. §. ſimiliter decapit.

e capit.corr. [e] & in capitulo primo prima column.de feud.cognit.& in ca-
pitulo primo.de conſuet.ret.feud.& in rubr. & capitulo primo. de pro-
hib.feud.ali.per ſed.& not.per Bart.in d.§.ſi ſeruus,non ſtringant in caſu
noſtro,ſed quando tractatur de offenſione inretractabili, & quando non
eſt certa pars quæ cum petente declarari nullitatem, ne offendi poſſit,cõ
currat, quòd non eſt ſic in captura perſonæ, vt ſupra dixi,& in eadem opi
nione cõcurrat idẽ Andr.in capitulo primo in fin.colum.de contro. inter
vas.& ali.de benef. fuit allegatus hodie dominus Vitalis in tract.clauſ.in
verb.nihil innouari, quem allegant domini de rot.Neap.31.& ſi reus cõ-
26 tra quem eſt productum inſtrumentum, † vellet iam excipiendo produ
cere quod dixerat principaliter agendo, de iure poterit.vt dixit Alexand.
in d.§.condemnatum ſupra columna,& Ang.in lege tertio,de exceptio
& ſic ex actis factis in iudicio nullitatis apparet probatum de nullitate
inſtrumenti,impedietur interrogatio ſuper tenore eius, ex quo facta re-
latione ad actum, & proceſſum nullitatis dicitur probaſſe in promptu ex
ceptionem impedientem ſuper inſtrumento,vt in lege certum. ſi cert.pe-
ta.& plenius Ancharanus conſi.211.de iure communi,& ideo dicit Bal.
27 in capitulo paſtoralis.§. quia vero ſeptima colum.de offi.del.quòd † ſi di
ctat ſtatutum ſententiã liquidam debere exequutioni demãdari, verifi-
catur etiam in ea ſententia, quæ nõ eſt liquida, ſed liquidatur per acta,
quæ faciũt illam liquidam,& Bal.ibi plenius ſequuntur mod.in l.certi cõ
28 ditio.§.quoniam.ff.ſi cer. peta. & † paria ſunt aliquid eſſe liquidum, vel
per relationem ad aliud conſtare liquidum, vt in lege, ſi ita ſcripſero,ff.
de condit. & demonſtratio.vt dicit Bal. in l.cohæredi.§.qui diuerſa.ff.de
29 vulg.& pupil. quòd vna ſcriptura † per aliam declaratur. [f] pro prædictis
f facit bonus tex.in capitulo cum olim extra de verbor. ſignification. quòd
ſentẽtia rei,euidẽtia,& probatiò paria ſunt, idem uoluit Innocen.in capi-
tulo ex,tenore de reſcrip.Abb.in d.capitulo cum olim, Anan.in capitu lo
ſi conſtiterit de accuſatio.Aret.in c.ſignificauerunt. octaua columna extra
de teſti.Roman.conſil.323.in cauſa propoſita,& inquit ipſe Aretin.in di
30 cto loco quòd facta publicatione in cauſa † probatio facit rem liquidam
inſpecto præſenti ſtatu,confirmans opinionem Butrij in capitulo in lite
ris de reſtitution.Spoliat.Sed ſi reus produceret pro ſe ſentẽtiã quæ dici-
tur res liquida, vt in l.poſt rem, ff.de tranſact.impediretur interrogatio,
ergo & pariformiter ſi produceret probationem apparentem,ex proceſ-
32 ſu facto inter eaſdem partes † acta enim cauſæ notorium inducunt vt di-
cunt doct.in capitulo paſtoralis de cauſ.poſſ.& propriet.Inno.in capitu-
lo ex inſinuatione de appellatione Rom.conſi.227.ſpecialis, ſed ſi forte
diceretur quòd non poteſt impediri interrogatio ſuper tenore in-
ſtrumenti, ex quo licet ſit facta publicatio in cauſa,poſſunt tamen pro-
duci inſtrumenta contra probationes factas,& alia opponi ad impugnan
dam probationem factam,vt dicit Ang.in l.pomponius,de re iudicata &
ibidem

ibidem Imol.& hoc videtur tenuiſſe gloſſ.Ioan.Andr.Abb.in dicto capi
tulo ſignificauerunt,& aliqua adducit Bened. de Garz.in ſuo tract. de in-
ſtr.quarant. quæſt. 49. dici poteſt, quòd etiam non facta conluſione in
cauſa,teſtes probant,& faciunt rem claram præſumptione iuris cummu-
tabiliter,ſed facta concluſione in cauſa, ex quo eſt probationibus renun-
33 ciatum † dicitur uerior probatio, & clarior, & ita eleganter declarat do-
minus Abb. in cap. cum olim de verborum ſignificatione, & Abb. ibi
ſaluando gloſ.in dicto capitulo ſignificauerunt ſequitur not. Socci.conſi.
96.inci.conſiderata diligentia,quinta colum.quarto vol.& plenius Aret.
34 conſil. 101.in cauſa Georgij prima colum. videmus enim † quòd poſt pu
g blicatũ ĩ cauſa negatur fieri cõpromiſſum g ea rõne quia clara eſt iuris pro
batio,Iaſ.l.ſi cauſa cognita,C.de tranſact. ſecundo reſpõderi poteſt quòd
35 quàmuis † ante concluſionem in cauſa factam poſſint produci ſcripturæ
contra probationes factas, vel aliquid de nouo poni, tamen conſiderato
illo ſtatu dicitur reus habere probationem in promptu, vt ex quo actor
vellet cõtradicere diceretur habere præſumptionem iuris contra ſe, & in
eo eſſet præſumpta malitia, vt dicit Aret.in dicto capitulo ſignificauerũt,
octaua colum. de teſtibus,ideo debet impediri interrogatio ſuper inſtru-
mento;& ratio eſt,nam licet per alias probationes & ſcripturas poſſit pro
bari contrarium; non ſequitur ergo nõ eſt probatum ex quo impugnari
36 poteſt, quia ſecundum hoc ſequeretur vnum inconueniens, quòd † con-
feſſio quæ poteſt impugnari, & reuocari non eſſet probatio notoria ꝙ
eſt falſum. vnde hic reus dicitur ſatisfeciſſe ritu probando in prõptu licet
probatum poſſit probari fore falſum,vel nõ eſſe probatum,ex quo ſufficit
producere illam qualitatem,quæ ſit,vel præſumatur eſſe vera, licet appa-
reat poſteà falſa,Bar. in l.ſecunda.ff.ſi quis in ius voc.non ier.& in l.quo
tiẽs, ff. ſi quis cautio. quem ſequitur Bened. in dicto ſuo tract. qui dicit
quòd ſufficit ad obtinendã exequutionem producere inſtrumentum,& li
quidũ,licet poſtea detegatur non eſſe inſtrumentũ, nec liquidũ: ſed ſi vl-
terius diceretur,quòd illa probatio,nõ põt cẽſeri probatio,& in prõptu,ex
quo requirit declarationem, & pronunciationem iudicis, vt ſupra tetigi,
& proſequitur Soci. conſil. 89.dubium eſt,prima,& ſecunda colum.ter-
37 tio volum. vbi dixit quòd ante petitam exequutionem † requiritur liqui
datio, & pronunciatio, & ita dixit diſtinguendo concordare verum iuris
interpretem dominum Ioanem de Monte Sperelo, quando ſtatutum im
38 mediate exequutionem petitam cõcedit,ſecũdo an ſit, † probatum vel nõ
reſpicit iudicem vt in l. quinquaginta de probatione l. dote ancillam, C.
de rei venditione, ideo pars nõ dicitur ſatisfeciſſe ſtatuto, cũ ſit in fa-
cultate iudicis,illi probationi fidem non adhibere l. tertia, §.tu magis ſci-
re potes,ff.de teſtibus.Reſponderi poteſt quòd ritus hic de iſta pronuncia
tione per iudicem facienda nihil dixit nec dici poterat, ex quo non tene-
39 batur reus diuinare; vnde de ea † nec nos loqui debemus, vt in l.prima,§.

non

non dixit, ff. de acqui. poſſeſſ. & dicit Bald. in l.teſtamenta, C. de teſta-
40 mentis,q; † ſtatutũ tantum diſponit, quantũ loquitur,ex quo eſt ſtricti iu
h ris. [h] ſecundo dicitur quòd hic reus nihil eſt conſecuturus niſi liberatio
nem , nec intendit ad illud iudicium ſe præparare, vnde non requiritur
pronunciatio iudicis,vt dicit Alexand.in l.ſtipulatio. §. hoc interdictum,
ff.de noui oper. nunciatione qui concordat opiniones contrarias , quòd
41 ſuper pronuntiatibus † in cauſa factis tunc requiritur pronunciatio iudi-
cis, quando quis eſt ſe præparaturus ad aliud iudicium inchoandum, a-
liàs ſecus,& iſtam opinionem ſequitur Socinus conſil. *96.* quinta colum.
quarto volum.qui allegat no.per Bar. in l.ſi finita, §.Iulianus,de damno.
infect.& Bal.in c.primo de mil.vas. At ſi opponeretur quòd facta renun-
tiatione præuentionis illa probatio non poteſt cenſeri probatio,cum ſit il
li renunciatum , vt valet pactum ſuper hoc vt ſupra dixi prima quæſtio-
ne,adhoc duo replicari breuiter poſſunt, primo quòd licet ſit præuentio
42 ni renunciatum † non tamen dicitur renunciatum probationibus factis,
ſed tantum inſtantiæ,ſuper qua eſt fundata præuentio,vnde probatio illa
valet , & tenet, vt habetur in leg.cum lite,& ibidem Bartol. ff.iud. ſol. &
per doct. in lege is apud quem . C. de eden. & illa probatio poteſt pro-
duci ad finem vt probet, vt dicit Soci. in d.conſil.*96.*Secundo reſponde-
tur , & verius , quòd licet ſit renunciatum iuribus nullitatis principaliter
intentatæ per renunciationem præuentionis per illam legem poſtquam
liti, reproductis probationibus illis,propulſa parte, vel ſi forte iudicis no-
43 bilis imploret officium † non intelligitur repulſus iudex , vt dicit Ang.in
in l.plane,ff.de petit.hæred.& Anchar.in c.cum inter, de exceptio.qui di
44 xit quòd licet † pars repellatur a facultate excipiendi, nõ tamen iudex re-
pellitur , bonus eſt text. in leg. item apud labeonem, §.ſi quis ſic fuerit,
ff. de iniur. vbi iudex repulit iniuriantem licet iniuriatus non potuiſſet,
45 quia ipſe potuit, & poteſt nemine petente † ex officio moueri [i] vt per
i multa concludit Barbat.doctor illuſtriſ. conſi.95. 11.col.primo uolu.&
conſi.16.5.col.tertio vol.conſil.52.tertia col. quarto vol. & in ſuperiori-
bus apertius dictum eſt,tamen in diſcuſſione prælatorum bonum eſt ha-
bere iudicem beneuolum,ſi forte aduerſus probationes factas aliquid ſu-
ſpicaretur,& aliquid legitimum opponatur,vt dicit Aret.in d. c.ſignifica-
46 uerunt octaua col. † ideo teneo interrogationem impediri, ſi qualitas
probationis, & temporis, & perſonæ ſuadeat . Sed quia quidem nobilis
me adeo deuinxit infra ſcriptam quæſt. omnino vtilem eſt frequentia
contrahentium attingere, retentis terminis huius quæſt. ad ſuum votum
deſcendi.Mar.Frec.V.I.D.

ADDITIONES.

a An iudex eccleſiaſticus poſſit inhibere iudici laico ne faciat exequi inſtrumentum, & an ex officio vel parte inſtante Alex.conſilium Bal.interpretans 275.præmiſſo ſtatuto 5. vol.Abb.Paul.Fuſc.

b Pro ornatu dict.clem.1.omnino uideas doctiſſimum Saray.in addit.ad fin.Roma. 291 fol. mi.90.& dicas eo maximè ſi iſta exceptio eſſet inhabilitatis perſonæ, non obſtante ſtatuto. Iaſ. in lege ſi quis ita. de uerb.obligat. arg.Guid.Pap.deciſ.199.& 409.Carolus de Careos. 1.lib. reg. Franc.folio mi. 194. Abb. Paul. Fuſc.

c Adde Huic opinioni omnino quæ dicit Roman.conſ.323.in caſu propoſitę cõſultationis.per totum.Ab.Paul.Fuſc.

d Quòd ſtatutum interpretetur ſecundum ius commune. late Alex.poſt Bar.in l.1. §.lex falcidia.ff.ad l Falc Abb.Paul.Fuſc.

e De materia conſuetudinis quãdo,& vbi vigeat,& an extendẽda doc. in c.fi.de cõſuetudi.late Neapod.in proœ.conſue.Neapol.Ab.Pau.Fuſ.

f Ruy.conſ.202.1.lib.& conſ.8.nu.12.lib.5.tex.in l.qui filiabus. §.1.ff.de l.1. Abb, Paul. Fuſc.

g Bal. conſil. 172. 4. volumi.notaui in repertorio in litera c, numero Abb. Paul. Fuſc.

h Vide l. quicquid aſtringendę de ver.ob.Mant.cõſ.57.nu.14.vol.1.vide Gerar.ſin. 7.per totum fo.mi.549.Abb. Pau.Fuſc.

i Iudex quando imponat officiũ ſuum nemine petente Soc. reg. 196.c.conſtitutus Io ſecõdo de app.c.1.de iur.iur.ubi Doct.Abb.Pau. Fuſc.

QVAESTIONE OCTAVA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum in quo filius familias dixit ſe patrem familias an ſit validum.*

2 *Contractus vbi non eſt ſeruata forma tradita a ſtatuto nullam producit obligationem.*

3 *Actio de dolo datur in ſubſidium.*

4 *Minor habens curatorem ſi contrahit dicens non habere, inutiliter contrahit.*

5 *Mentiens ſe non eſſe talem qualis eſt tenetur probare.*

6 *Minor negans ſe minorem ratione mendacij non iuuatur reſtitutione in integrum,& nu.23.*

7 *Dolus partis non excludit quin contractus poſſit dici nullus.*

8 *Qualitas ſubſtantiat contractum.*

9 *Lex quod negat partes non affirmant.*

10 *Minor de conſenſu partis an poſſit contrahere ſine propinquis.*

11 *Forma non poteſt omitti a partibus.*

12 *Quando dicatur eſſe aliquid traditum pro forma.*

13 *Contractus nullus annullat omnia in eo contenta.*

14 *Confeſſio non tenet ex contractu nullo.*

15 *Iuramentum non operatur quòd falſum ſit verum.*

16 *Intellectus auc.ſacram. puberum.C.ſi aduerſ. vend.*

17 *Lex faciliter in iuramento aſſertorio præſumit fraudem.*
18 *Proœmium declarat mentem l.*
19 *Merita non expreſſa non præſumuntur,& quando ſecus.*
20 *Iuramentum ſeruandum quando ſine interitu animæ.*
21 *Prohibitus contrahere,prohibetur confiteri qualitatem ſtatuti.*
22 *Opinio Alex. quòd contractus valeat.*
24 *Mulier intercedens animo decipiendi non iuuatur velleiano,& nu.27.*
25 *Res dotalis non alienatur,nu.46.*
26 *Filiusfam. mentiens de morte patris non iuuatur.*
28 *Obligatus dicitur qui in fraudem diſſimulat.*
29 *Authoritas l.mortuæ,& viuæ æquiparatur.*
30 *Mulier negans ſe hæredem cum ſit,non gaudet ſenatuſconſulto.*
31 *Pupillus doli capax tenetur actione depoſiti.*
32 *Minor in delictis non gaudet reſtitutione in integrum.*
33 *Auxilium l.datur contra in eam committentem.*
34 *Præmium non debet dari cui pœna conuenit.*
35 *Argumentum de quo minus valet.*
36 *Argumentum ſumitur a ratione ceſſante.*
37 *Argumentum a contrario ſenſu valet in ſtatuto.*
38 *Inductum in fauorem non debet retorqueri in odium.*
39 *Filiusfam.doloſe mentiens dicitur delinquere criminaliter.*
40 *Delinquens quòd non puniatur,non poteſt facere ſtatutum.*
41 *Statutum ſemper reduci debet ad diſpoſitionem iuris communis.*
42 *Bonus quilibet præſumitur.*
43 *Credulitas iuſta inducitur ex dicto vnius.*
44 *Ignorantia in dubio præſumitur.*
45 *Quis per mendacium,& dolum grauius punitur.*
47 *Actus de iure nullus an ſuſtinetur iuramento.*
48 *Statutum non poteſt diſponere circa iuramentum.*
49 *Filiusfam.obligatur ratione iuramenti.*
50 *Concluſio authoris in hac q.*
51 *Mendacium in dubio non præſumitur.*
52 *Author allegauit in facto.*
53 *Diſtinctio in hac.q. ſi contrahit in caſu permiſſo.*
54 *Fiilusfam. ſi contrahit in caſu prohibito.*
55 *Actus prohibitus qualiter iuſtificetur.*
56 *Prohibitio ſi accedat prohibitioni facit actum impoſſibilem.*
57 *Filiusfam. ſi contrahit & ſit alienigena.*
58 *Filius & pater ſimil contrahentes an præſumatur licentia.& nu.59.*
60 *Expreſſum dicitur quod reſultat ex præſumpione iuris.*
61 *Pater ſi fideiubet pro filio an dicatur dare licentiam.*
62 *Fideiuſſor interueniens in contractu filijſam.efficaciter obligatur.*

Octau

OCtauo quęro ex decreto Sacri Conſilij. 1525. prouiſum, &
1 ordinatũ eſt † filiosf. nõ poſſe ſe obligare, & cõtrahere niſi
a fuerint emãcipati, vel [a] habitẽt ſeorsũ à patre, aliàs inſtru-
mẽta cõfecta nullã ob tineãt roboris firmitatẽ, &c. quidã fi
liusfa. cõtraxit, & aſſeruit cũ iuramẽto ſe eſſe emãcipatũ, vel
habitare ſeorſum à patre, ita ꝙ cũ iuramento mẽdaciũ aſſeruit, an inſtr̃m
ſit nullũ, quia forte detectũ eſt illũ eſſe filiũfa. & nõ eſſe emãcipatũ, nec
habitare ſeorsũ à patre, vel poſſit hoc inſtrumẽtũ pręſẽtari vel liquidari
ſecũdũ formã ritus. ad primã partẽ ꝙ inſtrumẽtũ ſit nullũ adduci poteſt,
2 ꝙ vbi † ſtatutũ nõ ſeruata certa forma annullat cõtractũ, vnde ex eo non
oritur nec ciuilis, nec naturalis obligatio, vt dicit Ioan. And. in add. Spe-
cu. tit. de ſent. §. vt autẽ. allegat. tex. in l. non dubium. C. de leg. & l. quid e-
nim. ff. de dol. not. in l. quæcũque §. fi. ff. de pub. & ideo ex hac ratione ar
guit concludẽdo ꝙ ſi ſtatutum annullat contractum factum per filios-
famil. ſine conſenſu patris: ſi forte filiusfa. aſſerit ſe patremfam. contra
ctus non tenet, nec iuribus ſubſiſtit: & pro hoc allegat tex. d. l. quid e-
nim: vbi contra pupillum, qui mentitus eſt de tutore, datur actio de do-
lo: ſi ex cõtractu liberatus eſt ſed ſi cõtractus de iure teneret, nõ daretur
actio de dolo, ſcilicet illa quæ deſcẽdit ex cõtractu, ut in l. 1. §. 1. eo. titul.
3 cũ actio de dolo † nõ detur niſi in ſubſidiũ: ergo ex quo ex cõtractu ali-
qua actio non naſcitur cõtractus eſt ipſo iure nullus: & etiã facit tex. ad
hoc. d. l. quæcũque. §. fi. de pub. ibi ſed ſi deceptus falſo tutore. &c. & idẽ
dixit ſi minor dicat ſe maiorẽ, vt cõtractus ſit nullus, allegat gl. in l. ſi cu-
ratorem habẽs. in verb. ætatẽ. C. de integ. reſtit. min. & ita dicit tenere Ia-
cob. de Beluiſ. in quęſt. per eũ diſputata, q̃ inc. lege peruſina, & ita cõſul
uit Dyn. conſi. inc. iure municipali. idẽque ſequutus eſt Pa. de Caſt. conſ.
175. ad primũ requiſitum. 2. vol. quòd ſi filiusfa. mentitus eſt ſe patrem
fa. contractus de iure non tenear, & aliquid per May. in auth. ſacramẽta
puberũ. C. ſi aduer. venditio. quibus addo idẽ tenere Ancha. in c. 1. 14. q.
de cõſue. & Franc. de Crema. cõſi. 192. hoc exordio, & Soc. conſi. 24. cir
ca prædictam colu. 3. 4. volum. Pau. de Caſtr. conſi. 342. conſiderandum
4 eſt primo lib. quòd ſi minor † habens curatorem mentitus eſt non ha-
bere dum contrahit, contractus eſt nullus. idemque conſuluit Roman.
conſil. 12. viſo facto. quòd ſi minor in cõtractu mẽtitus eſt, quia dixit ſe
maiorẽ cõtractus de iure nõ tenet. allegat doctrinã Io. And. in pręallegat.
loco quã dixit nõ eſſe alibi, & plenius Anch. cõſ. 226. legitur in canone,
5 qui voluit hũc taliter mẽtiẽtẽ † grauari onere probãdi per inſtrumentũ
& nõ per teſtes, quãdo aſſeruit omnia & ſingula in cõtractu cõtẽta eſſe
uera, quia aduerſarius habet probationẽ in inſtrumẽto reſpectu cõſen-
ſus, & cõfeſſionis, ſed teſtiũ probatio non poteſt fundari in confeſſione
partis, niſi in præſumptione, cũ lex præſumat uerum eos dicere, ubi re
quirendi ſunt, & per hoc allegat textum in lege generaliter capitulo non

numerata pecunia, & Bal.ibi poſt Bar. ideo dicit exigi probationē per aliud inſtrumentum,& clarius dixit conſil. 327. ad corroborationem ſecunda col.eodem volumine Roman.dict.conſi. 12.ſequitur Fran.Crem.
b vbi ipſe multa addit in ſin.162. incipit ſtatuto cauetur [b] idem dixit in colum. de mat.in l.ſi cum minor, C.ſi min.ſe maior.dix.quòd contractus initus a minore qui ſe dixit eſſe maiorem eſt nullus, licet ipſe exclu-
6 datur † ratione mendacij a beneficio reſtitutionis in integr. quem ſequitur Paulus ibi, & dixit non eſſe alibi per doctrinam Ioannis Andreæ in dicto loco, & in titulo de reſtitutione in integrum ſecunda parte, &
7 plenius ſequitur Panormit. conſilio 71. & hinc eſt quod † dolus partis non tollit facultatem allegandi contractum nullũ, tex.eſt iuncta gloſ. in l.à diuo pio:de ritu nuptiarum: quam gloſſa dixit ſingul. Bald. in l.non dubium nono oppoſi. C.de leg. & in l.prima, C.plus ual.& prædictorũ
8 ratio poteſt eſſe, nam † qualitas eſt illa quæ ſubſtantiat cõtractũ ſcilicet emãcipationis,& ſeparatæ habitationis,vel maioris ętatis,illa exiſtēte falſa,fuit inſtrumētũ,cũ debeat apparere ab initio de ipſa qualitate,vt dixit Rom.conſ.318.inc.quæritur. Vnde cũ deficiēte qualitate uigore ſtatuti cõtractus ſit nullus,partiũ cõſenſus nihil operatur.vt dixit gl.d.lege à diuo Pio.quam vt ſing. ſequitur ibi Bol.in ſuis nouis interpret.& Bal.in c.
9 præterea.de ſponſ. quòd vbi † quod eſt annullatum à lege,nõ recipit fomentum à cõſenſu partiũ.& exequitur Barb.conſ. vndecimo octaua colum‸.3.volum.conſi.224.vol.& ideo dixit Bald.in lege 1.C.qui admit.
10 quòd ſi † ſtatutum dictat minorē non poſſe contrahere ſine cõſenſu propinquorũ,partes non poſſunt conſentire quòd valeat contractus,illa ſo-
11 lemnitate non ſeruata,ex quo † forma non poteſt à partibus omitti:Io. And.in cap.ratum.de regu.iur.in ſexto Bald.in l.iubemus.C.de iud.plenius dom.meus Barb. conſi. 55.octaua colum.conſi.52.tertia col.conſ.
12 58.ſeptima col.conſil.54.4.volu.& † dicitur pro forma traditum,quando ineſt in eo forma clauſula annullatiua.vt per Bal.in l.1.de lib.& poſt. & plenius Sand.in cap.cum nulli, vbi ponit plurima ad hoc.extra de re ſcr.& propterea cũ contractus detegitur nullus, quia non interuenit partis conſenſus, vel filius non fuit emãcipatus, aut ſeorſum à patre habitauit.illa cõfeſſio filij,qui ſe aſſeruit emancipatum,dicitur nulla.per tex.
13 ſing.ad hoc in leg.fin.ff.de conſtitu.pecu.quòd † vbi principalis contractus eſt nullus, quælibet clauſula, & cautela in eo appoſita erit nulla. vt dicit Bald.lege ſi abſentis. C. ſi cert. petat.& in lege ſi ex teſtamento.C.
14 de fideicom.quòd ſi † inſtrumentum eſt nullum nulla eſt confeſſio ibidem contenta,nullumque erit precarium.Rom.conſi.246.Barb.conſil. 40.17.col.conſi.55.conſ.58.quarto volum.vbi adducit multa quę omitto.pręmiſſam etiam concluſionem firmat Socin.conſil.66.fruſtra plen. 5.colu.primo volumin.& conſil.62.in præſenti conſult.eod.volumi.& conſil. 264.2.volum. allegat Anchar. in cap.primo.6.quæſt.de conſtit.
Abb.

Abb. & Butri. in cap. cum contigat de iur. iur. & plenius Paul. de Caſtr. in authen. Sacramẽta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. qui hoc tenet maximè cõcurrenti aliquali ſuſpicione, vnde concludi poteſt inſtrumẽtũ eſſe nullum tanquàm confectum cõtra formã ſtatuti annullatiui; nec obſtat iuramẽtũ
15 in cõtractu appoſitũ, quia † iuramentũ nõ poteſt operari, ꝙ illud, ꝙ eſt falſum ſit verum, vt inquit Imo. in d.c. cum contingat. & licet ratione iuramenti poſſit ſibi generare præiudicium, intelligitur in eo in quo nõ eſt falſitas iuramenti: Sed in prædicta promiſſione, quæ eſt vera, & in qua adeſt cõſenſus, ſi iurat ꝑiudicat ſibi vt in d. auth. Sacramenta puberũ, & ideo ſingulariter dicit Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de ſen. in verbo ad hęc
16 † ꝙ illa authen. ſupplet tãtũ in iuramẽto promiſſorio, ſecus autẽ in iura-
c mẽto aſſertorio [c] in quo eſt falſitas, & cõtinuatur peccatũ, quia per iuramẽtũ nõ poteſt fieri ꝙ falſum ſit verũ, ſed in promiſſorio de natura iuramẽti nõ eſt aliqua falſitas, quãdo adeſt cõſenſus; vnde ſibi debet imputare quã-
17 do iurat. Sed † in aſſertorio lex de facili præſumit fraudẽ, tãquã interpoſito inter partes ſuſpectas, vt dicit Bal. in l. quidã cũ filium. ff. de hæred. inſt. ideo lex tale iuramentum non admittit. vt per Roman. d. conſ. 12. & Soc. allegato conſil. 96. & ſingulariter Franc. de Areti. conſil. 74. diligenter, & mature, vbi dixit ꝙ iuramentum aſſertorium adiuuat mendacium, & facit fraudem legi. Sed promiſſorium tãtum non inducit aliquam fraudem nec adiuuat mendacium. Sed diſpoſitum in ueritate confirmat, præterea hoc decretum habet filiosfam. pro perſonis in contrahendo ſuſpe-
18 ctis: ex † proœmio enim colligitur, & experientia obuiandi fraudibus, & deceptionibus ipſorũ, vt l. 1. ff. de iur. & fact. ignor. vbi regula initiũ cõſti-
d tutionis demõſtrat [d] & in l. fi. de hær. inſt. & l. fi. C. de fideiuſ. ſcilicet quãdo cõtrahitur inter perſonas ſuſpectas & cum non ſtatur confeſſioni. vt l. qui teſtamentum. de probat. & in l. codicillis. de leg. 2. etiã ſi ſuper confeſſione iuramentũ interponeretur vt ſingulariter dicit Bal. in l. ſi dona-
19 tione. C. de collat. qui dixit quòd † licet merita non præſumãtur niſi exprimantur, ſed vbi eſt iuratũ præſumũtur præceſſiſſe, vt ſingulariter Bar. in l. Lucius. ff. de exceptio. tamẽ quãdo iuratur inter perſonas ſuſpectas, & prohibitas, nõ ſtatur ſpeciali aſſertioni meritorũ, de quo per mod. in d. l. ſi donatione: per Soc. in alleg. conſ. 96. merito tali aſſertioni cũ iuramẽto nõ ſtabitur, & inſtrumẽtũ debet cenſeri nullũ; nec obſtat ſi tẽpore præſentatio-
20 nis diceretur, quòd hoc iuramẽtum ſeruari debet. † quia ſeruari poteſt ſine interitu. vt in d.c. cum cõtingat. quia ſatis apparet reſponſum ex prædictis ꝙ ſeruari nõ debet, ex quo in iuramẽto adeſt mẽdaciũ, & aggrauat peccatũ, & ſi obijceretur de propria turpitudine, poſſet illa velut excipiendo allegari, vt per Soc. in dict. conſ. doct. in l. fi. C. nõ nu. pecu. vbi Saly. & idẽ Soccin. conſilio 27. viſis inſtrumentis quinta columna quarto volum. & cum inſtrumentum ſit nullum veluti confectum contra formam & mẽtẽ ſtatuti, nõ poteſt mereri exequutionẽ à ſtatuto traditã, vt dicit Ro. cõſ. 67.

21 & cum † filiusfam. ſit prohibitus per hoc ſtatutum contrahere, ergo & pariformiter confiteri qualitatem ſtatuti, argumen. l. doli clauſulam. §. diuerſum. de nouat. & mens ſtatuentium per obliqua deludi non debet, & eſſet facta lege viam fraudibus adinueniſſe, vt in uulgaribus, & verbis magis quàm rebus prouiſum & decretum fuiſſet, quod non eſt ferendum, vt dicit Imper. in leg. 2. C. com. de leg. & cum ſtatutum hoc pro bono publico adinuentum ſit, ex frequentia deciſionum, quę per filios incurrebātur, ac in perniciem, & ſuſpicionem necis parentum, partium coloribus cōfectis tolli nō poſſunt: arg. l. ius publicum. ff. de pact.

e Cōtrariā[e] tamē partē ꝙ inſtrumētū valeat, & teneat cōſulēdo ſequutus eſt dominus Alexan. conſil. 122. quoniam abunde ſexto volum. qui dixit

22 † ꝙ non obſtante ratione mendacij, & doli per filiumfa. adhibiti in contractu, contractus de iure valet, & tenet, & debet exequi iuxtam formam à ſtatuto traditam, & pro hac parte allegat in leg. 1. 2. 3. C. ſi min. ſe ma-

23 ior. dix. vbi minor † qui in contractu aſſeruit ſe maiorem priuatur beneficio reſtitutionis in integrum, ratione mendacij, & doli: & licet in minore non præſumatur dolus, cum dicatur ignorare natiuitatem ſuam, tamen ſecus eſt in eo qui ſe affirmat emancipatū, vel à patre ſeorſum habitare, cum tunc præſumatur ſcire, an ſit in poteſtate patris vel ab eodem ſeorſum habitet, vt per ipſum in d. conſ. Secundo allegat text. in lege ſi decipiendi. ff.

24 ad vell. vbi † ſi mulier decipiendi cauſa intercedat, non iuuatur beneficio velleiani, cum aduerſus dolum propriū ſenatuſconſultum non tribuat beneficium, vt ex ponit ibi gloſella, vt quia mulier iudicat ſe veſte virili: idē in l. fratris. C. eod. ti. vbi mulier decipiēs creditorē, ſi ſe beneficio ſenatuſcōſulti defendat, repellitur exceptione dol. & in l. ſi ſine. C. eod. ti. & idem gl. in l. ſi. eod. tit. & probat tex. in l. 1. & in l. ſi mulier. ibi minime interceſ-

25 ſiſſe videtur qui decipit. Tertio mouetur ipſe, ꝙ licet † alienatio rei dota-

f lis ſit ipſo iure nulla, [f] vt concludit Imo. in l. cū iur. ff. de vſucap. ſi mulier tempore alienationis aſſeruit illam non eſſe dotalem, & emptorem falleret, nō auditur ſi uelit venire cōtra cōtractū, & tueri ſe beneficio l. Iulię, vt probat tex. in d. l. ſi ſine. C. ad vell. dum dicitur, non ſuccurritur ſenatuſcōſulto, quo infirmitati, nō calliditati mulieris conſultum eſt, & ita concludit Imol. in dict. lege cum vir. Sed Imol. hoc mihi non dicit, & plenius in d. c. cum contingat. Et ex prędictis ita concludit Alex. in dict. conſil. 122. Cui addo quod voluit Bald. in l. fin. §. neceſſitatem tertia colum. C. de bo-

26 niſquę lib. quòd ſi filiusfa. † mentitus de morte patris fuit paſſus inſtrumētum quarantigiæ valet pręceptum licet aliàs non valeret. & idē conſuluit

27 Fulgoſ. conſ. 219. viſis binis proceſſibus tertia col. quòd ſi mulier † quæ ex ſtatuto eſt prohibita cōtrahere ſine conſenſu duorum cōſanguineorū, in cōtractu aſſerit illos eſſe conſanguineos cū nō ſint, tenet cōtractus, quia

g non decipientibus ſed deceptis ſuccurrendum eſt [g] lege ſecunda. §. hęc verba verſicul. ita demum. C. ad vel. & quod voluit ipſe Alexan. conſil. 107.

viſo

viſo proceſſu tertia col.quarto uolu.ſimiliter addo tex.in l. ſi probaueris.
28 C.ſi alien.res pign.oblig.quòd ille † qui in fraudē diſſimulat habetur pro
obligato,& qui ſe pręſente patitur ab aliquo rem ſuam obligari,tanquàm
obliganti intelligitur conſentire:ex quo in fraudem diſſimulat.Item addu
29 ci poteſt,quòd † eadem ſit authoritas legis mortuæ & viuæ, vt dicit gloſ.
in l,& quia.ff. de iuriſd.omni.iud.ſed mulier per legem eſt prohibita pro
alio intercedere,etiam intercedēdo iuuatur beneficio ſenatuſconſulti, nec
poteſt illud renūciari alteri, vt inquit Petr.de Bellapertic.in lege ſi.ad Vel-
leia. & tū ſi intercedendo eſt in dolo, efficaciter obligatur,vt probatur in
dict.lege fęminis.ergo idem dictum eſt in filiofam. qui mentitus eſt ſe eſ-
ſe patremfa. vel emancipatum, vt obligetur etiam efficaciter, idem probat
30 textus in lege ſi mulier ad Velleia.vbi † mulier in iure interrogata an eſſet
hęres Ticij,cum ſciret ſe eſſe hęredem,& mentita eſt ut interrogantem fal
leret,non gaudet beneficio ſenatus,ex quo decepit: idem probatur in leg.
31 1.§.an in pupillum. ff. de poſ. † ubi licet pupillus ex depoſito non oblige
tur,quia tutore authore factum non eſt, ſi tamen fuit doli capax cum de-
poſitum recipit,tenetur efficaciter,ac ſi ex illo contractu factus eſſet locu-
pletior,& ille eſt ſingularis text.de quo infrà dicam: Item facit regula leg.
32 auxilium. ff.de minor.vbi † minori in delictis non datur beneficium reſti-
tutionis in integrum, & ponit ibi iuris conſultus plura exempla, ſed mi-
nor eo ipſo quòd fuerit dolo verſatus dicitur delinquere, vt in leg. 1.ff. de
dol. ergo pariformiter filiof.dolo verſato debet denegari beneficium ſtatu
ti,cum in contrahendo mentitus eſt ſe patrem famil. vt creditorem falle-
ret.Item facit regula l.nō dubium.C.de leg. vbi doct. quòd fruſtra implo-
33 rat † legis auxilium, qui committit in legem [h] & in l.ſenatoris filia, ff. de
h rit.nupt.glo.eſt quæ plures concord.allegat in cap. quia fruſtra extra de v-
ſur. ſed filiusfam. eo ipſo quòd decipit creditorem per dolum legem of-
fendit, quia dolus non niſi aduerſus hoſtes bonus eſt vt Vlpi. in l. 1.ff.de
dol.& circa pœnam doli ſe multū iuriſconſulti fatigauerunt, qualiter tolle
rent,non ergo debet iuuari beneficio dict. prag. irritantis inſtrumēta.Item
34 facit pro hac parte regula l.ſiue hæreditaria de neg.geſt.quod † non debet
quis præmium reportare ex actu, ex quo præmium expectat atque mere-
tur l. ita demum,ff.de arbi.& in leg.relegatorum,§.fi. de interd. & in lege
ſi ab hoſtibus,§.fi.ſol.matr.ſed hic filiusfam.ſi haberet beneficij ſtatutum
vt contractus redderetur nullus, eſſet in lucro eius, de quo pœnam ſolue-
re tenetur, ſed de iure hoc non poteſt eſſe, vt probatur in dictis iuribus,
& in l.non fraudantur, §. primo de reg. iur. ergo nequaquam hoc erit, vt
inſtrumentum non poſſit pręſentari,& dici nullum. 12. adducitur, quòd
35 † valet argumentum de quo minus &c. auc.multo magis,C.de ſac.ſanct.
eccl. ſed minus debet ineſſe, vt pupillus, & mulier tali beneficio,& auxi-
lio fauorabili non teneantur ſoluere, & tamen ineſt,quia aduerſus dolum
nō datur beneficiū legis, & omnino tenētur ſoluere,ergo & multo magis

te.iebitur filiusfa.dolo verſatus,qui eſt tutus beneficio odioſo, vt in l.1.
36 ad maced.13.facit,quia † argumentum ſumitur a ratione ceſſante l.adige
re,§.quamuis de iur. patr.& in c.cũ ceſſante de appell. & in ſtatutis ſumi-
37 tur † argumentũ a cõtrario ſenſu. vt in l.inter ſocerum.§.cũ inter de pact.
deb, & illum tex.dicit ſing.Bolo.& ibi.Corſet. in ſing.in ver.argumẽtum
de quo plenius Alex. in l.ſi extraneus,de cond.ob cauſã.& in l.omnes po-
puli in Apoſt.ff.de iuſt.& iur.ſed ratio ſtatuti prohibitiui, quæ poteſt pro
expreſſa cenſeri fuit illa deceptio,& læſio filiorũfa.contrahentiũ,ex qua e-
tiã patri paratur periculũ, & quãdo filiusfa.in cõtractu nõ lęditur,ſed fit lo
38 cupletior,cõtractus tenet,aliàs reſultaret abſurdũ ꝙ inductũ in fauorẽ † re
torqueretur in odiũ cõtra l.ꝙ fauore, C.de leg. ſed tũc ſic qñ quis in cõtra
ctũ dolũ adhibet,pariformiter obligatur,ac ſi ex eo eſſet factus locuple-
tior, per text.in d.§.an in pupillũ,& ibi bona glo.q̃ æquiparat per illũ tex.
ex contractu quẽ fieri locupletẽ, vel dolo in cõtractu verſari,vt voluit gl.in
l.3.§.pupillus de negl.geſt.& in l.3.§.fi.cũ leg.ſeq.ff. commo. ſimiliter idẽ
dicẽdũ vt filiusfa.qui dolo affirmat ſe patrẽfa.teneatur,& obligetur ſuo cre
ditori ex cõtractu,ac ſi ex eo eſſet effect᷒ locupletior.14. dici põt ꝙ filiusfa.
39 eo ipſo ꝙ iurãdo mẽtitus eſt † ad damnũ creditoris,& vt creditorẽ falleret,
eo ipſo deliquit criminaliter, tũ rõne mendacij,tũ rõne periurij. de quo in
l.ſi qs maior.C.de tranſ.vbi ſingularis caſus:tũ rõne doli,ex quibus,& par
ti,& fiſco criminaliter eſt obligatus, vt etiã per Dec.in leg.vt vim,ff.de iuſt.
40 & iur. ſed ſtatutum † non poteſt facere, quòd delinquens non puniatur,
quia inuitaret ad delinquendum, vt in l.conſequenter, ff.de pact. deb. &
in l.1.§.ſi quis dolum, ff.de dol.& vt delicta puniantur hoc principaliter
reip.intereſt l.ita vulneratus, ff.ad l.Aquil. ipſiuſque intereſt prouinciam
malis hominibus purgari l.congruit de offic. præſid.& Solom. in prouer-
biis malificos non patiaris viuere in æternum, non enim poteſt hoc ſtatu-
tum ſuſtinere, quod viam fraudibus aperit, vt in iuribus vulgatis, & tol-
lenda eſt via malignandi non autem amplianda l. in fundo cum ſimi. per
i doct.ff.de rei vend.[i] & poſt vbi ad iniquum torquetur, eo ipſo reuoca-
tur, vt in c.ad decimas, de deci.arg.l.ſi Cornelius de ſol.ſed quando filius
fam.delinquit efficaciter obligatur l.tã ex cõtractibus de iud.l.filiusfam.de
actio.& oblig.ergo & taliter cõtrahendo põt cẽſeri obligatus 15.etiã addu
ci põt,ꝙ hoc ſtatutũ ſeu decretũ etiã per interpretationẽ verborũ† duci dẽt
41 ad diſpoſitionẽ communẽ, vt minus quã ſit poſſibile lædat legẽ cõmunẽ l.
2. C. de noxal.ſed de iure cõi ſi creditor bona fide motus credens ꝑ aliqua
les veriſimiles probationes ſeu coniecturas illũ eſſe emãcipatũ, vel credẽs
aſſertioni filij iuſta ratione,vel veriſimili dicẽti ſe eſſe ſui iuris, hẽt efficaci
ter obligatũ filiũ,nec hẽt locũ ſenatus conſultũ Mace.ut in l.1.C.ad Mace.
& in l.1.§.ſi quis patrẽ.ff.eo.rit.ergo,& pariformiter in caſu de quo quæ-
ritur,hic filius decipiens creditorẽ,qui de dãdo tractatur debet cẽſeri obli
42 gatus, & cum quilibet † præſumatur bonus, vt in regula iuris, debet hic

cre-

creditor excuſari credens uiro probo, vt dicit gloſſ.in leg. Ticio ſundus.ff.
43 de condit.& demonſtrat. & † ex dicto vnius inducitur iuſta credulitas, vt.
dicit ead.gloſſ.not.in leg.ſi dictum. ff.de euictio.& dicit glo.in dict. lege
1. C. ad Maced. quòd illa iuſta ratio in creditore credente aſſertioni di-
centi ſe eſſe ſui iuris, probatur eo ipſo, ꝙ non probatur contrarium. per
44 text.in l.fi.C.qui mil. non poſ. li.12.& † quia in dubio præſumitur igno-
rantia l.verius de probat.vnde eſt ibi caſus de directo ad interpretationem
45 huius decreti,& ſtatuti.16.adducuntur iura dicentia † quem per menda-
cium,& dolum aggrauari, & puniri in leg.fin.ff.de rei vend.in auth. con-
tra quòd propriam.C.non num. pecu.& in aut.item ſi proximiori.C.qui
pot.in pig.hab.& l.ſed ſi.§. 1.l.1.2.3.C.ſi mi.ſe maior. dixer.gl. omnino
in lege ſed ſi ex patre.ff.quod cum eo. in quibus habetur qualiter mēdax
puniatur.17.facit quod voluit Imo.leg.cū vir.ff.de vſuc.vbi quòd licet rei
46 dotalis † prohibita ſit alienatio per leg. Iuliam, ſi tn̄ creditor credit rē illā
nō eſſe dotalē, tenet cōtractus vt ſaltē preciū non amittat. Vltimo nō omit
to, ꝙ hoc decretū nullā de iurō facit mētionē, quo caſu actus de iure prohi
47 bitus † rōne iuramenti ſuſtinetur vt in cap. cū cōtingat de iur.& in c.2.de
pact.in 6.& ideo dicit ibi Imol. ꝙ filiusf. per ſtatutū ꝓhibitus contrahere
48 obligabitur mediante iurō, q̄a ſtatutū nihil diſponit de iuramento, † neq.
potuiſſet diſponere, veluti de iure ſpirituali [k] & non ſubeſt iuriſdictioni
Laicorum de qua.quæſt. non tranſplanto opini.doctorum,& Barto.in leg.
ſi quis pro eo de fideiuſſion.& plene Iaſ. & doct.in authen.ſacramenta pu
berum.C.ſi aduerſ. vend. plenius Abb.in quæſtio. ſua.3.& conſilio.71.1.
lib. & ideo concludit in proprijs terminis Feder. de ſen. conſ. 272. incip.
quòd ſi dicat ſtatutum non valere promiſſionem factam per filiumfa.ſine
49 conſenſu patris etiam quòd iuret, ꝙ non † obſtāte tali ſtatuto filiusfa.obli
gabitur ratione iuramenti,& ſequitur Alexan.conſ.100.4.volumine, quia
iuramentum principaliter in deum dirigitur, & ideo non poteſt ſtatuens
ſuper eo diſponere, neque poteſt tolli obligatio, quæ ſequitur ex obſeruā-
tia iuramenti, licet poſſet tollere obligationem naturalem, inquantum ex
contractu poſſit oriri, vel ſecundariam obligationem quæ dirigitur in vti-
litatē partis, ut dicit Imo.ī d.c.cū cōtingat.& præmiſsā.q.opportunè diſcur
rit dominus Vitalis tūc viceprothonotarius regni Siciliæ, in ſuo trac.clauſ.
50 in verb.videamus nunc an benefi.l. iud.de fund. doct.&c. vnde † ex præ-
dictis poſſet concludi hunc filiumfam.efficaciter obligari tū rōne iuramen
ti, tū rōne mēdacij, quia inquit Bal.in l.fi.§.neceſſitatē.C.de bonis quę lib.
ꝙ quando mentitur ſe emancipatum, vel de morte patris, obligatur filius
non obſtantibus quibuſcunque,& etiam ratione doli obligatur,& licet in
51 dubio mendax † non præſumatur in dolo, ſecus tamen eſt quādo mētitur
ad propriā ſua vtilitatē, vt dicit Bar.per tex. ibi quem dixit eſſe multū not.
in l.eleganter, §.fi.cū l.ſeq.ff.de dol.& illum tex.ad hoc dicit aureū domi
nus Iacob.in l.quotiens, §.qui dolo, ff.de probatio.ſed in caſu propoſito ſi

quis

quis uellet ſuſtinere partem contrariam credo quòd poſſit, & pro nunc aliter non inſiſto.

52 Et in † ſacro conſilio anno domini 1540. 20. Febr. in cauſa cuiuſdam de caſtro maris ego dicebam, quòd ſtante iuramento, de quo in ſpecie non loquitur decretum, poterat procedi, & filiusfa. obligatur, dixit mihi dominus Martialis, quòd diu fuit dubitatum ſm hanc meã opiniõnẽ, tñ poſtea fuit obſeruatũ ꝙ declaretur inſtrumẽtũ nullum, & hoc poteſt fieri per laicum, & nõ ex hoc annullatur confeſſio, neq; iuramentum, & ſi pars uellet ratione iuramenti agere iam poſſet, & ita fuit iudicatum. Poſſunt tamẽ in

53 hac quæſtione conſiderari duo caſus quia † aut filiusfam. contrahit in caſu aliàs permiſſio de iure cõmuni, & tũc credere, hũc creditorẽ excuſpari, & poſſe cõſequi cõuẽtũ per inſtrumẽtũ, credẽs aſſertioni huius filij famil. l

54 aut vero † filiusfam. cõtrahit in caſu aliàs de iure cõmuni ꝓhibito, & tunc

l dicerẽ illã aſſertionẽ eſſe nullã, & eſſe caſũ de directo cõtrariũ d. l. 1. C. ad Macedo. ex quo debuit ſe informare ſi forte erat pſona nota, & ſi filiusfa. dicebat ſe emancipatũ, videre, & rimari inſtrumẽtum ſuæ emãcipationis, vel ſi dicebat ſe ſeorſum a patre habitare, intelligere locum habitationis, & informari ſaltem ab ipſis vicinis, vt dicit Bart. in leg. penult. ff. de adult.

55 quia ad iuſtificãdum actum † de iure cõmuni prohibitum, nõ ſtatur præſumptioni ignorantiæ, Cyn. Bald Saly. in dicta l. prima & probatur in l. penultima, ff. eodem, & per Bartol. in leg. is poteſt, ff. de acquirenda hæreditate & in l. ab eo, C. quomodo, & quando iud. & in leg. prima, C. de temporibus appell. ex quo huic creditori diligens inquiſitio eſt demandata, cum contrahit cum perſona vel ſuſpecta, vel de iure prohibita, & ex quo prohibitio accedit prohibitioni, non ſtarem aſſertioni filij cum iuramẽto, & de hoc auth. ſacramenta puberũ. Et ad hoc dictum poſſent aliqua addu-

56 ci vt per Bald. in capit. primo de capti. corr. quòd † vbi prohibitio prohibitioni accedit, redditur res, & actus forte impoſſibilis, & inalienabilis, etiam in caſu aliàs de iure permiſſo, vt prohibitio aliquid operetur, vt per Are. conſ. 22. Soc. conſ. 165. col. fi. 2. vol. per Io. de Neuiz. in ſuo elegãti conſ. 12. poſito inter conſ. Alber. Brun. & per eundem Brun. conſ. 67. 3. col. cum alijs quæ omitto, & iſta poſſent habere locum, etiam ſi creditor eſſet alienigena, & de nouo veniſſet in ciuitatem, & eſſet ignotus. ſi vero

57 † filiusfa. eſt alienegena, & dicit patrem ſuum eſſe mortuum, & pater eius ignoratur, tunc crederem ſtari aſſertioni huius filij, ſi fuit de hoc interro-

m gatus, cum fiat per iſta diligens inquiſitio m ut in l. ſi quis patrem fam. ad Maced. & eſt optima gl. in l. pen. eo. tit. cũ non poſſit certũ reddi, & ita cõ-

58 cordat Saly. dicta Petri in d. l. 1. An autẽ † ſi pater, & filius ſimul contrahãt, intelligatur licentiã pſtare pater in cõtractu Bar. cõcludit ꝙ ſic in l. cũ pater §. libertus, ff. de leg. ſecũdo per text. ibi, & idem tenuerunt Bal. & Saly. in l.

59 ſi filius. C. ad Maced. quod ſi ſtatutũ prohibet † filiũ nõ poſſe obligari ſine cõſenſu patris, ſi pater & filius ſimul cõtrahũt, pater intelligitur præſtare conſenſum,

conſenſum,idem ſequitur Ioan.And.in reg.is qui tacet de reg.iur.in mercur. pro qua concluſione facit bonus tex.in l.Ticius, ff.quib.mod.pigno. vel hyp. ſolu. vbi dicitur. quòd ſi duo rem vnā emunt,vnus alteri videtur præſtare conſenſum & ius pignoris remittere, idem probatur in l.Lucius Ticius eo.ti.& in l.ſi gratuitā.§.fi.quib.mod.hy.ta.cōtrah.& ſequitur Soc. conſi.200.tertia col. ſecundo vol.& conſi.80.3. col.& conſi.125.4. vol.

n & quamuis ſtatutum dicat[n] ſine expreſſa licentia patris, tñ ſatis dicitur

60 expreſſum † quod reſultat ex præſumptione iuris,l.licet quòd imperator

61 de leg. primo Iaſ.in l.is qui ff.de acquir.hæred.Quando autem † pater fideiubet pro filio an dicatur dare licentiam Saly.in dicta l. ſi filius cui addo text.in l.ex parte, §.fi. ff. fam. herci. & doctrinam Bal. in l. euictione in fin.C.de euictio.Specul.in tit.de reo ver.quid ſi pater plenius per And.

62 in c.1.§.præterea quib.mod.feud. amit. prædictis tamen addo † quod licet ſtatutum annullet contractum initum cum filiofamil. fideiuſſor tamen adhibitus in contractu obligabitur efficaciter, vt dicit Cy.in l.decretum.C.de fideiuſſ.& plenius Alexand.in leg.Marcellus,ff.eo. & per Bald. no,in l.1.eiuſdem tit.Mar.Freccia.

ADDITIONES.

a Dictam pragmaticam verbatim ponunt mod.ebolit. eamque bene conſuluerunt in cor.tract.Abb.Paul Fuſc.

b Eſt mihi 155.fol.495.Abb Pau.Fuſc.

c Ad dictam.authen.Sacramenta puberum.Corn.conſ.27.nu.9.4. vol.& conſ.36.nu.9.2.vol.Iac.mand.conſ.11.nu.4. Abb.Pau.Fuſc.

d De proœmio quòd declaret totam.l.lege Gozad. conſilio 1.numero 14. Abb. Paul. Fuſc.

e Mod.eboli.vbi 5.§.17.nu.19.Abb.Pau Fuſc.

f Quid hodie in regno,quòd nec tacendo valeat.iuxta regiam pragmat.latam ad correctionem Velleian.in ann.1543. Abb.Paul Fuſc.

g Tex.in c.inter dilectos de renunci. ſicut dicimus quòd iura non fauent delicatorum votis.gl in l.vt ponunt.de ſeruit.... Abb.Paul.Fuſc.

h Plures ſimiles,& notab.regulas, quas poſui in meo repertorio in litera.q.num. Ab. Paul.Fuſc.

i Non ſolum eſſe obuiandum via directa, ſed etiam indirecta Marſil.ſing.177.in cap. malitijs fo.mihi 678.& ſing.384 dixi tibi fo.733.Abb.Paul.Fuſc.

k Mod.eboli. in d.pragm.§.17.Abb.Paul.Fuſc.

l Quòd fallit ſi ſciet ipſum mentiri, quia ſcit eſſe filiumfa. vel ex claris coniecturis præſumitur ſcire,vt quia eſſet coniunctus,vel vicinus,ar. d.per Bal.in l. de tut.C. de in integ.reſt.minor.per Alex.cōſ.122 quoniam abunde. 6. vol.Abb.Paul.Fuſc.

m De contrahentibus qui dicunt inuicē ſe informare de conditione alterius quæ ſcribūt decius.& Cagn.in l.qui cum alio.ff.de reg iur.Abb.Paul.Fuſc.

n Mod.eboli.in c.prag.§. 11.vbi latius, & quod dicitur hic in fi. de fideiuſſore vide ipſos.§.17.nu.36.& de patre & filio inter ipſos contrahenti 69.dict.§.11.nu.8.Abb. Paul.Fuſc.

QVAE-

QVAESTIONE NONA.

SVMMARIVM.

1 *Creditor qui agit ciuiliter an poſſit variare & agere criminaliter.*
2 *Agens via ordinaria, non poteſt redire ad exequutiuam, licet ante poſſet.*
3 *Iudex primo electus non debet relinqui.*
4 *Actor an poſſit proteſtari ſe poſſe cumulare plura remedia.*
5 *Actor licet habeat poſſeſſionem contumacis bonorum, poteſt tamen capere pſonaliter, & nu. 8.*
6 *Actori dicitur plene conſultum per prædictam actionem intentatam.*
7 *Debitore condemnato poteſt etiam agi cõtra tertiũ pignor. actio.*
9 *Actor poteſt omittere litem motam, & petere exequutionem inſtrumenti per ſtatutum.*
10 *Cumulatio actionum quãdo impediatur.*
11 *Intellectus ad dicta Bart. in l. conſentaneum, C. quomodo & quando iud. & numero 13.*
12 *Actor ſi petit ciuiliter condemnari debitorẽ, vel aſſiſtentiã præſtari.*
14 *Cauſa ſummaria per partes poteſt fieri ordinaria.*
15 *Ratio diuerſitatis, quare de ordinaria non poteſt fieri ſummaria.*
16 *Intellectus ad Pau. de Caſtr. in l. qui legati, ut in poſſ. leg.*
17 *Pars agens via ordinaria intelligitur renunciare ſummariæ.*
18 *Cauſa ſi eſt ſummaria, & eſt ceptum ordinaria an poſſit rediri ad ipſam.*
19 *Intellectus ad auc. qui ſemel, C. quomodo & quando iud.*
20 *Concluſio, & cautela authoris in hac q.*

NOno quæro, creditor qui contra ſuum debitorem ciuiliter e-
1 git † & fuit forte in cauſa ipſa proceſſum ad litis conteſtatio
nem, vult modo uariare, & pręſentare inſtrumentum ſecun-
dum formam ritus, an poſſit, vel obſtet ſibi exceptio litis mo
tæ Bald. in leg. ſecunda quinta colum. decima q. C. de ſer. &
2 aq. videtur tenere quòd non, & ibi dicit quòd dominus † qui ex faculta-
te, vel ex parte ſibi permiſſa, poteſt expellere emphyteotam, ſi adijt iu-
dicem iudicio ordinario, non poterit redire ad viam facti ſibi ex conuen-
tione permiſſam, & ibidem plures rationes allegat. Alexand. conſil. 130.
in cauſa. nume. 13. quarto li. quòd agendo vno remedio intelligatur alte-
3 ri renunciare, & quòd † non debet deludi iudex, qui fuit principaliter adi
tus, & quod facta electione non liceat variare. idem Bald. in leg. prima.
1. colum. C. de exeq. rei iudi. & ſequitur Ang. in l. nemo carcerem. C. de
exactor. trib. lib. 10. Iaſ. in l. ſecunda 38. colum. C. de iur. emph. hoc idem
voluit Bald. in lege idem, quarta col. tertia q. C. loc. qui dixit quòd debet

expectari

expectari exitus pronunciationis faciendæ per iudicem, & ex dictis Bal.
4 ſuperius allegatis non poſſet præſentari, † etiam ſi actor fuiſſet proteſta tus ſe poſſe cumulare plura ad hoc remedium extraordinarium, per ea quæ dixit ibi. & in l. edita. in rep. pad. C. de edend. Alex. in lege hæres. §. pen. ff. de fideiuſſ. in apoſtil.

Sed in contrarium determinat not. Bart. in l. conſentaneum in fin. C.
5 quomodo, & quando iud. qui dixit quòd † licet in actorē ſit poſſeſſio tranſlata ex contumacia rei, poteſt tamen petere illum perſonaliter capi. hoc idem voluit in leg. prima fin. colum. C. de ſeq. poſ. & fr. & in lege qui legati, vbi bonus text. C. vt in poſſ. leg. & in lege ignorare. in fin. C. de reſtit. mil. & in aucten. quæ ſupplicatio. C. de preci. imperat. offer. & in lege fin. §. ſed ſi. ff. ſi cert. pet. & proſequitur Alexand. poſt Angel. in dict. lege nemo carcerem. C. de exactor. trib. lib. 10. & per eundē Ang. in l. qui reſtituere. de rei vend. per Mod. in l. ſi finita. §. Iulianus de dam. infect. deci. conſ. 460. 1. uol. & dicit May. in l. 1. 3. col. ff. ſi quis iuriſd. nō
6 obtemp. quòd † licet per primam actionem intentatam, ſit plene actori conſultum, niſi ſit plene ſatisfactum eidem, poterit etiam petere captu
a ram perſonæ, & ideo probat dicta Ang. in d. l. qui reſtituere [a] cui addo tex. in particulari. in l. grege. §. ſeq. de pigno. vbi etiam debitore condemnato, non liberatur pignus, & ideo poteſt agi pignoratitia, & in l. ſi rem alienam. §. omnis de pignor. actio. & in lege ex ſextante. de excep.
7 pt. rei iud. & iſta iura à fortiori concludunt, quòd † etiam condemnato debitore poteſt agi contra tertium pignoraticia, quanto ergo fortius eundē debitorem, qui forte eſſet per ſententiam condemnatus ſoluere, qui nō poteſt opponere quod contra ſeipſum eſt pronūciatū, ut in l. cui dētet. ff. de excep. rei iudi. & ideo Iaſ. in d. l. 1. cōcludit declarādo dicta
8 Bal. in l. creditor. ſi cert. pet. quòd † creditor qui pignori incūbit poteſt implorare capturā perſonæ, & Bal. ibi intelligit ꝙ incūbens pignori, nō
b petit arreſtari perſonā, ſed ex capite ſuſpicionis fugę [b] nō autē vt plene ſibi ſatisfaciat, & hāc partē ſequutus eſt Paulus in d. l. qui legati vt in poſſ.
9 leg. quòd † poteſt actor relinquere litē motā, & petere exequutionem inſtrumenti ex forma ſtatuti, & idem voluit deciuſ. cōſ. 73. 2. col. 1. vol. & Iaſ. conſ. 9. 1. vol. conſ. 27. eo. vol.

10 Sed contra prædicta poſſet opponi. † quòd vbi ſententia lata in vno iudicio parit exceptionē rei iudicatæ, in alio impeditur cumulatio actionū, ut l. fundi, & fundū de excep. rei iud. per do. in l. edita. Sed ſi poneremus modo in fauorē rei pronūciari, nō poſſet inſtrumētū pręſētari, ergo iſto medio pēdēte ratione euētus dubij, & ne forte, cōtingat ſentētiā cōtra ſentētiā ferri. ut dicit Dec. cōſ. 562. 2. vo. qd enim ſi reus in iudicio p actorē moto, fecit, uel intēdit facere defenſiones, & ꝓ eo cōtigerit pronūciari, certe reperiretur pronunciatū cōtra decretū, ſententia iudicis qui ipſum in carceribus tenet arreſtatū, vnde actor cogitur pſiſtere in actione intentata.

intentata, vt in auđen. qui ſemel. C. quomodo, & quando iud. nec debet ſibi poſſe permittere fatigare reum tot laboribus & diſpendijs, & ita concludit Bal. in d.l. edita. 5. col. & tenendo hanc partem non obſtat quod
11 uoluit Bart. in dict. lege conſentaneum. nam † ibi loquitur in remedio prætorio, quod incipit competere poſt litem motam odio contumacis, & ita conſiderabam ad illam ſuam ſingularem doctrinam, & non inueni alium declarantem. & tangit Bald. in lege iubemus quarta colum. C. de iud. quia iſta facultas preſentandi inſtrumentum ſecundum formam ſtatuti, & quia etiam criminalis nota erat tempore, quo actio fuerat ciuiliter intentata, alia electa non licet variare leg. quod in hæredem. §. elegere. de tribut. ſecundo reſponderi poteſt quòd iura, & contraria allegata procedunt quando per primam actionem non eſſet plenè conſultum ipſi creditori, vt in exemplo legis qui legati. & aliorum ſuprà adductorum. Sed ſi forte actor petit ciuiliter condemnari debitorem vel
12 ſibi præſtari † aſſiſtentiam ſuper bonis per ipſummet debitorem poſſeſſis, ex iſto iudicio plenè poterit conſequi debitum ſuum, merito non debet ſibi eſſe permiſſum variare. Tertio dici poteſt ad. §. etiã, quòd ideo ibi hypotheca non tollitur, quia hoc procedit ex natura ipſius, ut ibidẽ
13 per gl. ſecus hic. quarto conſiderari poteſt quòd † Bar. loquitur vbi primo ceptum erat iudicium exequutiuum, & pars connolabat ad remedium ordinarium, in quo non poterant forte obſtare, quæ in princip. nam bene hoc poteſt fieri, & ita etiam originaliter loquitur Archi. in rubr. de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeru. & hoc probatur ar. eorũ, quæ habentur in cap. de cauſis. de offic. deleg. vbi ex conſenſu partium cauſa
14 † quæ eſt ſummaria poteſt fieri ordinaria, non autem ſic, econtra, ideo bene loquitur Bar. Sed non ſic in præſentatione inſtrumenti, nam cauſa quæ primo erat ordinarie mota ex iſta præſentatione efficitur ſummaria, vnde ſi non poteſt fieri ex partium conſenſu expreſſo, neque etiam debet poſſe fieri altera inuita, præſertim quòd fieret illuſio iudici coram
c quo mota extitit cauſa ciuilis. [c] & pro prędictis adducitur ratio diuerſita
15 tis, nam † ſi in pręſentatione inſtrumenti, & ſic in iudicio ſummario primo' moto actor ſuccumberet, certe poſſet aliud ordinarium intentare. nec obſtat ſibi exceptio quòd inſtrumentum fuiſſet declaratum inliquidum vt in leg. ſi iudex. ff. de lib. agnoſ. Sed in caſu contrario eſſet ſecus, nam ſi lata eſſet ſententia in iudicio ordinario, in iſto iudicio ſummario præſentationis inſtrumenti obſtaret exceptio rei iudicatæ, merito debet impediri iſta cumulatio, nec doctrina Bart. meretur allegari, quoniã loquitur quando pars recedit à via exequutiua, vt adeat ordinariam. & ita conſuluit Paul. de Caſt. conſi. 57. inc. in cauſa quæ vertitur coram do
16 mino poteſtate. 2. col. primo volum. nec † Pauli authoritas in d.l. qui legati, ſtringit cõtra hanc cõcluſionẽ, loquitur em̃ ibi quãdo nõ eſt plene cõſultũ per primã actionẽ, ſecũdo loquitur, quãdo vtraq; actio erat à ſta'

tuto

tuto priuilegiata & ſic duplici remedio erat à ſtatuto cóſultũ ipſi credito
ri, ꝙ tunc eligendo vnum remedium, non intelligatur alteri renũciaſ-
ſe, quod non eſt ita, quando præſentatur inſtrumentum, nam primæ a-
ctioni motæ non datur aliquod beneficium à ſtatuto, ſed proſequitur
ſuos fines ex ipſa conuentione partium, ſolum autem beneficium datur
quando criminaliter inſtrumentum præſentatur, quod iudicium, & ſi
criminale ſit, quo ad modum tamen conſequendi debitum dicitur ſum
marium, & dicitur eſſe neglectum intentata prima actione ordinaria. vt
in cap. primo de poſtul. prælat. in 6. in cap. vt qui duas. de electio. eo. lib.
17 & quòd pars eligendo † viam ordinariam intelligatur renunciaſſe ſum-
mariæ, & ideo multum ſingulariter dicebat Roman. conſil. 133. inc. in
10 propoſito caſu, quòd † quãuis vbi cauſa de ſui natura eſt ſummaria, ſi
fuit ordinario iure cępta poſſit reflecti, vt ſummariè cognoſcatur, & cõ-
ſenſus tantum præiudicet vſque ad terminos, in quibus fuit proceſſum,
& conſenſum per glo. quam dixit ſing. in clem. ſæpe. in verb. partibus
de verb. ſig. quia voluntas tacita vſque ad illum actum tantum nocet,
per gl. vbi Bar. in leg. 1. §. hoc interdicto. ff. de iti. actuque pri. deciuſ. cóſ.
72. fin. colum. primo volum. ſic etiam vbi apparet de partium expreſſo
conſenſu, ab initio via intentata non poteſt omitti, vt ſummaria de no-
uo intentetur, & ibi Roman. arguit ad ſtatutum ſuper inſtrumento qua-
rãtagiæ, quòd ſi alia via eſt actum, in qua apparet proceſſum de expreſ-
ſo partium conſenſu non poteſt omitti, vt recurratur ad beneficium ſta
tuti, ſecus vbi non apparet de partium expreſſo conſenſu, nam via inten
tata poterit omitti, & cõſenſus noceat vſque ad terminos in quibus fuit
proceſſum, vt ſuprà dixi. & ponitur per Sand. in c. dudum. 14. colum. de
19 præſumptio. nec † obſtat ſecundum eum auctẽ. qui ſemel. nam non di
citur recedere à prima lite creditor, qui intentat aliud mandatum agen-
di, & in lite perſiſtit ex mente gl. in d. auctẽ. & ita ibi concludit Roma.
& faciunt dicta per Paul. de Caſt. conſ. 334. ſecundum ultimam impreſ-
20 ſionem. 3. colum. 2. volum. Vnde crederem † de iure inſtrumentum nõ
poſſe præſentari ſi primo actum fuit ciuiliter, & proceſſum in cauſa cũ
conſenſu ipſarum partium, neceſſarium ergo erit conſilium in contractu
clauſulam opponere, quòd via electa liceat variari, & quòd vna actio
per aliam non tollatur, & tunc poteſt indubitanter fieri, vt dicit domi-
nus Nicolaus Boer. in dict. leg. conſentaneum. car. 17. & dominus Vita-
lis in tract. clauſularum. in verb. quòd vna actione. Abb. in c. quoniã fre
quenter. §. fi. vt lit. non conteſt. & in conſi. 42. 2. vol. Mar. Frecc. V. I. D.

ADDITIONES.

a Pleniſſime de hoc Venuſi. in 6. diſput. vbi ample materia diſcutitur. Abb. Parik
Fuſc.

b Quòd quando eſt ſuſpectus de fuga poterit ſemper arreſtari, & ſi periculum eſt in mora poteſt propria authoritate. Paris in tracta. de Synd. in verb. captura. caccial.de deb.fugit. Ab.Pau.Fuſc.

c Quòd ſi egit proteſtando ſe non renunciare alteri remedio videtur poſſe agere. de quo Alex.in allegato.conſ.130.4.vol.Iaſ. in l.2. C.de iur.emph.& Mod. de Fano in tract.pig.4.par. Abb.Paul Fuſc.

QVAESTIONE DECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum an poſſit præſentari contra debitorem cui fuit mota lis à tertio.*
2 *Petitio vnius non impedit exequutionem alterius.*
3 *Opinio authoris in hac.q.*
4 *Debitore ſoluente creditor debet cauere de ſecuritate contra tertium.*
5 *Emptor mota lite in re vendita non tenetur precium ſoluere.*

DEcimo quęro, quid ſi mota eſt lis contra debitorem à tertio
1 prętendente ſibi illud nomen adiudicari, an poſſit † creditor præſentare inſtrumẽtum ſecundum formam ritus contra hunc debitorem, contra quem mota eſt lis à tertio. de iſta exceptione ritus non loquitur, ideo dicam remiſſam diſpoſitioni iuris communis, ꝙ non impeditur interrogatio probatur
2 per text.in l.penultima, ff.de pe.hæred. ubi petito † unius non impedit exequutionem alterius petitionis, idem probatur in l.is a quo de rei uen dic. ubi quis primo ab uno, & poſtea ab alio fundi & rei uendicatione fuit conuentus, ad inſtantiam amborum fuit in cauſa proceſſum, & ad inſtantiam unius fuit primo pronunciatum, ergo præuentio unius non impedit alium, quin iure ſuo uti poſſet, & ita teneo † quòd
3 ex lite præcedenti motã, nõn impediatur liquidatio inſtrumenti, ut debitor poſſit in carceribus arreſtari, & dicitur tunc magis aſſecurari primus actor ex arreſtatione primi debitoris. Sin autem in ultimo peremptorio debitor recognito inſtrumento pecuniam offerret in promptu
4 † non cogitur illam ſoluere, niſi primo ſibi aduerſus primum actorem fuerit cautum cum fideiuſſore, ut ſeruetur indemnis ut probatur in leg.is a quo & dict.leg.penultima & leg.prima, §.apud Iulianum, ff. de poſ.quia tunc dicitur ipſius debiti euictio imminere. ar.l.habitationum,
5 §.fi.ff.de peri.& com.rei uend.ubi emptor † non tenetur precium ſolue re ſi aduerſus rem uenditam mota eſt controuerſia, ut in l.ſi poſt perfectam.C.de euictio.& ibi per Bal.& in l.j.C.de bon.mat.& ſi pecuniã ſolueret nõ petita cautione aduerſus primã litẽ ab alio motã, uidereť eſſe ĩ dolo ut dicit in l.dolo carere ad l.Fal.& in d.§.apud Iulianũ.Mar.Frecc.

QVAE-

QVAESTIONE VNDECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Debitore citato an poſſit tertius impedire exequutionem inſtrumenti.*
2 *Tertius comparens poteſt comparere, & impedire exequutionem ſententiæ pro ſuo intereſſe, & nu. 4. & nu. 6.*
3 *Exequutio ſententiæ, non fit vbi tractatur de iudicio inreparabili.*
5 *Opinio authoris in hac q.*

VNdecimo quæro, quid ſi tempore præſentati inſtrumenti
1 † ſubintrat illi tertius pro ſuo intereſſe dicens forte illum non poſſe citari, nec in carceribus detineri, vel eſſe ſibi primo obligatum ad ſeruitia perſonalia, an impediatur interrogatio, arguendo a ſententia ad inſtrumentum quarantigiatum, & videtur poſſe dici quòd ſic, quòd tertius comparens pro ſuo
2 intereſſe impedit exequutionem ſententiæ † etiam ſi bis vel ter eſſet pronunciatum, ut dicit Cardi. in clemen. prima, quarta quæſt. de re iudi
a cata tot. in anti. de re iudicata [a] & doct. in l. a ſententia de appellatione, ſed ſi contra reum fieret interrogatio, diceretur exequi inſtrumentum. Vnde ſicut impeditur exequutio ſententię per comparitionem tertij, vt etiam per doct. in l. a diuo pio, §. ſuper rebus, de re iudicata; ergo & pari formiter impedietur interrogatio inſtrumẽti, præſertim quod tractatur de iudicio inretractabili, ſcilicet carceris, & amputationis manus, vt dicit Ioan. Roch. in capitulo fin. columna penultima extra deſponſ. Quod
3 † vbi tractatur de iudicio inreparabili non fit exequutio ſententiæ, etiam præſtita cautione iuxta formam l. is a quo de re vendic. per ſubintrationem tertij, quem ſequitur Sand. in capitulo cũ ſuper tertia col. de re iudi
4 cata & dicit Bart. in l. ſi quis libertantem de petit. hęred. quod † tertius comparens ad cauſam poteſt ex perſona ſua opponere exceptionem & facere differri iudicium, & Bald. in l. prima, C. vbi in rem actio. quem ſe
5 quitur Affl. collector deci. 15. Sed ego † teneo contrarium quòd ex ſubintratione illius tertij non impediatur interrogatio ſuper inſtrumento, quia cauſa eſt ſummaria, & à ritu priuilegiata, & ita colligo ex dictis per docto. in locis ſupra allegatis, & plenius in propoſito caſu proſequitur Soci. conſilio 106. quarto volumine. ſi autem ad infringendum iura actoris tertius comparet, quia diceret illum non potuiſſe obligari, uel obligatum ſibi de perſona, ita quòd detineri non poſſit, niſi prius ſatisfacto ſibi, dubiũ facit quod ſingulariter dixit Bal. i c. j. §. ſi duo de pac. ten.
6 ꝙ † vbi tertius cõparet ad infrigendum iura competitoris nunquam fit exequutio, niſi iure vtriuſque diſcuſſo. per dicta Inn. in c. veniens de te-

ſtibus, idem dixit l.penul.ff.de petit.hæred. & Bal.ſequitur Sand.in d.c. veniens, & Alexand.in leg. is a quo in apoſt.ad Bartol.de rei vendic. ſed fraudibus occurrendum eſt, prout bonus iudex poterit arbitrari. Marin. Freccia. V. I. D.

ADDITIO.

a Deciſ. 2.& 9 illus tit. de re iudic. fol mi. 447. in noua impreſſione. Abb. Paul. Fuſc.

QVÆSTIONE DVODECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit præuenire debitorem ne ſoluat.*
2 *Ritus eſt conditus contra ius commune.*
3 *Ritus non loquitur de præuentione facienda per iudicem.*
4 *Factum partis, & factum iudicis æquiparatur.*
5 *Præceptum ſuperioris inducit neceſſitatem.*
6 *Authoritas ſuperioris in quolibet iuramento intelligitur excepta.*
7 *Debitor non ſoluens non dicitur periurus ratione mandati facti ſibi à ſuperiore ne ſoluat, niſi ipſe procurauerit, nu.8.*
9 *Scholaris ſi iurauit non exire deſtrictum Bononiæ ſi exeat mandato patris excuſatur.*
10 *Oppoſitum in oppoſito idem operatur, quòd propoſitum in propoſito.*
11 *Iudex de illicito facit licitum.*
12 *Præſentatio inſtrumenti iuxta ritum dicitur criminalis.*
13 *Mandatum ſuperioris excuſat, quem a mora.*
14 *Inſtrumentum præſentatur contra debitorem lapſo termino in eo contento.*
15 *Obligatio debitoris regulatur a diſpoſitione ſuperioris.*
16 *Iudex poteſt impedire ſolutionem faciendam debitori.*
17 *Quælibet permiſſio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
18 *Opinio authoris in hac q.*
19 *Lex quod omiſit videtur neglexiſſe.*
20 *Iudices ſolent a præceptis frequenter incipere.*
21 *Intellectus ad l.quod ſi forte §.1.de ſolu.*
22 *Depoſitum ſemper reſtituendum.*
23 *Tertio proteſtante nunquam impeditur ius tertij.*
24 *Debitor mandato ſuperioris ſibi facto ne ſoluat an teneatur opponere.*
25 *Debitor tenetur eſſe legalis creditori ſuo.*

1 DVodecimo quærto, an ſi debitor † eſt præuentus a iudice, ne
ſuo creditori, ſed forte quòd alteri ſoluat, poſſit pati præ-
ſentationem ſecundum formam ritus, & poſſet dici inſtru
mentum non poſſe præſentari contra debitorem ſi habuit
2 mandatum a iudice ne ſoluat, & primo facit quòd † hic ri
tus eſt contra ius commune, vt ſupra dictum eſt, & ideo reſtringi debet
quantum poſſibile eſt ne ius commune offendat l. 2. C. de noxal. ſed
quando debitor eſt præuentus a iudice, qui iuſſit non ſolui non poteſt
dici debitor cum ſit in quaſi poſſeſſione libertatis, vt diſcurrit Aret. in l.
qui a latronibus, §. fi. de teſtam. ergo ex quo ceſſat diſpoſitio ſtatuti quæ
fundata eſt ſuper debitore non poteſt inſtrumentum præſentari l. adige-
3 re, §. quamuis de iur. pat. ſecundo de iſta præuentione † per iudicem fa-
cta debitori ritus non loquitur, nec in eo in qualibet uel ſequẽtium col-
ligitur, vnde nec nos loqui debemus, vt l. 1. §. non dixit de acquir. hęre.
diſpoſitioni communi relinquitur, vt in leg. ſi extraneus de cõd. ob cau-
ſam: ſed de iure communi excuſatur debitor propter authoritatem ſupe
rioris ne ſoluat, vt in l. qui iurato, ff. qui ſatiſd. cog. ergo non poterit cõ-
pelli ad liquidationem inſtrumenti. Tertio facit regula l. 2. C. ſi in cauſ.
4 iudic. quòd factum † partis & iudicis æquiparantur [a] ſed ſi creditor fo-
a ret a debitore præuentus, non poſſet præſentare inſtrumentum ſecun-
dum formã ritus, vt dictum eſt in princip. ergo nec vbi debitor fuit præ-
uentus à iudice, & cum ritus deneget præſentationem fieri quando de-
bitor præuenit, & ſic facit voluntarium actum, cum ſit in ſua facultate
non agere, ergo a maioritate rationis intelligitur excludere præſentatio-
nem fieri, quando debitor eſt conſtitutus in neceſſitate a ſuperiore, tradi
5 ta ne ſoluat, præceptum † enim ſuperioris neceſſitatẽ inducit, & iuſtum
b metum quando eſt pœnale. [b] vt diſcurrit Bar. in l. creditor. de ſolutio.
Bald. in l. falſus in fi. C. de fur. per doct. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi præ-
tori de noui. oper. nunc. per deci. conſil. 219. prima colum. ſecundo vo-
lum. per dom. Barbat. conſ. 42. primo volum. quarto adducitur regula, de
6 qua in d. leg. fi. ff. qui ſatiſd. cog. quòd † in qualibet obligatione, & pro-
miſſione etiam iurata intelligitur excepta authoritas ſuperioris, & in l.
fi. ad muni. de inco. gloſſ. eſt in c. de forma 22. quæſt. fi. & in c. cum ec-
cleſia, de maioritate & obed. & in cap. conſtitutus de reſcriptis, & in c.
venientes, & in c. quando, vbi plenius canoniſtæ extra de iur. iur. & ideo
dicunt Alberic. de Roſ. & Rom. in dicta l. qui iurato, quòd ſi iudex fa-
7 cit mãdatum vel ſequeſtrum debitori ne ſoluat † excuſatur debitor a per-
iurio, idem Hoſtien. in ſum. de iure iurand. bonus textus ſceuolæ in leg.
mulier de leg. commiſ. & hoc dictum plenius ſequuntur Mod. in dicta
8 l. qui iurato, & ibidem May. addit † niſi hoc ab ipſa parte fuerit procu-
9 ratum, & ibidem dicit quòd † ſcolaris qui iurauit uon exire deſtrictum
Bononiæ, ſine licentia creditoris donec ſibi ſoluet, excuſatur ſi habuit

mandatum à patre, vel à iudice ut reuertatur ad domum, niſi tale manda-
tum uel licentiam procurauerit, & dicit ibi Paul. de Caſt. hunc caſum
eueniſſe in perſona propria. de quo per Ioan. Andr. in reg. in malis. in
mercur. per Feder. de Seni. conſil. 191. incip. quęſtio talis eſt. per doct. in
in c. venientes. de iur. iur. Alber. de roſ. in l. ſi quis id quod de iuriſd. om-
ni. iud. Sand. in d. cap. qui iuſſu. ff. de regu. iur. quinto facit regula. l. fi. de
10 leg. primo. quòd † idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propo
ſitum in propoſito, ſed ſi debitor habuit mandatum à iudice vt ſoluat
tenetur ſoluere, & ſoluendo excuſatur. ut in l. ait prætor. §. permittitur.
verſ. quid tamen. denunc. ergo & è contrario ſi habuit mandatum ne ſol
11 uat, non tenetur ſoluere. & dicit gloſſ. in d. §. permittitur. quod † præce-
ptum iudicis excuſat & facit licitum quòd aliàs erat illicitum, vt in l. in-
terdictum. & l. nouiſſime. quòd falſ. tut. & in l. qui autem. §. apud labeo-
nem. ff. quæ in fraud. credit. & in l. ſtipulatus. §. ſi lancem, de ſolut. & cũ
iudex mandet, ſeu iniungat non ſolui, non poteſt ſuſpicio aliqua mali
contra debitorem præſumi, ut in c. niſi eſſent. de pręb. & in l. furti. §. qui
12 iuſſu. ff. de his qui no. infa. Sexto dici poteſt ꝙ † præſentatio inſtrumẽti
quæ eſt criminalis, fundata eſt ſuper pœna, vel ſuper iuramẽto, vel ſup
vtroque: ſed utroque caſu ob pręceptũ ſuperioris debitor nõ fuit in per-
iurio neque in pœna ex vi deficientis conſenſus in iuramento adhibiti,
quia intelligitur iuramentum præſtitiſſe cum promiſſione pœnali, niſi
ſuperior contrarium iniunxerit. d. l. fi. ff. qui ſatiſd. cogantur. & in l. fi. ad
mu͂ni. ergo inſtrumentum pręſentari non poteſt, ex quo debitor non in
currit penam, neque periurium. Septimo dicitur quòd inſtrumentum
præſentatum contra debitorem ex quo fuit in mora, & infra terminum
non adimpleuit conuenta, ſed quando habuit præceptum à ſuperiore,
13 ne ſolueret, ipſe non † dicitur in mora conſtitutus, vt in lege mulier uer
ſicul. poſteriore autem die nomine fiſci teſtato conuentum emptorem
ſit, ne ante mulieri pecuniam ſolueret, quàm fiſco ſatiſfaceret. de lege co
miſ. ergo de neceſſitate fateri oportet, inſtrumentum non poſſe præſen
tari cõtra debitorem, cum non dicatur conſtitutus in mora propter præ
14 ceptum ſuperioris. Octauo adducitur ſi dicere licet: creditor tunc † præ
ſentare poterit contra debitorem inſtrumentum liquidum, quando la-
pſus eſt dies termini, & dies petendi ceſſit, vt in l. cedere diem. de verb.
ſign. aliàs ante tempus agendi male ageret, & duplicarentur induciæ. vt
in §. . . inſtit. de actio. Sed licet terminus ſolutionis materialiter, ſeu na
turaliter fluxerit, effectus autem obligationis non ceſſit propter præce-
ptum ſuperioris, quia ſuſpenſus, & à ſuperiore, & à conſenſu ipſius
debitoris, vt in ſuperallegatis iuribus: ergo nullo modo inſtrumẽtum
præſentari poterit per text. in dict. lege mulier. de leg. comiſ. & ita modo
inueni Salyc. tenentem in dict. l. fin. C. non num. pecu. per dict. l. mulier,
quam dixit ad hoc notabilẽ, quòd debitor, qui promiſit ſoluere, non
tenetur

tenetur ſi iudex præcipiat, & iniungat ſibi ne ſoluat, cum obligatio ip-
15 ſius † debitoris reguletur a diſpoſitione legis & ſuperioris, per quam diſtinguitur conſenſus in obligatione adhibitus. deci. in dict. lege qui iuſſu. & ita per text. in d. l. mulier tenet Aret. in lege prima. C. de de ſequ. poſſ. & fruct. 16. q. allegat Bartol. in lege non ſolum. §. morte ſecunda q. princip. de nou. oper. nunc. & hoc idem poteſt probari per text. in lege
16 quod ſi forte §. primo de ſolutio. vbi non † poteſt ſolui tutori ſi iudex debitori præcipiat ne ſoluat & ideo dicit Inno. in cap. quemadmodum.
17 de iur. quòd † omnis promiſſio, obligatio, & iuramentum intelligitur re
a bus in eodem ſtatu manentibus [a] & illis mutatis non incurritur periurium. de quo in capit. primo hic fin. lex. Cor.

18 Sed † contrariam partem puto de iure ueriorem, quòd inſtrumẽtum poſſit præſentari, & primo adduco hunc ritum, ubi per creditorem præſentari poteſt inſtrumentum publicum, & liquidum contra debitorem ſed licet debitor habuerit prçceptum à iudice ne ſoluat, dicitur & rema
b net debitor, & ille etiam dicitur creditor [b] ex quo non reperitur hoc inter caſus in quibus liberetur debitor à debito vt in l. obligationum fere. §. plane de actio. & oblig. nulla etiam inſtrumento infertur iactura, cũ remaneat, & liquidum, & publicum, ergo præſentari poteſt. ſecun-
19 dò ritus præuentionem † per iudicem faciendam omiſit, ergo neglexit, ut in leg. prima. §. voluiſſet. C. de cad. tollen. & quemamodum dixit de præuentione partis ſic idem de iudice dixiſſet, ex quo non dixit, ne nos dicere debemus, licet prædictis contradicat l. nam & poſteriores. de leg. lex noua per legem antiquam diſtinguitur: tertio adducitur text. in dict. l. fi. qui ſatiſd. cog. vbi non uidetur deieraſſe, qui ex conceſſa cauſa deſerit iuramentum & in d. l. fi. ad munic. vbi fuit facta per principem gratia illi qui iurauerat ordini non inter futurum, ex quo electus fuerat, cum cæteris allegatis per gloſſ. ibi, & per Bald. patet ergo, quòd quando ſuperior facit præceptum debitori ne ſoluat, debitor tenetur adimplere promiſſa, & incurrit in periurium, licet excuſabile, ex quo habuit cauſam à iure permiſſam: ut dicit gl. in d. l. qui iurato, non enim ex prçcepto per ſuperiorem debitori facto impeditur creditor ſuũ creditũ ideo ſequi, cum cauſa non cognita, nec ipſo inaudito, nõ poteſt illi rerũ ſuarum adminiſtrationem interdicere, aut credito deſtituere, ut dicit Angel. in leg. 2. C. commi. uel quòd iſte. Innoc. in c. ſane lo. 2. de offic. de leg. ideo ſi tempore pæſentati inſtrumenti objiciat debitor de præcepto ſuperioris, dico interrogationem non impediri, licet non teneatur reus ad pœnam neque ad periurium. Et circa materiam præcepti videri poterunt quæ ſcribit Puteus in tract. Synd. in verb. prçceptum per plures colum. in contrarium vero allegata non obſtant, quia loquuntur quando tractatur de exculpatione pœnæ, & periurij, allegata etiam per Aretin. in d. §. qui a latronibus. procedunt in actis inretractabilibus,

vt per ſcrib.in l. 3. §.ſi ſeruus.de acquir. poſſ. & etiam vbi forte eſſet iudicialiter cognitum in figura iudicij, non autem extra iudicialiter parte non audita & contra omnes iuris regulas, incipiendo, vel ab exequutione, vel à ſequeſtro, vel ſuſpendendo, contra non citatum rerum ſuarum adminiſtrationem, licet poſſit hoc ſuperior facere, quando tractaretur de periculo contingente ex mora, & vt cautum ſit cui debetur, vt dicit
20 Bal.in l.ſed ſi quis.ff. quemad.teſtam. aperi.quod † iudices à præceptis frequenter incipiunt, quando periculum eſt in mora, & poſtea per examinationem cauſæ illa iuſtificant, per not. in §. meminiſſe de offic.procon.ſ.& leg.neque etiam.Saly.in d.l.fi.recte intuenti huic concluſioni repugnat, allegando tex.in d.l.mulier, cum intelligatur quòd non incidat quis in moram vel ad pœnam; ad quod ego affirmo hunc debitorem
21 minime teneri. tex. † vero in d. l.quod ſi forte. §.1.procedit in eo, qui ratione officij habebat aliquem obligatum, & non proprio nomine, & etiam procedit in eo, qui ex ſuſpicione pendente perdit interim adminiſtrationem bonorum, tamen pecuniam tunc in promptu per debitorem erogatam in vltimo peremptorio dicam per iudicem minime creditori liberari, niſi pręſtita cautione de ſeruando ipſum indemnem, vel aduerſus iudicem mandantem, vel alium creditorem, qui prætenderet ſibi liberari debere iuxta formam. l.is à quo.ff.de rei vendi.& l.pen.de petit. hær. & pro hoc adduci poteſt bonus tex. in l.pen.cum authen.ibi poſi-
22 ta.C.depoſ. vbi † depoſitum deponenti reſtitui debet non obſtante proteſtatione per tertium, vel alium, ex tranſuerſo venientem facta ne
c depoſitum reſtituatur[c] dum tamen deponens caueat cum fideiuſſore de ſeruando depoſitarium indemnem, & ex illa lege ſingulariter dicebat Ang.in l. hæres ad treb. quòd debitor cui denunciatum eſt ne ſoluat, non poteſt præciſe cogere vt ſibi denunciatio remittatur, cum ſatis ſit per creditorem ſibi caueri de indemnitate præſtanda aduerſus denun-
23 ciantem, quia † ex proteſtatione tertij nunq̃ quis impeditur vti iure ſuo arg.l.ſi fundus.C.de rei.vẽd.& in l.1.C.deb.vẽd.pig.Alex.in d.l.hæres.
24 Felyn.in c.cum ſæpe.4. col. de offic.deleg.quando autẽ † debitor habuit mandatum à ſuperiore de ſoluẽdo tertio, qui dicebat ſe creditorem creditoris ſui, vel ſibi donatum, & ſoluit an in vltimo peremptorio debeat detineri, ex quo aduerſus mãdatum nõ oppoſuit vel ipſum creditorem certiorem non reddidit, vt potuiſſet ſuis iuribus conſulere text. eſt in l. ait ꝑtor.§.ꝑmittitur.de minor.ibi cõpulſus ſit, & ibi niſi quis forte, quaſi aduerſum iniuriam appellandum quis ei putet. & in l.2.verſic.ſi autẽ reſtitiſſet de iudic.& ibi Paul. de Caſtr.Bald.in l.falſus. fi.colum. C. de
25 falſ.vbi dixit quòd † debitor debet obſeruare aduerſus creditorem ſuũ bonã fidẽ, & legalitatẽ, & debet antequàm ſoluat reſiſtentiam facere, &
26 aliquid pati, ut † paſſio ſit animi teſtimoniũ & in l.parẽtes.C.de teſti.q citatus à iudice ſimpliciter non dicitur inuitus facere ſed tunc demum

cum

cũ comparet,& reſiſtit, & ſequitur Deci.conſi.5.2.col.aliàs eſt in conſi. 407.2.volum.in nouis.& doct.in l.creditor.de ſolut.& plura cumulant moderni Neapolitani noſtri temporis in iſta quæſtione, quæ referre omitto. Mar. Frec. V. I. D.

ADDITIONES.

a Tiraq de vtr.retr.li.1 §.1.gl.14.nu.13.Paul.Fuſc.
b Ad illud quòd preces magnatum pro mandatis habentur. gl. in l.1.C.ſi ret.pro & dicitur quædam violenta ſpecies iubẽdi.Mant.conſ.206.in præſenti cauſa nu. 16.1.vol Paul.Fuſc.
c Omnino in proprijs terminis deci.199.nu 3.Guid.Pap.Pau.Fuſc.
d De creditore in hanc materiã doct.in l 1.ff ſi cert.pet.Ab.Pau Fuſc.
e Nunquã eſſe reddendũ depoſitũ, quãdo ex eius redditu patriç immineret aliqđ periculum ſicut Cicero examuſſim commemorat li.3.offic.Abb.Pau.Fuſc.

QVAESTIONE DECIMATERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Iudex eccleſiaſticus an poſſit inhibere iudici laico ne procedat ad interrogationem inſtrumenti.& nu.2.*
3 *Iudex laicus tenetur parere eccleſiaſtico vbi vertitur præiudicium animæ. & nume.4.*
5 *Inhibitio non admittitur vbi eſt diuerſitas iuriſdictionum.*
6 *Inhibitio facienda per eccleſiaſticum debet fieri parte citata fallit ut nu.7. & quando eſſet notorium.nu.9.*
8 *Concluſio authoris in hac q.*

1 Decimotertio quæro, quid ſi iudex † coram quo præſentatur inſtrumentum, eſt præuentus a iudice eccleſiaſtico, & ſibi per ipſum inhibitum ne procedat ad exequutionem inſtrumenti,cum dicat ſibi forte conſtare inſtrumentum fore vſurariũ, vel ui,vel metu confectum,an per iſtam inhibitionem impediatur inte-
a rogationem fieri.[a] in hac q.doctores communiter dicũt exequutionem inſtrumẽti impediri, prout tenet Ang.in ſæpius allegato, §. condemnatũ Lap.in all.63.Abb.in c.tuã 2.& 5.col.de ord.cognit. doct.in l.ticia.ff. ſol.mat.& in c.lator qui fil. ſint legi.plenius Fed.de ſen.cõſ.300.in c.fa-
2 ctum proponitur,& ibidem affirmat quòd † ſi actum eſt coram iudice eccleſiaſtico ſuper reſciſſione inſtrumẽti,& ipſe inhibuit iudici laico,impeditur exequutio inſtrumẽti,ꝗ ex forma ſtatuti habet exequutionẽ paratam,& ſi iudex laicus vltra procederet,diceretur nulliter procedere,& reuocari deberet tamquam exequutum poſt inhibitionem, cui iudex
3 laicus † in caſu iſto parere tenetur, cũ tractetur de cauſa p̃iudiciali,& de p̃iudicio animę,vt firmant Rodulfus in cap.conſuluit q.129.cart.27.de vſur. Abb .in capitulo debitorẽ de iur.iurãd. & ibidem Imol.Ancharan.

conſil.217.caſus talis eſt Bald.in l.conſulta.C.de teſtam.cum teneatur parere & interim non exequi:firmauit Bald.in l.1.C.quomodo & quando iud.& Bal.ibi ſequitur dom.Iac.in l.iudicium ſoluitur tertia colum-
4 na de iud. quòd † quando vertitur quæſtio ſpiritualis coram eccleſiaſtico,poteſt laico inhibere,cui parere tenetur,ne in cauſa procedat,ſecus ſi de cauſa non ſpirituali aut animam non tangente tractaretur, vt quia coram laico producti ſunt teſtes, qui de falſo coram epiſcopo accuſaren-
5 tur,nam tunc non poſſet fieri inhibitio † ex quo datur diuerſitas iuriſdictionum,& ſi fieret etiam cum excommunicatione non teneret, per doctrinam Bal.in d.l.1.& allegat conſ.Fed.de ſen.quod dicit eſſe multum not.& ita communiter tenent omnes in d.c.tuam,iſta tamē inhibitio ſecundum veriorem opinionem non teneret, neque ligaret manus iudi-
6 cis, coram quo tractatur de exequutione inſtrumenti † quando facta fuiſſet parte non citata,vt firmat Abb.in d.c.tuam,qui diſcurrit dicta Feder.& Iap.in dictis locis,& Alexand.in d.§.condemnatum,& in dicta l.ticia,& conſil.9.præſtantiſſime doctor.quarto volum.& conſ.91.2.vol. Aret.conſi.20.conſi.33.& conſi.75.plenius proſequitur Specu.in tit.de aduoc.§.ſexto verſi.vel ſic Paul.de Caſtr. conſi.142.145.ſecundo volu. & firmat Iaſ. in leg. nec quicquam,§.vbi decretum ſeptima colu. de of-
7 fic.proconſ.ubi præmiſſam concluſionem limitat niſi iudex † ex officio procederet ad inhibitionem, nam tunc poſſet inhibere iudici laico etiā parte non citata prout plenius firmauit Rodul. in dicto capitulo conſil. 131.q.car.28.vbi multas allegat rationes,& authoritates,cui addo vidēda quæ dicunt Abb.& poſt eum Sand.in c.primo extra de iure iuran.&
8 ex dictis præfatorum doctorum † ita tenendum concludo quòd interrogatio impediatur, quando iudex laicus fuit ab eccleſiaſtico prohibitus ne ad exequutionem inſtrumenti procedat, ſi inhibitionem illam parte citata conceſſit,ſecus vbi ex mero officio procederet & ſibi notorie con-
9 ſtaret inſtrumentum eſſe vſurarium, quia tunc ſuper notorio † inhibet non citata parte,vt dicit Bald.in leg. presbyteri ſecunda columna, C.de epiſc. & cleric. per doctrinam Innocen.in capitulo ad aures de tempor. ordin.quam ſequitur Rodulf. in dicto capitulo conſuluit,cum in multis non obſtent iudici ea, quæ poſſent repellere partē per not. per Lap. in clementina prima,in verb.opponatur de ſequeſt. poſſ. & fr.& per Inno.in c. ſolicitudinem,§.1.de appel.vt ſupra dictum eſt Mar.Frec.

ADDI. His vltimo loco dictis rationem addo quia crimen vſurarum eſt mere eccleſiaſticum doct.in c.cum ſit generale,de foro compe. Bal.in l.1.in fi.C.de vſur.Bar.& Ale.in d.l.ticia.eo maxime ſi ille cū quo agitur eſſet notorius notorietate iuris, vel cōdemnatus notorietate facti, quia diceretur manifeſtus vſurarius Ab.in c.quia in omnibus in fi.de vſur.& ita aliàs dicebat ꝑ intellectu & ornatu rubr.extra de vſur.Ab.Pau. Fuſ.V.I.D.& Pand.in d.ſuo tract.5.par.18.declarat.fol.59.idē Fuſcus. Additio.

ADDITIO.

2 Alexand.in dict. §.condemnatum aſſ.in conſt.ea quę ad decus poſt nu. 17. Abb. Paul.Fuſc.

QVAESTIONE DECIMAQVARTA.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio an poſſit fieri iudici laico, ſi petita eſt per debitorem abſolutio à iuramento.*

1 DEcimoquarto quæro retento eodem themate prædictæ q. an † ſi per debitotem petita eſt abſolutio a iuramento coram eccleſiaſtico , ipſe interim poſſit inhibere iudici laico ne procedat:collector Neapoli.ponit in deciſ.30.& 31. & Rodul.in d.c.conſuluit firmat quòd non per dicta Innoc. in c.Romana, §.primo, de appell.in ſexto ; & Fed.de ſen.conſil.290.etiã ſi eſſet actũ ſuper vtroq;,ꝙ ipſe diſtinguit,æquius fore poſſe fieri qñ cõſtaret ꝙ ex officio procederet nõ autẽ ad inſtãtiã partis,ꝙ pro nũc diſcutiẽdũ,& plenius cogitandũ alteri relinquo.Mar. Frec. Pat.Neap.

QVAESEIONE DECIMAQVINTA.

SVMMARIVM.

1 *Præuentioni an debeat ſpecifice renunciari.*
2 *Iudicium idem eſt de ſpecie quòd genere.*
3 *Generalis renunciatio cum iurameto valet vbi ſpecifica requiritur.*
4 *Iuramentum habet vim expreſſi.*
5 *Renunciatio facta poſt expreßas ſpecies tenet.*
6 *Determinatio contra authorem in hac q.*
7 *Generalis prouiſio non derogat particulari ſtatuto.*
8 *Iuramentum non trahitur ad incogitata.*
9 *Præuentio ſpecialiter eſt fulcita a ritu.*
10 *Clauſula codicillaris quando nihil operetur.*
11 *Periurus non dicitur vtens iuribus ſuis licet iurauerit non eſſe contra ipſum, & nu.12.& 13.*
14 *Conceſſio principis non obſtante collatione intelligitur de inualida non autem valida.*

1 DEcimoquinto quæro pro materia præuentionis, an † præ-
uentioni debeat in ſpecie renunciari, vel ſufficiat generalis
a renunciatio [a] facta per debitorem de omni legum auxilio,
cum cęteris clauſulis generice opponi ſolitis in contractu.
ego ſemper tenui, & dici poteſt ꝙ ſufficit generalis renũcia
tio, nam non legitur ritus dictans præuentioni debere in ſpecie, vel ex-
preſſim renũciari, vnde intelligitur cũ generalitate fieri poſſe: & ad præ-
dicta etiã in facti cõtingẽtia dicebã, ꝙ cũ interrogatio ſup tenore inſtru-
mẽti nõ poſſit impediri niſi in vnico caſu, qñ creditor eſt præuẽtus, ge-
neralis renunciatio habet vim expreſſi, & ſpecifici, poſtquam non po-
teſt niſi ad illũ referri, vt l. 1. 2. 3. delib. & poſth. & ita per illa iura decide
2 bat Barb. quòd † idem iudicamus de ſpecie, & de ipſo genere, cum non
poſſit niſi in illa verificari Soc. conſ. 150. 6. col. primo vol. & deciſ. conſi.
389. ſecundo vol. præſertim quando in contractu hr̃ iuramentũ, vt in le-
ge cum patrem, §. filius matrem de leg. ſecundo, per quem tex. ita firmat
3 Bauer. in tract. de iur. iur. quòd † vbi aliàs requiritur ſpecifica renuncia-
4 tio, ſufficiat generalis cum iuramento, quia † iuramẽtum habet vim ex-
preſſi per illum tex. quem ad plures q. inducit de quo per Barb. conſ. 16.
3. col. conſi. 43. conſi. 52. in fin. ſecundo volum. deci. conſ. 374. ſecundo
vol. per Iaſ. in l. omnino, §. primo, C. de inoffi. teſt. de qua generali re
nunciatione poterunt videri quæ ſcribit Vitalis in ſuo tract. clauſularũ
Soc. conſi. 103. tertio volumine, vbi adducit multas authoritates, quas
5 omitto maxime † quando in contractu eſt renunciatum poſt aliquas ex
preſſas ſpecies generice omnibus alijs competẽtibus, de iure vel de con-
6 ſuetudine vt per deci. conſil. 195. primo vol. in nouis. fuit, † tamẽ cõtra
me tunc determinatum, ſed non potui ſcire rationem à iudicantibus,
qui declarauerunt, quòd ex quo non erat ſpecialiter renuntiatũ præuen
tioni, ex renunciatione qua ſupra non impediretur interrogatio ſuper
tenore inſtrumenti, ſed eorum deciſio non videtur contra ius, & poteſt
corroborari ex dictis Bart. in leg. 1. §. & parui, ff. quòd vi aut clam, quòd
7 ex generali † prouiſione non intelligitur derogari in eo quod competit
beneficio alterius ſtatuti, niſi fiat expſſa mẽtio in ſpecie, vt plenius reaſ-
ſumit deci. dict. conſ. 195. item poſſet dici ꝙ plures poſſent eſſe exce-
ptiones ex quibus interrogatio inſtrumenti poſſet impediri, vt infra di-
cam, non poteſt cenſeri illa renunciatio, loco ſpecificæ, nec iuramentũ
8 † poſſet ad illam trahi, cum de ea non fuerit cogitatum [b] vnde conſen-
a Mod in l. ſi pactum. ff. de probat. dicentes quòd hæredes iurantis fidelitatem tenentur innouare iuramentum, quod non tranſit de anima in animam. Paul. Fuſcus.

b Quinto quòd hæres & defunctus dicitur eadē perſona. l. fi. C de Imp. hinc ait Bal. in l. 1. §. excepto. C. de cad. toll. quòd quando feudatarius præſtitit iuramentū pro ſe, & hęredibus, non tenētur hęredes iurare, ex quo ligantur de periurio defuncti. licet in practica ſit contrarium, vt dixi ſuprà 1. addit. Paul. Fuſc.

c Glo. in l. ea. l. C. de cond. ob cauſam vbi exceptio inſtrumenti quarantigiati poteſt fieri contra hæredem ſicut poterat contra defunctum Ang. in l. 2. C. ſi adu. cred. Paul Fuſc.

QVAE-

QVAESTIONE SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum confectum per procuratorem an poſſit præſentari per dominũ.*
2 *Opinio authoris in hac q.*
3 *Abſenti quæritur actio per iuramentum.*

1 Secundo quæro de alia not. q. an inſtrumentum † confectũ per procuratorem, qui recipit iuramentum & pœnam nomine domini, poſſit præſentari per dominum ſecundũ formam huius ritus Bar. ponit q. in l. poſ. §. & ſi poſ. ff. de acq. poſſ. cõcludit ꝙ inſtrumẽtũ quarantigiatum, ꝙ ex forma ſtatuti meretur exequutionem, ſi eſt factũ cum procuratore, poteſt exequutioni demãdari per dominum idem voluit in conſi. in c. gibellinus, & tenet Bar. in l. non aliter, ff. de adoptio, quia habetur per inde ac ſi eſſet confectum in iudicio, nec requiritur alia ceſſio ex quo immediate quæritur utilitas domino, vt dixit Bar. in d. §. & ſi poſſ. & in l. nõ fatetur. in fi. verbis, ff. de confeſ. in l. error. 2. col. C. de iur. fact. ignor. & in l. 1 C. de actio. & oblig. ſequitur Bal. in l. pactum quod dotali, C. de collatio. præſertim ratione iuramenti ut concludit Rom. conſi. 76. in cauſa nobilis prima col. Pau. de Caſt. in l. in cauſæ. §. fi. ff. de procur.

2 Sed † licet uera ſit deciſio prædictorum in caſu quo loquuntur, tamẽ iudico non recte adaptari poſſe ad terminos quæſtionis propoſitæ, quãuis viderim multos peritos doct. aliquando ſentire, æquiparando ſententiã ritus ad ſtatutũ diſponens ſuper inſtrumento quarantigiato, de quo Bar. plene tetigit in l. 1. §. & parui, ff. quod ui aut clã, quorũ tamẽ reuerentia mihi parcat, cum termini ſint valde diuerſi vt patet ex ſcriptis per Bar. in dict. §. quoniam hic ritus non tollit aliquam exceptionẽ, quinimo admittit, dũ tamẽ ꝙ in prõptu, & in ipſo inſtãti verificata ſit, alias in carceribus, & in vinculis facienda, licet aliquam ſimilitudinem à ma
a ioritate tantum rationis cum illo ſtatuto attingat [a] tamen credo de iure non poſſe præſentari, & ratio eſt quia iuramentum non fuit ſibi præſtitum, ideo non agit, vt dixit And. in dict. §. itẽ ſacramenta, quia non poteſt agi de periurio, per id, quod eſt alteri promiſſum, licet mea interſit, & quia debet pro forma præſtari de facie ad faciẽ c. 1. de iur. iur. quãuis
3 † abſenti q̃rat̃ actio p iuramẽtũ, vt dixit gl. in c. quotiens cordis 2. q. 9. & reqrit præſẽtiã corporalẽ Bal. in c. 2. de ord. cog. & tãto fortius præſentari nõ poſſet, cũ ipſe dominus certitudinarie nõ poſſet iurare de quãtitate ſibi debita, ꝑut ritus reqrit, & ita eſt in viridi obſeruãtia ꝙ inſtrumẽtum per procuratorẽ factũ, nõ poſſit per dominum præſentari. Matin. Frecc.

ADDITIO.

a Quòd tale ſtatutum dicitur uariare modum defendendi ut dicit Ang. in l.ſi ſic. ff. de leg. 1. uide Sand. in ca. qualiter 7. col. de accuſ. Abb. Paul. Fuſc.

QVAESTIONE TERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Procurator an poſſit præſentare inſtrumentum ſecundum formam ritus.*
2 *Et quid ſi habeat ſpeciale mandatum.*
3 *Lex ubi non loquitur, nec nos loqui debemus.*
4 *Iudicium criminale non intentatur per procuratorem.*
5 *Pœna debet tenere ſuos authores.*
6 *Mandatum non comprehendit cauſam per quam mandans incidat in pœnã.*
7 *Periurus dicitur infamis.*
8 *Procurator non intereſt ubi infamiam incurrit.*

1 TErtio quæro, an inſtrumentum † confectum cum procuratore poſſit præſentari per ipſum procuratorem, & in hoc concludo quòd nõ, quia iuramentum, & ipſe contractus, non fuit interpoſitum, & factus ad utilitatem ipſius procuratoris. hoc colligitur ex dictis Bart. in d. §. & ſi poſſ. & idem tradit ſingulariter Bar. & ſequitur Paul. de Caſtr. in l. procurator ſecunda col. ff. de procur. quòd ſtatutum diſponens inſtrumentum debere mandari exequutioni de eo intelligitur, quod eſt confectum ad utilitatem propiam, non autem quod eſt confectum ad utilitatem alienam, ut dicit idem Paul. de Caſtr. in l. non ſolum, §. quia alieno ſecun
2 da colum. ff. eod. licet ſi haberet † ad hoc ſpeciale mandatum iam poſſet, ut eſt tex. & ibi doct. in l. ſi procurator, §. primo, ff. eo. & per Alexand. in d. §. & ſi poſſ.

Quicquid tamen ſit, etiam ſi haberet ſpeciale mãdatum iudicio meo ſecundum terminos quæſtionis noſtræ minime poſſet præſentare, & ra-
3 tionem conſidero muluſariam, & primo quia † ritus non loquitur de procuratore, ergo nos nec loqui debemus l. & ſi ſeruum, §. non dixit
4 prætor, ff. de acquir. hæred. ſecundo † iudicium eſt criminale, quod nõ põt intentari per procuratorem, ut dicunt doct. in l. pen. §. ad crimen, ff. de pub. iud. & in ca. ueniẽs extra de accuſ. tertio quia procurator debet iurare, & ſe obligare ad pœnam ut in ritu, ſi forte declarari contigerit inſtrumentũ nõ potuiſſe præſentari, uel male fuiſſe præſentatũ, ipſe incideret in pœnã, & pro alieno cõmodo farcinã portaret, quod nõ eſt ferẽdũ
5 cũ delicta † ſuos debeant tenere authores l. ſancimus, C. de pęn. capitulo

quæ-

quæſiuit extra de his, quæ fiũt a maiori part.c.vel ſi forte obligaſſet, uel
obligari vellet ad pœnam de qua in ritu, & minime poſſet, quin nun-
6 quam † intelligitur venire in mandatum id per quod ſi non probatur
dominus incideret in pœnam, vt dicit Bar.in l. ſi procurator ſecũda col.
ff.de cond.in d.fil.Fran.in c.qui ad agendum de procur.in ſexto & Ale.
affert cotas adhoc in l. 3. §. ſi procurator, ff. quod quiſque iur. 4. quia
7 debitor † ueluti periurus efficeretur infamis, ut eſt tex.in l.ſiquis maior
C.de tranſac.& non admittitur procurator, quantuncunq; generalis in
8 † cauſam, quæ infamiam inducat, ut dixit Bald.in l. plane, ff.de excuſa.
tut.& Alex.in dicto §. ꝓcurator, & pluries uidi iudicatũ in ſacro cõſilio
ꝙ non poſſit præſentari per procuratorem, cum pacto, nec accuſari pœ-
na obligationis, & mihi nunquam placuit quædam obſeruantia, quòd
interuentu vtriuſque, & domini, & procuratoris, fiat præſentatio, & eſt
contra ius, & non admitterem. Mar.Frecc.ll.doct.

QVAESTIONE QVARTA.

SVMMARIVM.

1 *Procurator an poſſit præſentare inſtrumentum, in quo debitor promiſit ſolue-
re ſibi, vel domino.*

1 QVARTO quæro, quid ſi debitor promiſit † ſoluere domino uel ipſi procuratori, infra tantum tempus, quod eſt elapſum, & eſt conuentum, & ſic eſt collata ſolutio in perſonam ipſius procuratoris qui habebat poteſtatem quietandi, an tunc poſſit per eum inſtrumentum præſentari, ex quo eſt ſibi conuentum: credo quòd ſic, nam tunc agit ex ſtipulatione concepta in perſonam ſuam, ut in l.cum per eos. C. ſi quis alt. cum non ſit dominus ſolus in contractu, ut dicit Bal.in c.1.§.ſed utrum. per quos fiat iniu.pro nunc aduerte.Mar.Freccia.

QVAESTIONE QVINTA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum factum per procuratorem an poſſit præſentari contra ipſum
procuratorem.*
2 *Dominus, & non procurator condemnatur in cauſa criminali.*
3 *Procurator non incidit in periurium.*

1 QVINTO quæro an inſtrumentũ † confectum per procuratorẽ, qui promiſit procuratorio nomine ſoluere, poſſit præſentari contra ipſum procuratorem. Affl. ſub nomine Sacri Conſilij edidit deciſionẽ nu. mihi. 64. & dicit ꝙ non, nam pro debito domini, non fit exequutio contra ipſum procuratorem, licet procurator debeat cõdemnari, ut dicit Angel.
a in l. Plautius. ff. de procur. & alia ſimilia adducit ad hoc. a Sed in cauſa
2 criminali † dominus, & non procurator condemnari debet, vt dicit gl. in l. nihil. ff. de procur. Alex. in l. pen. §. ad crimen. de publ. iud. & l. ſeruum. §. publice per doct. ff. de procur. & propter pœnam appoſitam in contractu dominus, & nõ procurator incidit in eam ut in l. bene à Zeno
3 ne. C. de quadr. præſcr. Lud. & Ale. in d. §. ſi procurator, † neque ipſe incidit in periurium, ex quo ipſe iurat nomine alieno, ut dicunt doct. in d. §. qui in alieno, & ipſe non dicatur iurare, ex quo facit actum, ut organum, & cimbalum domini, ut per Bar. in d. §. & not. doct. in c. 2. de iur. cal. & in c. præſentium. de teſti. in 6. Vnde ſequitur ꝙ cum authoritas ritus ſit fundata, vel ſuper pœna, & procurator non tenetur, uel ſuper Sacramento, & periurio, & procurator nõ iurauit, ergo non habet in procuratore locum ritus, & poteſt ad hoc adduci alia ratio, ualidum procuratorio nomine ſoluere, ut intelligitur promiſiſſe. ſcilicet ſi ſibi dominus pecuniam creditori ſoluendam deſtinauerit, de quo non loquitur inſtrumentum. & ſi forte ad ipſum dominus deſtinauerit, an tunc poſſit conueniri, pro nunc cogita. Mar. Freccia.

ADDITIO.

a Etiam per ipſum Ang. in l. 4. §. ſi tutor. ff de re iudic. omnino Iaſ. in l. ſi ſe non obtulit. ff. eo. tit Paul. Fuſc. Pand. 2. part. 24. decla. cum ſeq. fol. 28. Paul. Fuſcus.

QVAESTIONE SEXTA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum factum cũ procuratore qui obligauit dominum ad pœnam an præſentetur contra dominum.*

2 *Procurator poteſt obligare dominum ad pœnam.*

1 SEXTO quæ an † inſtrumentũ cõfectum cum procuratore, qui obligauit dominũ ad pœnam, poſſit præſentari cõtra dominum. credo ꝙ ſic, ſi fuit certioratus de contractu facto per procuratorem, & ratio eſt duplex, nã ex iuramento præſtito per procuratorem, qui habebat ſpeciale mandatum, dominus incidit in periurium,

periurium,ut no.in d.§.qui in alieno.& in c. fin. de iur.iur. in 6. etſi ratione periurij,quando cōtractus eſt liquidus poteſt inſtrumentū præſentari contra dominū.ut dicitur.Secūdo ratione pœnæ appoſitæ in inſtru
2 mento,cū † procurator poſſit obligare dominū ad pœnam, ut dicit Bar. in l.ſi procurator.ff.de fideiuſſ.Bal.in rub.C.de cōſt.pecun. col. 2.Abb. in c.2.de præcar.Ale.in l.ſolutum.§.fi.ff.de pignor.actio.& in l.ſi fraudator.ff.de his quæ in fraud.cred.& in l. 3.§. ſi procurator.ff.quod qſque iur.& contrauueniendo dominus,& nō procurator incidit in pœnā, ut eſt tex.in l.ſi procurator meus . ff. de procur. & ſic etiam ratione pœnæ poſſet præſentari contra dominum, ex obligatione procuratoris,ex diſpoſitione ritus. 3. poteſt dici ꝙ cum ritus loquatur de inſtrumento publico,& de debitore,utrunq; concurrit in perſona domini, ſcilicet ꝙ ſit debitor,& ꝙ appareat publicū inſtrumētū , merito poſſet dici eſſe pſentandū arg.eorum,quæ adducit Ale.in l.poſtulante.ff.ad treb.ſed cogita utrum hoc medio tēpore procurator fuerit reuocatus.Mar.Freccia.

QVESTIONE SEPTIMA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum an poſſit præſentari contra pupillum,vel minorem ex contractu facto per tutorem,vel curatorem.*

1 SEPTIMO quæro an inſtrumentum † poſſit præſentari contra pupillum ex contractu tutoris, uel contra adultum ex contractu curatoris.uide Bald.in addit.Spec. in titu, de app.in uerſ.notoria,& teneo quòd non , cum utroque caſu non incurrat pœnam , aut periurium.Mar.Freccia.

QVAESTIONE OCTAVA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum an præſentetur contra Syndicum,vel vniuerſitatem.*
2 *Syndicus non præſentat inſtrumentum.*

1 OCTAVO quæro an † inſtrumentum poſſit præſentari contra Syndicū , uel cōtra uniuerſitatē Card. in clem. 1. 3.car.ver.3.quæro.de iur.iur.tenet ꝙ non, ex quo licet ſit eadem perſona,& idem populus ſucceſſores in ea,vniuerſitas uero non obligatur quia non habet animam.l.proponebatur de iud.non incurrit in periurium.ſequitur Feder.de ſen. conſi. 264.inci.ſi canonici Barb.in c.veritatis de iur.iur. & in apoſtil. ad Bald. in l.1.C.de reb.cred.Sand.in cap.cum ſit generale.6.col.de for.compet.
2 neq; † poterit præſentari per Syndicum prout obſeruari uidemus:pro-

curator.

curator,tutor,uel prælatus,Syndicus quo modo iurent. uide Specul.in tit.de actio.ab vniu.Bart.& doct.in d. §.qui in alieno.& in cap.præſentium de teſti.in 6.& in c.fi.de iur.cal.Mar.Freccia.

ADDI. Quòd vniuerſitas eſt ſimilis pupillo. ff. ad muni.l.nihil. C. ex quib. cauſ.l.reſp. Barto. in l.1.§.fin. & l.nulli. ff.quod cuiuſ.uni. nom.& ideo ſi poſſit præſentari contra Syndicum conſidera.ꝙ ritus dicit debitores quarumcunq; perſonarum,appellatione perſonæ non uenit uniuerſitas. Bal. in rub.C.ad treb.ergo uenit Syndicus per dictionē quarumcunq; à contrario ſenſu de quo per Ale.in l.meum. ꝙ met.cau ſa:per mod.in conſtitu.ea quæ ad decus, ſi uero Syndicus contraueniet an agatur ad pœnam contra uniuerſitatem.Iaſ.& Parp. in l. ſi quis maior.C.de tranſ.Paul.Fuſ.V.I.D.

QVAESTIONE NONA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum an poſſit præſentari contra collegium.*

1 NONO Quæro an inſtrumentū † poſſit præſentari contra collegium,dico ꝙ non ex quo non deliquit not.Bart.in l.3.ff.de coll.illic.Cardi.in clem.1.§.1.3.q.de regul.ꝙ ſi collegiū non ſeruat contractum iuratum ſinguli de uniuerſitate non ſunt periuri.de quo per Alex.plenius in l. omnes populi.ff. de iuſtit.& iure. per Io.And.in c.1.de his q̄ fiunt à maio.par.c.& in c.pro illorū de præb. & ibi per dom.Abb.& declarat Alex.ubi ſuprà 6.col. quando collegialiter uel ſinguli iurāt ubi uide plenius,& ad eū me remitto.Mar.Freccia.

QVAESTIONE DECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum an poſſit præſentari contra debitorem viuentem per hæredem creditoris.*

1 DECIMO quæro an inſtrumētum † poſſit præſentari per hæredem creditoris cōtra debitorē uiuentē,ritus hic dicit ꝙ ſic.licet affl. in cōſt.eos qui ſciēter uideatur tenere ꝙ de iure non poſſet,& aliqua adducit, & cum quęſtio ſit expediti iuris ideo non inſiſto.Mar.Frecc.Patr.Neap.

ADDI. Ber.Pád.2.par.3.deci. ubi loquit̃ de hac.10. q̄ſtione,& an ꝓcedat in hærede hæredis.4.decl.& in hærede ſubſtituto. 5.decl.vbi de alijs,an aūt eccleſia poſſit p̄ſentare,ipſe in decima declar. loquēs de ep̄o teneт ꝙ ſic,& de clerico in 14.declar.nō aūt cōtra. & facit ꝙa prælatus eſt

anima,

anima, & ſpiritus eccleſiæ, ſicut dicimus de tutore. Barb. ad Bal. in c. 1. de contr. int. do. & fi. Io. de Prat. in l. qui procuratorem. ff. de procur. An autem ceſſionarius poſſit præſentare inſtrumentum Berar. Pan. vbi ſuprà declar. 23. relatis opinionibus afflic. & Marant. diſtinguit aut vult agere de periurio, & non poteſt, aut ad pœnam, & poteſt, ſed Bal. dicit quòd non in l. per diuerſas, C. mand. & in l. poſtulãte vbi Paul. ad Treb. & in l. ſi ſic vlti. col. de leg. primo Bar. vero quòd poſſit in l. prima 3. col. ff. de actio. & obli. Bal. in l. ex legato in fi. C. de leg. an autem cedens poſſit præſentare, vide quid obſeruetur, quia ritus dicit quòd ſit iuratum de facie ad faciem & cum ceſſio poſſit fieri ex cauſa donationis ritus nõ habet locum, ita Bald. in l. cuiuſcunque, C. ne lic. & ſic aliquando fuit iudicatum, & ſufficit quòd cauſa fuerit oneroſa, aut etiam neceſſaria. Abb. Paul. Fuſ. V.I.D.

PARS DVODECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Ritus hic de qua exceptione loquatur.*
2 *Minor an poſſit præſentare inſtrumentum.*
3 *Excommunicatus an poſſit præſentare inſtrumentum.*
4 *Exceptio non opponitur agenti ex cauſa ſpolij.*
5 *Exceptio contra perſonam ſemper poteſt opponi. & num. 7.*
6 *Iuramentum habet exequutionem paratam.*
8 *Pupillus & furioſus non poſſunt præſentare inſtrumentum.*
9 *Verba ſtatuti reſtringuntur ad perſonam.*
10 *Exceptio quæ impediat interrogationem.*
11 *Vitiato inſtrumento an vitietur eius confeſſio.*
12 *Inſtrumentum an poſſit præſentari contra filiumfam.*
13 *Filiusfa. an poſſit renunciare Macedoniano & num. 14. & quid ſi eſt effectus ſui iuris, num. 15.*
16 *Inſtrumentum an præſentetur contra perſonam cui debetur reuerentia.*
17 *Cognitio cauſæ requiritur in citatione.*
18 *Bannum & citatio contra qui non poterant citari, an valeant.*
19 *Antonius de Alexandro ſupremus doctor.*
20 *Intellectus ad verba ritus.*

SVBSEQVITVR duodecima pars ritus quæ ponit aliud requiſitum, ſed quòd præſentetur per legitimam perſonam dixi pridie cuidam Patritio Rauellenſi, quòd hic ritus † non loquitur de ea exceptione, quæ obijcitur præſentanti inſtrumentum, neque etiam de perſona iudicis coram quo præſentatur, ſed tantum-

tantummodo de ea exceptione, quæ reſpicit eneruationem inſtrumẽti, uel nullitatem ipſius, ut quia falſum, vel ſimulatum. & quoniam interrogatio ſuper tenore inſtrumenti, reſpicit exequutionem ipſius, ideo dicebam, quòd ſi præſentatur inſtrumentum ſecũdum formam ritus, ad impediendam interrogationem ſuper inſtrumento poteſt reus comparere perſonaliter, & obijcere contra perſonam actoris præſentantis inſtrumentum, & interim nõ poterit procedi ad interrogationem ipſius,
2 primo † quòd præſentans ſit minor, qui non poteſt eſſe in iudicio, ut in l. minor, ff. de procur. & toto tit. C. qui leg. par. & minor non gaudet beneficio ſtatuti ex quo non habet legitimam perſonam comparendi in iudicio, & petendi exequutionem inſtrumẽti, vt dicit Bal. ad Specul. tit. de procur. uerſi. aliud eſt & ſequitur Imol. in l. fin. quinta columna,
a ff. a quib. appel. non lic. [a] ſecundo non poteſt procedi ad interrogatio-
3 nem inſtrumenti ſi opponatur quòd præſentans † ſit excommunicatus, qui non poteſt comparere in iudicio, capitulo intelleximus extra de iudic. capitulo pia de ſentent. excommun. in ſexto: & excommunicatus nõ ſortitur beneficium ex ſtatuto circa exequutionem inſtrumentorum, vt dicit Bartol. in l. prima, §. denique, ff. quod ui aut clam, & ſequitur Saly. in l. ita pudor. C. de adult. & adhoc concordat aurea gloſſ. in capitulo ex inſinuatione, quam ſing. dicit Ioan. And. in capitulo fin. de ordin. cogn.
4 quòd † licet agenti ſpolio non poſſit poni contra aliqua exceptio ad impediendã reſtitutionem, poteſt tamen opponi exceptio quòd eſt excom
b municatus [b] qui non poteſt petere reſtitutionem. tertio addo adhoc gloſ. ualde ſolennem in l. non erit, §. dato, ff. de iur. iur. quòd licet nulla poſſit opponi exceptio in actu, tamen quærendum adhuc eſt, an perſona ſit legitima, per quam gl. infert Ro. per illum tex. in l. tutor eo. ti. ꝙ li
5 cet per ſtatutum contra inſtrumentum omnis remoueatur exceptio † tamen ſemper poteſt opponi exceptio contra perſonam allegat Io. And. in add. ad Spe. tit. de ſen. §. vt autem pro quo eſt tex. in d. l. tutor. ubi li-
6 cet † Iuramentum paratam habeat exequutionem vt no. in l. 2. eod. titu. tamen ſemper opponi poteſt de inhabilitate perſonæ, quæ detulit iuramentum, & ad idem accedit quod uoluit Mari. Socci. in clem. 1. per gl.
7 ibi de ſeq. poſſ. & fruct. quòd non obſtante quocunque ſtatuto † nunquam intelligitur reiecta exceptio contra perſonam, & ideo poterit opponi quem eſſe excommunicatum, minorem, & alia reſpicientia etiam perſonam iudicis allegat tex. in l. ſi filio, §. 1. ff. de inoffi. teſtam. & ſequutus fuit idem Socci. conſil. tertio in fin. & conſi. 41. quinta colum. primo
c vol. cum alijs. [c] quarto poteſt opponi ad impediendam interrogationẽ
8 † ꝙ pſẽtans ſit pupillus, furioſus, uel demens, per id quod dixit Bal. in l. pen. col. pen. & in rub. C. qui accuſ. non poſſ. quòd ſi ſtatutum dicit ꝙ quilibet agere uolens de homicidio admittatur ad agendum, intelligitur niſi ſit pupillus demens, vel furioſus, quod dictum refert, & ſe-

quitur

quitur Angel.de perſ.in l.2.§.prætor ait ff.qui ſatiſd. Bal. in l.ita Pudor. C.de adul.& in l.1.C.de fid.inſtr.idem Rom.in l. tutor. §.prodigus,ff. de iure iuran. ꝙ exceptio quæ inſurgit ex inhabilitate perſonæ quæ ſe obligauit ſemper poteſt opponi,quod ſequitur dominus Iaſ.in l. 1.§.ſi quis ita col.fi.de verb.oblig.& in l.tutor de iur.iur.& dicto §. prætor ait
9 ex quo † generalia uerba ſtatuti reſtringũtur ad perſonas habiles, & nõ aliter, vt eſt tex.in l.ſed ut gradatim,§.ſed ſi lege,ff.de mu.& honor.am ple.Bar.& doct.in l. 1. §. nũciatio.de nou.oper.nũc.Alc.in l.de pupillo. §.qui opus eod.titul.mod. de for. comp. in rubr.& ideo facio regulam
10 † ꝙ omnis legitima exceptio,quæ repellit actorem, uel iudicẽ vti ſuſpe ctum inimicum,excommunicatum,uel aliter,impedit interrogationem ſuper inſtrumento,intelligitur ſi perſona actoris,vel iudicis eſt legitima uel ſiquid contra actorem,uel iudicem non opponitur. hoc eſt de men te Bar.in l.1.§.& parui,ff.quod ui aut clam,Bal.in l.diuus,ff. de mil.Saly.in d.l.ita pudor.Imol.in l.fi.ff.a quib.app.Rom.conſi.42. Alex.conſ. 59.viſo proceſſu ſecunda col.ſecundo uol.Bal.in l.ſi abſentis,C.ſi cert. pet.& ratio eſt ut dicit Rom.in dicto cõſi.42. quia exequutio ſtatuti de inſtrumento tractantis regulatur acceſſorie ad perſonam quæ petit, & coram qua patitur,& ideo iudex poterit ut ſuſpectus recuſari,quia hęc exceptio non poteſt tolli per ſtatutum,ut dicit gl.in c.ad hæc de reſcrip. & ſatis graue eſt coram ſuſpecto iudice litigare cap.ſecundo requiris de
d app.ſequitur deciuſ.in c.quoniam contra col.15.de probat.[d] & in c.ex parte col.12.de offic.deleg. & ſic de perſona actoris quæ non eſt habilis tamquam principalis,non erit habile ſtatutum tamquam acceſſoriũ prout eſt caſus legis ualde notab.ſecundũ Rom. ubi ſupra in l.ſcire op. §.fi.ff.de excuſ.tut.& aliquid de iſto acceſſorio per eundem Rom.conſ.
11 76.in cauſa nobilis tertia col.& conſi.293.hæc confeſſio & ibi † utrum uitiato inſtrumento tamquam principali,ex defectu ſolennitatis,uel aliter, uitietur confeſſio ,ita ꝙ ſtatutum non uendicet ſibi locum Barbat. conſi.52.quarto vol.Inn.in c.cum venerabilis de exceptio. & in c. cum olim de cẽſi.Bar.in l.poſt legatũ,ff.de his qb.ut indi.& in l.fi. §.idẽ quęſijt de cõd.in deb.Bal.in l.1.2.col.C.de cõf.& in l.1. C. de ſuffr.& in l. 1.C.de do.ante nup.& in l.ex teſtamento C.de fideic.& in rub.qui feu. dar.poſſ.& in c.1.de his q̃ fiũt a maior.par.c.& in l.ſi ex cautione C nõ num.pec.& l.alia,C.de his qb.ut ind.& in c.1.§. ſi qs de feu. da.in uim l.com.& ex hoc dicto ꝙ pſona debet eſſe habilis reſultat uera cõcluſio
12 ꝙ inſtrumentum non põt pñtari contra filiũfamil. obligatũ ex cauſa mutui; tum quia non poteſt eſſe in iudicio,ut in l.fi.§.neceſſitate, C.de
e bonis quæ lib.[e] & infra dicam,an præſentatio huius inſtrumenti dicatur habere inſtantiam abſque conſenſu patris; tum etiam quia eſt tutus beneficio Macedoniani,ut dicit Bar.in l.fi.filius,ff. quód cum eo.ex quo per legem remouetur potẽtia à perſona contrahentis, & iſta excep

ptio

ptio ſemper poterit opponi, ut dicit Bald.in l.fi.prope fi.C.ad Maced.
13 qui allegat tex.in l. tametſi ff.eo.tit. Idem dicitur & in muliere † & poteſt ſane intelligi ſi renunciatum ſit exceptioni ſenatuſconſulti Macedoniani vel Velleiani, nec tum poſſet præſentari, iſta eſt longa q. quam ſubnectunt Ant.de Can.in ſuo tract.de exeq.inſtr.q.18.& 20.& Bened. de Garz. in tract.de inſtr. quaranti.3.q. qui ponit limitationes ad dictũ
14 §.neceſſitate, & † an iſtis beneficijs renunciari poſſit doct.in cap.cũ contingat de iur.iur.& in c.ſi diligenti de foro compet.per Bar.& alios in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ.& in l. nemo poteſt, ff. deleg.primo & vide quæ ponit Bart.in l.ſed & ſi §. ſi filius, ff. quòd cum eo.quando petitur
15 † exequutio inſtrumenti contra filiumfam. ſui iuris effectum an ſit tutus beneficio quod cum eo.& quid ſi filiusfam.iurauit ſe maiorem, vel patremfam. Bald. in d.§. neceſſitate, & latius ſupra 9. part.8.q.& ſic etiã
16 eſt bene notandum † quòd omnes perſonæ quibus debetur reuerentia, vt not.in titulo. ff. & cap. de in ius voc.non poſſunt in iudicio trahi ſuper præſentatione inſtrumenti, venia non petita, & ſi expedita ſit citatio in ultimo peremptorio ſemper poterit opponi quòd non poteſt procedi ad interrogationem inſtrumenti, ex quo perſona actoris non eſt legitima in præſentando inſtrumentum non petendo veniam, nec poteſt
17 procedi ad illam interrogationem ex quo in † citatione requiritur cauſæ cognitio, vt in l.ſed ſi hac §. prætor, ff.de in ius uoc.& cum non interuenerit citatio eſt ipſo iure nulla, ut eſt text.in l.cum hi, §. prætor, ff. de tranſ. & in tantum uera eſt hæc concluſio, quòd etiam ſi præſentans inſtrumentum contra perſonam cui reuerentia debetur vellet ſoluere pœnam adhuc in virtute illius citationis procedi nõ poſſet, vt tenet Cy. in l.ſi quis per alium.§. in eum.ff.ne quis eum.& in l.fi.C.de in ius voc. ex quo citatio erat ipſo iure nulla.per l.1.§.fi.ff.eo.titu.etſi non compa
18 ret citatus † adhuc non poſſet procedi ad bannitionem ipſius, ita quòd inſtrumẽtum habeatur pro liquidato, & quòd interrogatio fuerit facta, ſi tamen conſtet illi citato deberi reuerentiam, & talis inter loquutoria quæ fertur per iudicem in contumaciam ipſius eſt ipſo iure nulla, ut tenet Bar.in l.quamuis.ff.de in ius voc.& ſequitur Alex.in l. fin. eo. titu. & in d.l.quamuis, & in conſi.307.incipit viſo puncto.ſi autem comparendo nihil opponeret, poſſet tamen procedi non vi citationis, ſed ratione ſuæ comparitionis, ut dicit idem Alex.in d.l.fi. qui allegat not.in
19 l.1.ff.de fer.dicit tamen Dominus Antonius † de Alexandro ſupremus doctor in d.l.fi. quòd ſi pars facit mentionem in ſua citatione, quòd eſt perſona cui reuerentia debetur, uel in libello, & iudex decernit illam citari, tunc venia intelligitur petita, & licentia cõceſſa, quod dicit eſſe valde not.Fran.de Cur.in d.l. fin. & eſt tex.de hoc in l.libertus.eod.titul.& ibi per Paul.de Caſtr.Alexand.& alios, & ut perfectius intelligas ritum
20 † ibi dum dicit ne prædictis aduerſari uideatur, uel aliter uoluerint allegare.

legare. ſi habes aduerſus inſtrumēta plana eſt litera, prout extat in ritib. nouiter editis, ſimpliciter autē ſi loquatur, intelligas de ea exceptione, vel allegatione, quæ ſimiliter contra inſtrumentum opponitur, intelligitur ex dictis per Iaſ. in l. 2. §. prętor ait. ff. qui ſatiſd. cog. & in hoc de aliquibus eſt quærendum. Mar. Freccia.

Addi. Num. 12. an inſtrumentum poſſit pręſentari contra mulierem. de iure communi videtur quòd non cum non poſſit capi perſonaliter. l. 1. C. de offic. omn. iud. niſi renunciaſſet in inſtrumento omni legũ auxilio ut per Bart. in l. ſi quis ſub quod ne. ff. de teſta. tut. ſed ex diſpoſitione ritus eſt contra, quia p̄ſentatur cum ritus de utroq; loquatur, & ita obſeruatur. & dñ in nu. 18. loquitur author de citatione nulla dicas qđ exceptio proueniens ex defectu citationis non dicitur excluſa à ſtatuto Bal. in l. 1. prima col. C. quomodo & quādo iud. ſimiliter ſi libellus eſſet ineptus, impeditur interrogatio. idem Bal. in l. tale pactum. §. prouocauit de pact. & ad prædicta vide Berar. Pand. 2. par. ſui tract. 18. declar. vbi loquitur de muliere. & 4. parte. 11. declar. nume. 81. de in competentia iudicis. 5. par. 23. declar. de excommunicato. 2. part. 21. declar Paul. Fuſc. V. I. D.

ADDITIONES.

a Tex. cum gl. in c. licet euitanda de elect. ubi poteſt opponi contra eligentes non fuiſſe Cardinales But. ibi & in c. item cum quis de reſti. ſpol. Paul. Fuſc.

b Quòd etiam poteſt opponi quòd eſt bannitus uel forindicatus & ꝙ iudex eſt incompetens Bartol. in lege 2. §. 1. qui ſatiſd. per textum in lege deportatorum C. de pœ. Paul. Fuſc.

c Quòd per adhoc dicebat Rom. ſing. 424. fol. mi 112. quod clauſula in reſcripto poſita omnem defectum ſupplens non ſupplet illum defectum qui contigit ex inhabilitate perſonæ. Paul. Fuſc.

d Adhoc de iudice ſuſpecto, quod ſit malum coram eo litigare, quod inquit Caſſiador. uar. lecti. lib. 11. epi. 1. quod periculoſum eſt pati iudicem rationabiliter iratum, & illum de fortunis tuis diſcernere quem te conſtat grauiter irritaſſe. Abb. Paul. Fuſc.

e Quid ſi pater, & filius ſunt ſimul obligati in inſtrumento Iac. in lege 1. C. qui admit. & in leg. quamuis in ſi. C. de edict. di. Adr. Tol. Bal. in l. 3 §. ſed utrũ, ff. de min. Paul. Fuſc.

QVAESTIONE PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum an poſſit præſentari per generum contra ſocerum & numero 4.*

2 *Socer habetur loco patris.*

3 *Filius non accuſat patrem.*

5 *Frater an poſſit præſentare inſtrumentum contra fratrem.*

6 *Qui non poteſt criminaliter accuſare non poteſt præſentare inſtrumentum.*

1 PRimo quæro an perſona generi † venia petita ſit legitima perſona in præſentãdo inſtrumẽtũ cõtra ſuũ ſocerũ, credo ꝙ non, ex quo cauſa eſt criminalis ratione pœnæ, & periurij, per ꝙ ſocer pateretur amiſſionẽ manus, & efficeretur in
2 famis, † ut in l. ſi quis maior. C. de trãſ. & ſocer habetur lo
3 co patris, ut in l. & ꝗa ſocer. ff. ſol. matr. cũ iuribus vulgaribus, vt † filius nõ accuſet patrẽ. vt not. in l. ſi magnũ. C. qui accuſ. poſſ. ergo nec ſocerũ
4 & infra. contra tamẽ † vidi ſemper fuiſſe p̃ſentatũ inſtr̃m contra ſocerũ, & fuiſſe proceſſum ad interrogationẽ, & per prędicta male iudicio meo
5 & ſimiliter non poteſt præſentari contra fratrem, vt in d. l. ſi magnum.
6 & l. ſororẽ. C. qui accuſ. non poſſ. & ſimiliter crederem neque illi † poterunt præſentare inſtrumentum qui prohibẽtur inſtituere accuſationem criminalem, & contra quos prohibentur. ut in l. prohibet. ff. de accuſ. & per Specul. in dict. tit. Mar. Frec.

QVAESTIONE SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum dotale ſoluto matrimonio an poſſit præſentari & nu. 2.*
3 *Promiſſio tacita reſultans ex inſtrumento dotali dicitur tenor inſtrumenti.*
4 *Quod legitur in inſtrumento dicitur contineri in ipſo.*
5 *Statutum loquens de contractu puro non procedit in conditionali.*
6 *Concluſio authoris in hac q.*
7 *Practica quòd tale inſtrumentum præſentetur.*
8 *Quod de ſui eſſentia non ſuſpenditur dicitur purum.*
9 *Creditor proprie dicitur poſt condemnationem, licet antea improprie.*
10 *Cauſa dotis dicitur ſummaria.*

SEcundo quæro an ſoluto matrimonio per quod eſt effectus
1 caſus reſtitutionis dotium † poſſit inſtrumentũ dotale prę-
ſentari pro reſtitutione dotiũ, & antefatus Bald. ponit hãc
a q. in l. ad probationem. C. de probat. [a] & concludit in fortioribus terminis, quòd inſtrumentũ dotis in quo eſt taci-
3 ta ſtipulatio dotis reſtituendæ † licet non ſit expreſſa, gaudet beneficio ſtatuti tractantis de exequutione inſtrumentorũ, quia licet nõ ſit expreſſa

promiſ-

3 promiſſio reſtitutionis,† tamē tacita quæ reſultat dī tenor ipſius inſtrumēti & idē dixit in l.iuriſgētiū.§.ꝙ fere.ff.de pact.& in l.1.§.videamus. C.de rei ux.actio.& in l.vbi adhuc.vbi plene diſcurrit.C.de iur.dot.& in l.fi.C.cō.vtr.iud.& in l.1.C.de fideic.& in d.l.1.§.ſed ut plenius. C. de rei vxo.act.Alex.aliquid in l.ſi cum dotem.§.eo autē tēpore.ff.ſol.mat. Barb.in rep.l.cum acutiſſimi.C. de fideic.aliquid per Bal.nouel.in tract. dot.6.part.5.colu.& eſt uera concluſio de qua in prædictis locis, & per Bar.in l.ad probationē.C.de proba.ſi ergo tacita ſtipulatio reſultās ex inſtrumēto habet exequutionē paratā vigore ſtatuti ergo & fortius expreſſa.Sed huic cōcluſioni obſtare videtur.tex.in l.1.ff. de his quæ teſt. del.
4 vbi † illud dicitur contineri in inſtrumēto,ꝙ legitur in eodē inſtrumē-
b to,ut dixit idē Bal.in l.1.ff.quo.leg.[d] & per quod dicit Imo.in l.fi.ff.de uul.& pup.Sed aliquid nō apparet in inſtrumento, ꝙ maritus ſit mortuus, vel vxor,ita ꝙ facienda ſit reſtitutio,in caſibus in quibus de iure fieri debet,vel vxori,uel patri,ergo non vendicat ſibi locū ſtatutū. per hoc
5 dixit Bart.in l.1.§.hoc interdictū.ff. quod vi aut clam, quòd † ſtatutū faciens mentionem de contractu puro non habet locum in contractu conditionali, cuius tamen conditio euenit,quia de illo euentu nihil loquitur inſtrumētum,vt dicit idem Bar.in l.fi.C.de falſ.cauſa adiect.leg.
6 & per Bal. in l.ſi pro te. C. de dot. promiſ.tamē † cōcludo ꝙ inſtrumētum poterit præſentari contra eum qui promiſit reſtituere dotē,in omnem caſum, & euentum reſtituendæ dotis,verum quia de morte non
7 loquitur inſtrumentum, † practica eſt vt aliàs dixi quòd præſentans inſtrumentum, vel habeat confeſſionem partis, ex quo illud inſtrumentum,quamuis ſit conditionale apparet foro purificatum per teſtes,uel per confeſſionem partis, & ideo dicitur poſſe gaudere beneficio ſtatuti ut dicit Bal.in d.l.cum teſtamento.C.de teſta. manu.deci. cōſ.46.3.co. 1. volu. & facit quod ſingulariter tradit Bal.in l. quacunque.C.ad l.fal.
8 quòd † omne id,quod ſui eſſentia non ſuſpenditur dicitur eſſe purum, hoc credo eſſe verum, vbi dos in quantitate conſiſtit, & non aliter, & quòd inſtrumentum poſſit præſentari ratio poteſt eſſe vulgaris, quia ritus loquitur de inſtrumento publico, ut hic interuenit,item loquitur de debitore, & ſimiliter, qui tenetur dotem reſtituere dicitur debitor, ut no.per Bar.& doct.in l.1.ff.ſi cer.pe.ex quo conditione purificata poteſt ab eo inuito pecunia extorqueri,ut dicit Spec.in tit.de actore.verſi.
9 item quod excipitur † item loquitur de creditore [c] poſt purificatam
c conditionem,licet ante improprie, vt dicit Bal. in l. 1. C. qui man.non poſſ.Alex.in l.ſi ſtipulatus. §.cum ſtipulamur. ff.de verb.obligat.& in lege 1.4.colu. & ibi plenius. doct.ff.ſi cert.pet.& certe fauore dotis mulieri petenti, vt facilius nubat, debet ſibi ex prædictis eſſe prouiſum, quàm alteri, & conuentus faciat defenſiones in carceribus, & ſic facilius expeditur cauſa dotis, dum ille detruditur in carceribus, qui ali-

quibus oppoſitis, dotem, & dotis augmentum ſoluere differt, & tanto
10 magis † cum cauſa dotis ſit ſummaria, vt communiter tradunt Doct. in l. 1. ff. de ſolut. matrimon. ideo concludo poſſe præſentari, quamuis cõmuniter practicatum vidi fore actum de periurio, uel ciuiliter & non hac forma ritus, licet credo inaduertẽter. quòd bene not. & ſcias obſeruare in practica, quia nunquam audiuiſti. Mar. Frec.

ADDITIONES.

a Corn conſ. 320. 1. not. aliquid Marſ. in rubr. de probat. nu. 62. & 63. Iaſ. in §. fuerat Inſt. de actio. Neguſ. de pig. 5. par. 1. memb. Ab. Paul. Fuſc.

b Quòd illud quod apparet ex inſtrumento dicitur eſſe certum, ſicut publicum, quod apparet ex inſtrumento publico. Marſ. in dict. rubr. de probat. nu. 3. & 4. Abb Paul. Fuſc.

c Mod. in dicta lege 1. ff. ſi cert. peta. vbi in materia ritus quis dicatur creditor. Pau. Fuſcus.

QVAESTIONE TERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor an poſſit præſentare inſtrumentum indemnitatis contra ſuum principalem.*

2 *Fideiuſſor iudicij carceratus poteſt facere capi ipſum debitorem.*

3 *Fideiuſsor ſi eſt pauper debet exequi contra principalem.*

1 TERTIO quæro an fideiuſſor † contra quem fuit præſentatum inſtrumentum iuxta formam ritus, & fuit exactus prout apparet per publicum inſtrumentum, vel eo exiſtente in carceribus, poſſit præſentare ſuum inſtrumentum indemnitatis contra ſuum principalem. Bartol. tenet quòd ſic in leg. fideiuſſor. ff. de fideiuſ. & opinionem Bartol. ſequitur Bald. in leg. certum, C. famil. herci. contrarium tenet dominus Benedict. de Garz. in ſuo tract. de inſtrum. quarantig. ſexta quæſt. ſecunda parte princip. ſed nihil ualidum allegat, & ſingulariter loquitur quando non eſt condemnatus fideiuſſor. ſed Bart. ſequitur Bald. etiam in l. lucius iur. patron. antiquis, ff. mand. & in l. ſi per ea, C. mand. Angel. & Imol. in d. l. fideiuſſor pro venditore, idem uoluit Barto. in l. ſecunda §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & Angel. & Alexand. in lege frater a fratre, ff. de condit. indig. & in hac quæſt. nullum facio du-

bium

bium condemnato fideiuſſore ex forma ritus, qui tribuit exequution $\bar{e}$ inſtrumentorum, perinde ac ſi eſſet fideiuſſor iudicij, vt dicit Bal. in dicta l. ſi per ea, prima & ſecunda columna qui contra ſuum principalem habet exequutionē paratam, vt dicit Bal. in addi. Spec. in tit. de ſent. uerſ. quare fideiuſſor. Bart. & doct. in l. prima, ff. de iud. ſol. & ideo dicit Bal.
2 in leg. cum eorum prima columna, C. de ſentent. quòd † fideiuſſor iudicij, qui fuit arreſtatus pro creditore poterit incidenter facere capi ſuū principalem debitorem, etiam ſi non eſſet ſuus iudex competens, prout dicit Alexand. in dicta l. prima iud. ſolu. idem dixit Bal. in l. fin. C. de v.
3 ſur. rei iud. & ibi Bartol. in fideiuſſore, † qui eſt arreſtatus in carceribus propter paupertatem, vt fiat exequutio contra principalem debitorem, etiam ſi nullum haberet inſtrumentum quarantigiatum, vel ius exequi contra debitorem ſecundum Alexand. in apoſt. quia eſſet crudele quòd ex perfidia principalis non ſoluentis fideiuſſor moriatur in carcere, vt dicit Bald. in d. l. fi. in fi. Paul. de Caſt. in d. l. 1. cum concord. ibidem per omnes allegatis. Mari. Frec.

A D D I. Quid ſi principalis ceſſit bonis, an eius fideiuſſor teneatur adeo quòd contra ipſum procedatur ad præſentationem inſtrumenti Bald. in l. prima, C. qui bon. ad poſſ. Pau. de Caſtr. in l. alia, §. eleganter, ff. ſoluto matrimonio Ang. in l. nemo carcerē, C. de exact. tribut. Bar. in l. ſi filius, ff. quòd cum eo. dominus meus dicebat quòd non, ex quo ipſe haberet recurſum contra ſuum principalem, vide in meo repertorio in littera e, num. . . Abb. Paul. Fuſ. ll. doctor.

QVAESTIONE QVARTA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum an poſſit præſentari contra fideiuſſorem clerici.*
2 *Fideiuſſor non poteſt ſe obligare in duriorem cauſam.*

1 QVarto quæro an inſtrumentum † poſſit præſentari contra fideiuſſorem clerici. Specu. tenet quòd ſic, in ti. de comp. iud. §. regulariter verſic. ſed pone, ut refert Bal. in l. 1. in fi.
2 C. de priuil. doct. quia non dicitur † fideiuſſor obligari in duriorem cauſam, ſed tãtum ſua obligatio dicitur fieri efficacior, vt in l. græcæ, §. illud. ff. de fideiuſſ. Marin. Frec.

A D D I. Ang. in l. fi. C. de vſur. rei iud. quòd fideiuſſor clerici, q̃ fuit cōdēnatus & exactus per iudicē laicū poterit impetrare exequutionem cōtra clericum, vel indemnitatē per eundē iudicē licet laicum: & quòd fideiuſſor non poſſit ſe obligare in duriorem cauſam, retuli exempla in contrarium in meo repertorio in litera f, num. . . Paul. Fuſc. V. I. D.

QVAESTIONE QVINTA.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor petens ceſſionem contra principalem interim debeat ſtare in carceribus.*
2 *Qui non poteſt cedere non poteſt agere.*
3 *Maior qualitas dicitur quæ importatur per cauſam finalem.*

1 QVinto quero, an † fideiuſſore petente ceſſionem cõtra principalem per ipſum creditorẽ, qui ex ſuo facto non poteſt cedere, facta interrogatione debeat remanere in carceribus? Credo ꝗ non, ſed data fideiuſſione de ſe pręſentãdo, debet relaxari, vt per Bald. de iſta quæſt. in auc. præſente, C. de fideiuſſ. per Rom. conſ. 472. Alex. conſi. 119. primo volum. & eſt ratio, quia per iſtam exceptionem præfigitur meta ipſi actioni, & perſonæ actioni, quia ceſſio ex ea procedit, & ex effectu ſolutionis, vt in leg.
2 modeſtinus & in l. ſticchum, §. penult. ff. de ſolut. & qui † non poteſt cedere non poteſt agere, vt infra exponitur, vbi agitur contra fideiuſſorẽ, vt dicit Bal. in dict. auc. præſente. perſonæ etiã præfigitur, ex quo fideiuſſor dicet ego aliter non fideiuſsiſſem, niſi tu mihi ceſſiſſes, & ex quo ſciebam te mihi teneri cedere, ut in l. ſi creditor, & l. ſi vltra, C. de fideiuſſ. ideo fideiuſſi, aliàs non fideiuſſurus, iuxta ea quæ tradit Bar. in l. cũ
3 qui ita §. qui ita, ff. de verb. oblig. quòd † non eſt maior qualitas in mundo, quàm illa, quę importatur per cauſam finalem, ſine qua quis nõ erat aliàs cõtracturus, & adhoc accedit tex. & ꝗ ibi dicunt Sal. & Bal. in l. cũ te, C. de pact. inter empt. & vend. nec alia occurrũt pro nũc reſpectu perſonæ, quæ ad materiã ſtringãt. cætera ſimilia per te ipſum collige. Mar. Frecc. V. I. D. & Patr. Neapol.

ADDI. Adhanc q. Pand. 2. par. ſui tract. 27. decla. & ratio eſt quare fideiuſſori dicunt cedi actiones, quia ſoluendo videtur eas emiſſe. l. cũ is, qui, ff. eo. ſi vero fideiuſſores ſunt plures inſolidũ, nõ cedũtur niſi pactũ ante ſolutionẽ, uel in ipſa ſolutione pręcedat l. modeſtinus, ff. de ſol. an autẽ in totũ vel pro parte Bal. poſt gloſſ. in l. prima, C. de duob. reis, & an tertius, qui nõ eſt principalis debitor poſſit præſentare inſtrumẽtum Bal. in l. ſi pro te, C. de dot. ꝓmiſ. Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam ſecũda col. ff. ſi cert. pet. & quid ſi in inſtrumento eſt renũciatũ omnibus exceptionibus decius. cõtra Rom. dicit nõ poſſe opponi in conſ. 27. 1. vol. in c. ex parte lo ſecondo de offi. deleg. & in alio caſu vide Iaſ. in l. ſi quis maior, C. de tranſ. Ferrat. caut. 20. inci. notum eſt. Abb. Paul. Fuſ. V. I. D.

DECIMATERTIA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum debet præſentari per perſonam, quæ ſe poſſit obligare & ſe obliget.*

TEertiadecima Pars ritus noſtri eſt aliud nobis reuelãs requi
1 ſitum, ſed † quód præſentetur inſtrumentum per perſonam quæ poſſit ſe obligare, & ſe obliget, de qua in ſuperioribus aliquid eſt dictum, vt de filiofamil. qui non poteſt obligare, excommunicato, & ſimil. ſed hic noſtro more de aliquibus pro clariori materia eſt quærendum.

QVAESTIONE PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an poſſit præſentare inſtrumentum.*
2 *Statutum laicorum fauorabile an comprehendat clericos nume.* 3. *&* 10. *& nume.* 11.
4 *Clericus circa ordinem iudicij ligatur ſtatutis laicorum.*
5 *Clericus an gaudeat ſtatuto tractante de exequutione inſtrumentorum.*
6 *Opinio authoris in hac q.*
7 *Præſentatio inſtrumenti reſpicit criminalitatem.*
8 *Clericus non poteſt criminalitate accuſare.*
9 *Præſentans inſtrumentum ad quid ſe obliget.*
12 *Laici debent obedire non imperare clericis.*
13 *Clericus an poſſit ſe obligare coram laico.*
14 *Clericus deponens falſum coram laico an ab ipſo puniatur.*
15 *Clericus in ciuili reconuenitur coram laico.*
16 *Statutum non retorquetur contra clericum.*
17 *Ius canonicum attenditur in cauſis clericorum, & nu.* 19.
18 *Clericus non carceratur pro debito.*
20 *Opinio Bart. reprobatur a Bal.*
21 *Qui vult ſubſequens debet uelle antecedens.*
22 *Diſſinitio non datur, vbi neque diffinitum.*
23 *Inſtrumentum quando non admittit probationem reſpicit exequutionem.*
24 *Actor cum ſe obligat regulatur ſecundum ius commune.*
25 *Iniuria non debet naſci vnde iura oriuntur.*

1 PRimo quæro an † clericus poſſit præſentare inſtrumentũ
ſecundũ formã ritus, videtur dicendum quòd ſic, arg. tex.
in c. cũ dilecti de fo. cõp. & in c. ſi in adiutoriũ 10. diſt. &
quod habetur in c. eccleſia S. M. & ibi per doct. de cõſt. ꝙ
2 conſtitutio † laicorũ fauorabilis extenditur ad clericos, ad
idem concotdat quoniam hic ritus dabat prout dat ordinem in exequẽ
3 do, vt dicebat ſingularis doctor dominus, & genitor meus, & † ſtatutũ
laicorum de ordine exequendi habet locum in clerico, vt gaudeat bene
ficio ſtatuti, vt dicit Bald. in l. 1. C. ne fil. pro pat. 4. q. Iaſ. in lege 1. C. de
ſum. trin. And. po. olim auditor rotæ in c. quod clericis de for. comp. re-
4 fert Cur. in c. fi. 11. q. 4. col. extra de cõſuetu. cum clericus † circa ea quæ
ſunt de ordine proceſſus iudicij, vel exequutionis ligetur legibus, &
ſtatutis laicorum. vt per Bal. in c. cũ ueniſſent, 3. col. extra de eo qui mit.
in poſſ. cauſa rei ſeru. per Bal. & doct. in l. 1. C. de Sac. ſan. eccl. & in d. c.
eccleſia S. M. & in cap. quod clericis de for. competen. & ex hoc dicto
5 infert Bald. in allegata. l. 1. quòd † clericus gaudet beneficio ſtatuti tra-
ctãtis de exequutione inſtrumẽtorũ. ſequũtur ibi communiter doct. &
Bal. in l. de quibus. 16. col. ff. de lég. & in l. 1. in fi. C. de contr. empt. Ge-
mi. in c. fi. in princi. 2. col. de offic. de leg. in 6. Ab. in c. fi. de vit. & ho. cle
ric. & d. c. quod clericis, & eſt cõmunis opinio de qua per Alex. cõſ. 209.
& conſ. ſeq. 2. volu. per Sand. in d. c. ꝙ clericis ubi adducit Cotaſ. & d. c.
eccleſiæ. S. M. 11. q. per Iaſ. in d. l. de quibus. 5. co. per Curt. in d. c. fi. 11.
q. Ale. conſ. 86. & conſ. 94. 4. vo. gl. in clem. 3. de iud. vbi dicit, ꝙ venit
perſona eccleſiaſtica, & in c. dudũ de ſep. & in cle. 1. de ſen. exc. Bar. cõſ.
88. 2. vol. omnino cõſ. 21. 3. uol. plenè Fel. in c. ſedes de reſcri. deci. cõſ.
275. 2. uo. gl. in l. permittẽdo de iur. dot. Ale. cõſ. 123. 4. uo. Bar. cõſ. 18.
9. col. cõſ. 35. cõſ. 41. & 47. 4. uol. & cõſ. 1. 2. uolum. & cõſ. 1. 3. uolum.
6 Sed in q. ꝓpoſita credo † cõtrariã partẽ fore de iure veriorẽ, & ꝙ cle-
a ricus nõ poſſit præſẽtare inſtrumẽtũ ſecũdũ formã ritus [a] adducitur 1.
7 pro hac opinione ꝙ † præſentatio inſtrumenti reſpicit criminalitatẽ, q̃a
8 pœna applicatur fiſco, & debitori manus amputatur, ſed † clericus non
poteſt actionẽ criminalem inſtituere, vel inteſtare, aliàs efficeretur irre-
gularis, ut habetur in c. poſtulaſti de homic. & c. 2. eo. tit. in 6. ergo nec
poterit præſentare inſtrumentum, licet poſſet circa pœnam ſanguinis, vt
dicit Archid. in c. ſi uos 23. q. 5. quãdo alia non obſtarẽt, ut infra dicã.
9 Secundo adduco, ꝙ iſte ritus præcipit, ꝙ † præſentãs inſtrumẽtũ ſe ob
liget de nõ ſe cõcordando cum parte, & de proſequẽdo ad pœnã diſpo
10 ſitio † nãque laicalis quantuncunque fauorabilis non extẽditur ad cle-
ricos, quãdo eſt præceptiua, vt dicit Gem. in d. c. fi. de offi. del. in 6. doct.
in d. l. 1. C. de Sac. ſan. eccl. & in d. c. eccleſiæ. S. M. cum cæteris allegatis
per Alex. conſ. 209. colu. penult. 2. vol. & conſi. 355. & 356. eo. volum.
Iap. alleg. 101. Card. in capi. perpendimus de ſent. excom. ex quo igitur

ſtatutum

ſtatutum nō loquitur ſimpliciter, ſed cum qualitate ſua, ſcilicet quòd
præſentans ſe obliget, non poteſt clericus uti omiſſa qualitate, ut con-
11 cludit Bal. in d. l. de quibus. 9. col. de leg. quod † ſi ſtatutum, uel cōſuetu
do dicit quòd inſtrumenta confecta mandentur exequutioni, niſi ſint
b elapſi decē anni, non poteſt clericus [b] poſt lapſum decē annorū intētare
viā exequutiuā, quia non poteſt uti conſuetudine, uel ſtatuto niſi cum
ſua qualitate, vt dicit idem Bal. in l. 1. in fi. C. de contr. empti. & in lege
omni nouatione. C. de ſacr. ſanc. eccl. Abb. cōſi. 6. caſus. 1. volum. Alex.
conſ. 209. cum ſeq. 2. vol. ex quo enim præcipit hic ritus hanc obliga-
12 tionem fieri, non includit clericum, cui † non eſt authoritas imperan-
di, ſed obediendi, vt dicunt præfati authores in præallegatis locis. Ter-
tio accedit, nam ultra prædictam obligationem per hunc ritum ſi appa-
ret inſtrumentum male eſſe præſentatum, pœna rei conuenti retorque-
tur ad ipſum actorem, vt concludit in ſt. ad quam etiam doctor ſe obli-
13 gat, ſed † ad illā pœnam nō poteſt clericus ſe obligare corā iudice lai-
co, neque poteſt illa cōtra ipſum retorqueri, & ergo non poteſt clericus
præſentare inſtrumentum. primum probatur per tex. in c. 1. & c. ſi dili-
genti & c. ſignificaſti. de for. compet. & per ea quæ dicit Bal. in l. penul.
6. col. uerſ. ſed hic vlterius. C. de ſum. trini. & in l. 1. ff. de iudic. ſed cleri-
cus non poteſt ſe obligare coram iudice laico, ita quòd coram eo aga-
tur cōtra ipſum, ut not. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſco. & cle-
c ri. [c] ergo non poteſt præſentare ſecundum probatur quòd pœna mu-
tilationis manus, & alia pœna nō poteſt retorqueri contra eum, vt te-
net Abb. reprobata glo. in l. nullum. C. de iud. in c. at ſi clerici de iud.
14 quod † clericus deponens falſum coram iudice laico non poteſt corā eo
puniri. idem tenuit Abb. in c. verū. 4. colu. de for. compet. Anch. in regu-
la ea quæ in 6. & de hac queſt. plenè per Doc. in c. 1. de crimi. falſ. per
Iaſ. qui plura copulat ad hunc articulum. in l. 1. §. qui mandatam. ff. de
offic. eius per Doct. in c. dilectus filius extra de pœn. Vnde ſi non po-
teſt puniri pœna ritus, non poteſt præſentare inſtrumentum. 4. adduci-
tur quòd ritus, non vendicet ſibi locum in clerico, pone quòd conuēto
15 laico per clericum, ipſe † clericus coram eodem iudice reconueniatur,
& reconueniri poteſt, ut dicit Bald. in auctēn. & conſequēter. C. quomo
do & quando iud. & doct. in d. c. at ſi clerici, & ipſe citetur ſuper tenore
inſtrumenti, certe fateberis præſentari non poſſe omni reſpectu. 1. quia
cauſa criminalis, & non datur reconuentio, cū in ea iudex laicus ſit in-
competens reſpectu clerici, ut dicitur in d. c. at ſi clerici. & cap. ſi diligen
16 ti. ſecundo quia authoritas † ſtatuti non poteſt retorqueri contra cleri
cum. vt dicit Bald. in d. l. 1. & Abb. in d. cap. quod clericis. Tertio quia
ritus reſpicit meram exequutionem ut infrà dicam, ſed in præparatorijs
17 tantum attenditur ius ciuile, † in deciſiuis autem, & exequutiuis attēdi
tur ius canonicum, vt dicūt doct. in d. l. 1. in d. c. quod clericis, & in d. c.
eccleſia.

eccleſia S.M. quartò, quia per hunc ritum reus arctatur in carceribus,
18 & † clericus non pōt pro debito carcerari d niſi in caſibus not. per Doc.
d in c.2.de fideiuſſ.& in c.Odoardus de ſolut. & in l. miles.ff. de re iudic.,
quinimò ſi laicus haberet inſtrumentum liquidum contra clericum non
19 poſſet via exequutiua † contra clericum procedere coram epiſcopo, ita
20 dicit Bald.not.in d.l. prima, reprobata † opinione Bart. ibi. C. de ſacr.
ſanct.eccl.Abb.in d.c.quod clericus.3.col. cum cæteris cotis ibidē relatis.Vnde ſi non poteſt laicus uti beneficio ſui iuris municipalis contra clericum,ergo nec debet poſſe clericus contra laicum, vt ſeruetur æqualitas,& contrariorum eadem ſit diſciplina, vt in iuribus vulgaribus, & ad hoc accedunt,quæ adducit Curt.in d.c.ſi.q.3.& 7.limit. Item ad hāc
21 partem adducitur communis regula, quòd † qui vult ſubſequens debet habere ſuum neceſſarium antecedens,ut in l.iubere cauere. de iuriſdict. omnium iud.l.ad rem nobilem.l.ad legatum.ff.de procu.Sed ſubſequēs eſt beneficium ritus,antecedens verò eſt ipſa obligatio, vnde ex quo nō poteſt habere antecedens, quia etiam volens non poteſt ſe ſubmittere, & obligare,ut in c.ſi diligenti,ergo nō poteſt habere ſubſequens, quod
22 eſt beneficium ipſius ritus.Item ad hoc accedit regula, ꝙ † cui non competit diffinitio non conuenit diffinitum.l.1.§.dolum.ff.de dol. Sed diffinitio eſt ipſa obligatio ad pœnam faciendam,diffinitum verò eſt ipſa interrogatio,& præſentatio inſtrumenti, vnde ſicut non poteſt ſe obligare,ita nec præſentare inſtrumentum.Similiter accedit,ꝙ vbicunque ſta-
23 tutum † non admittit exceptionem contra inſtrumentum, tunc dicitur reſpicere meram exequutionem,& non præparatoriam iudiciorum, vt dicunt Doct.in d.l.1.C.de ſac.ſanct.eccle.Sed in exequutiuis, & deciſiuis attenditur ius canonicum,& non ius ciuile in ipſo foro ciuili, vt dicit gl.ſingu.in d.c.quod clericis.Bald.in l.ex ea.de poſtul.& d.l.1. Sed de iure canonico de debito ciuili non fit exequutio, non facta diſcuſſione bonorum,ergo inſpecta diſpoſitione canonica non poteſt fieri exequu-
24 tio non ſeruata iuris forma. Vltimò adducitur, quòd † obligatio facienda per actorem innititur diſpoſitioni iuris communis,vt no. in l.1.ff.ad Turp.& eſt inducta ad extorquendas malitias eorum,qui præſentant inſtrumentum, vt caueant præſentare, quando non debent, nec poſſunt præſentare.Vnde ſi clericus poſſet præſentare ſequeretur inconueniens, ꝙ plurima inſtrumenta laicorum dirigerentur in faciem clericorum, & ex quo clericus non incurreret in pœnam,circuncideretur authoritas ritus,ex quo delictum, ſeu calumnia non puniretur contra regulam. l. ita
25 vulneratus ad l.Aquil.& † naſceretur iniuria, vnde iura oriuntur.l.me-
e minerint.C.vnde vi. e quare concludo inſtrumentum non poſſe per clericum præſentari,& ideo perſona clerici non poteſt cenſeri legitima, & quia non legitima, non poteſt: & hoc oppoſito non poſſe procedi ad interrogationem: & in hoc articulo aliquando vnum, aliquando aliud

audiui

audiui obſeruatum,& hanc credo de iure veriorem partem, ex quo nõ loquitur ritus ſimpliciter,ſed cum qualitate ſua: & licet hodie non fiant iſtæ obligationes,tamen inſunt ipſi præſentationi inſtrumentorum. argu.tex.l.ſi.C. de accuſ. quòd licet, qui agit criminaliter non ſe adſcribat ad pœnam talionis,tamen habetur pro aſcripto,& obligato.Bal.in l.qui crimen.1.col.C.qui accuſ.& in l.2.C.de fid.inſtr.& in l.3.C. de fideiuſ. & ita teneo. Mar. Freccia.

ADDITIONES.

a Quòd primam opinionem, quòd clericus poſſit preſentare inſtrumentum. tenet Berar.Pand.in d.ſuo tract.2.par.14. declar. quod amplia,ibi etiam in cauſa in qua clericus ſucceſſerit laico.& la tè ponunt etiam Mod.ebolit.in commen.rit. 166.nu.34.fo.mi 165 Ab. Pau.Fuſc.

b Quòd in ſimili vult not Fely.in c.ſi cautio,nu.54.cum ſeq. de fid. inſtrument. licet contra ſit communis opinio in ſuo dicto,ut retuli in meo repert. in litera e,nume.... Ab. Pau Fuſc.

c Quòd poteſt ſe obligare coram iudice laico, ut conueniatur coram eccleſiaſtico. c.peruertit de fideiuſſ.Iaſ.in l.1.4.col.C.ne eum,qui iu. vide omnino Alexan. in l.1.de iudi.ponentem caſus, quibus clericus puniatur, & conuenitur coram laico,& quòd ſubdit hic author de clerico deponente falſum coram laico, vide Affl.ct.deciſ.230.Tiraq.Deut.retract.li.1.§ ſi.gl.3.& li.2.§.4 gl.7.num.10. Pau Fuſc.

d An inſtar militis ſeculi glo.in l.miles.de iud.Affli.in conſti. ſi quis clericus6. not. & ſequitur dom.Petrus Foll.in pract.cenſ.in uerb.huiuſmodi cenſualia. nu.19. fo.mi.ibi.licet de conſuetudine non ſeruetur. Abb.Pau Fuſ.V.I.D.

e Quòd cui non adaptantur verba.l.non adaptatur eius diſpoſitio, ſed ritus ad clericum non adaptatur, vt diſcurrit author, ergo nec eius diſpoſitio.probatur in l. quod conſtitutus de teſtam.milita.l.hoc.§.omnibus.de accu. Abb.Pau.Fuſ.

QVAESTIONE SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus an poſſit præſentare inſtrumentum contra Iudæum, vel Chriſtianum.*
2 *Iudæus eſt de populo.*
3 *Iudæus viuit ſecundum legem Romanorum.*
4 *Iudæus habet filios in poteſtate.*
5 *Participare cum Iudæis licet in actis humanis.*
6 *Iudæus poteſt eſſe procurator Chriſtianorum.*
7 *Statuta ciuitatum comprahendunt Iudæos.& nu.8.*

Secundò

1 SEcundo quæro an † Iudæus ſit perſona legitima in prçſen-
tando inſtrumentum, contra alium Iudæum vel Chriſtia
num, & concludo ꝙ ſic, nam ritus non facit diſtinctionē
quòd præſentās ſit Iudæus, vel Chriſtianus, ergo nec nos
debemus diſtinguere: vt l. de precio. ff. de publ. l. 1. §. gene
2 raliter. ff. de leg. præſt. Secũdo dicimus, quia † Iudæus eſt de populo [a] vt
a eſt ſing. tex. in authent. de quæſtor. ibi, ciuitas veſtra populoſa turbis di
3 uerſorum hominum. Tertio † quia viuit ſecundum leges Romano-
rum vt dicit Innoc. in c. ſuper litis. extra de not. Iō. And. in c. gaudeamus
4 extra de diuort. & ideo habet † filios in poteſtate, vt dicit gloſſ. in c. Iu-
dæorum. 28. q. 1. Card. in clem. de iud. Alexand. conſ. 213. 2. vol. quar-
5 to quia in actibus humanis † licitum eſt participare cum Iudæis, vt di-
6 cit Ang. in l. 1. ff. ad. l. Iul. maieſt. & in l. utimur. ff. de ſepul. uio. & † ideo
poſſunt eſſe procuratores Chriſtianorum l. iudæi. C. de iud. quinto ꝙd
7 ſtatuta, & ordinationes ciuitatū cōptæhendunt † iudæos, vt dicit Bal. in
l. ſpadonē, §. iā aũt, ff. de excu. tut. doc. in c. iudæi, de iudæ. & iō dixit idē
8 Bal. in ti. de pac. cōſt. ꝙ † ſtatutū extantibus maſculis excludēs fœminas
a ſucceſſione parentum comprehendit iudæos quia reddit ad l. moſay-
cam, vt habetur Nu. c. 27. & maſculus uigore ſtatuti excludet fœminas,
vt dicit idem Baldus in capitul. primo de not. for. fidel. & propterea iu-
dæus poterit præſentare inſtrumentum, quia in ſtatutis, & conſuetudi-
nibus comprehenduntur quo ad onera, & honores, vt per multa con-
cludit mirabilis doctor domin. Andr. Barba. conſil. 63. quarto uolum.
conſil. 15. primo volum. Soci. conſil. 70. vt fas perpetuo primo volumi-
ne prima columna, plenius conſilio 62. in præſenti conſultatione eo-
dem uolumine doctor. extra, & C. de iudæis cum ſimil. per ſummi.
Marin. Frecc.

ADDI. Aliquid per Iaſ. in l. qui ſe patris C. vnde lib. Brun. in ſuo tract. de ſtat. exclud. 9. part. & quòd iudæi ſint de corpore ciuitatis, & uiuant ſecundum leges Romanorum, vide in lege Chriſtianus, C. de pag. rit. Alex. conſi. 75. quinto vol. clarius Bar. in l. iudæi la prima, C. de iud. Marquard. in allegato tra. ſecunda par. c. 1. nu. primo vbi latiſſ. dummodo in lege moſayca aliquid non ſit in contrariũ, illa enim eſt eorum peculiaris lex. Imo. in l. ſtipulatio hoc modo concepta de verb. obl. ff. & in d. tract. ead. par. c. 4. num. 5. & 6. inter iudęum uero & Chriſtianum ſeruatur lex ciuilis Felyn. in cap. ego enim 3. col. de iudę. & quòd iudæus poſſit eſſe procurator Chriſtiani per eundem ead. c. 7. nu. 4. tutor autem iudæus eſſe Chriſtiani non poteſt propter periculum animæ, ſed bene alterius iudæi ibidem. nu. 13. & 14. vbi de materia iudęorum pleniſſime tractat. Paul. Fuſc. V. I. D.

Additio

ADDITIO.

a Quòd Iudęi dicuntur de populo Romano. gl. in c. ius, qui ritum. i. Margu. de ſuſ. in tract. de Iudę. 2. par. c. 1. nu. 3. Abb. Pau. Fuſc.

QVAESTIONE TERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum an poſſit præſentari à non obſeruante contractu.*

1 TErtiò quęro, an perſona † quæ non obſeruauit contractum poſſit cenſeri legitima in præſentando inſtrumentum, & ſic poſſit excipi contra perſonam, ex quo non obſeruauit contractum, vt non procedat ad interrogationem; vide de hac q. Roman. cõſ. 42. & cõſi. 76. & cõcludit ꝙ nõ, ſed fiet exequutio inſtrumenti, & poſt modum aget, & repetet, vt poſt multa cõcludit allegando authoritates, & iura, quæ per te uide. Mar. Frec.

DECIMA QVARTA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumẽtum ex communi practica debet præſentari in carta de pergameno.*
2 *Inſtrumentum in carta de papiro de iure probat.*
3 *Notarius iurat non ſcribere inſtrumenta in carta de papiro.*
4 *Inſtrumentum quare præſentetur in carta de pergameno.*

1 DEcimaquarta pars huius ritus eſt, ꝙ præſentetur in carta de pergameno, & ꝙ non ſit abolitum inſtrm̃ præſentandum † de cõi practica in carta de pergameno, ſumptum eſt ex eo, ꝙ hr̃ per Bal. & Doc. in l. fi. C. de edi. Adr. tol. ꝙ inſtrm̃ cuius exequutio petitur per hæredem petentem ſe immitti in poſſeſſionem bonorum defuncti, debet eſſe non abolitum, nõ cancellatum, neque in alia ſui parte uitioſum, neque in carta uili, tamen di-
2 cit Spec. in ti. de inſtr. edi. §. poſtremo, uerſi. item, ꝙ inſtrm̃ † ſcriptũ in
3 carta de papiro non reperitur in iure, ꝙ non probet, licet ſit de † iuro notarij non ſcribere in cartis de papiro, vt dicit idem Spec. eo. ti. §. reſtat uerſ. porro, & ſequitur Abb. in c. cum dilect. de confir. uti. uel inuti. iudi-
4 cio tamen meo † melior eſt rõ, ꝙ ex quo cauſa præſentationis inſtrĩ eſt cauſa criminalis, ut ſupra dixi, requirit exactam probationem, claram,

& luci-

& lucidam,ut in l.fi.C. de prob.& ad cõuincendũ debitorẽ ne forte dicat,uel opponat teſtes fuiſſe mortuos,ex quo nõ ſe ſubſcripſerunt,tũ & ſi ſe ſubſcripſerint requiritur hodie,ꝙ inſtrm̃ ſit ſcriptum in carta de pgameno aliàs eſt nullius roboris, vt dicit tex.in cõſt. regni cõſuetudinẽ, & ad hanc ẽt partem aliquæ quæſtiunculæ iure adaptabuntur. Mar.Fre.

ADDI. Ad hãc partẽ Berar.Pand.in d.ſuo trac.1.par.12.decla.num. 76.& 77.Bart. & Alex.in Apoſt.in l.commodat.§. ſicut commodati,in fi.ff.commo.cum aliis allegatis per Pand.ubi ſup.Pau.Fuſc. V.I.D.

QVAESTIONE PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum an poſſit præſentari in carta de bombice per pactum.*
2 *Argumentum de conſuetudine ad pactum ualet negatiuè.*
3 *Stilus curiæ poteſt admittere,quòd præſentetur in alia carta.*

1 PRimò quæro an ualeat pactum, ꝙ † inſtrm̃ ſubſcriptũ per iu-
dicem,notarium,& teſtes,in carta de bombice poſſit præſen
2 tari ſecundum formam ritus,dico ꝙ non,nam † ualidum eſt
argumentum de conſuetudine ad pactum negatiuè,ut dicit
glo.ibi,& Doct.in l.non impoſſibile,ff.de pa.& in l.alia.§. eleganter.ff.
ſolu.matr.ſed non ualet conſuetudo, ꝙ inſtrumentum ſcriptum in car-
3 ta de bombice probet,ut in d.conſt.ergo nec pactum.ſi tamen † eſſet de
ſtilo curiæ,& antiqua obſeruantia circa inſtrumenta confecta in eadem
ciuitate,ꝙ præſentetur in cur.in carta de bombice, credo non eſſe mu-
tanda,quæ antiquam habuere obſeruantiam,ut in l.minimè,ff.de leg.vi
de tamen quæ ſcribit Affl.in conſt.baiulos omnes. Mar.Frecc.

QVAESTIONE SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ſumptum de ſumpto an poſſit præſentari.*
2 *Inſtrumentum reaſſumptum authoritate iudicis habet exequutionẽ paratã.*

1 SEcundò quæro an inſtrm̃ † ſumptum de ſumpto poſſit præſen
tari Ant.de Can.in ſuo tract.de inſtr.exeq.27.q.diſtinguit,ꝙ
ſunt attendenda verba ſtatuti,ſi dicat aut manu publici nota-
rij,vel dicat inſtrm̃ publicũ addo Bart.in l.probatorias, C.de
diu.offi.li.12.& per doctrinam ſuam ſequitur, ꝙ inſtrm̃ reaſſumptum
2 non tantum per notarium, † uerũ ẽt authoritate iudicis hẽt exequutio-

nem

nem ſecundum formam huius ritus, ex quo dicit inſtrumentum publicum, & non dicit de inſtrumento ſcripto manu notarij. & vide Io. And. in addi. Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. videndum, verſ. & no. per Ant. de But. & doct. in c. cum p. de fid. inſtru. ex quibus plurima ad materiam neceſſaria per te colligas, & videas Mar. Frecc.

ADDI. An protocollũ poſſit exequi iuxta hunc ritum. Pand. prima par. 14. decla. & de tranſumpto decl. 15. per totam, vbi de alijs, de ſcriptura priuata clarum eſt quod non prima par. ſecunda decla. & de ſcriptura inuenta in archiuo, ead. par. 5. declar. nu. 24. Paul. Fuſc. & adde quid ſi inſtrumẽtũ eſt in aliqua ſui parte cancellatum an poſſit pręſentari, & ſi eſt vitiatum in ſubſtantia non poteſt, & ſic limitatur ſtatutum, ſecundum Bal. in l. prima, C. ut leg. nom. caueat, ſi tamen debitum in inſtrumento contentum habet in ſe nullam cauſam, adhuc præſentatur inſtrumentũ Pand. in d. tract. 3. part. 14. decla. uerſi. 32. ratione iuramenti, cum iuramentum ſit loco cauſę Bauer. in tract. de virt. iur. mod. in l. cum de indebito, §. ſed hoc, ff. de probatio. Paul. Fuſc. V. I. D.

PARS DECIMAQVINTA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum quòd præſentatur debet eſſe ſupra unciam, & quid ſi aliter de conſuetudine num. 2.*
3 *Mag. Cur. Vic. eſt caput omnium curiarum, & eam omnes ſequi tenentur, numero 4.*
5 *Stilus Cur. Rom. quo ad inferiores eſt lex, & quid ſi curia inferior habeat alium. num. 6.*
7 *Ritus magnæ Cur. non ſeruantur in ſuperiori.*
8 *Vicarius regis non legem facit ſuperiori.*
9 *Inferior non imponit legem ſuperiori.*
10 *Longæuus vſus cauſarum an ſit ſeruandus.*
11 *Ritus quid ſit.*
12 *Stilus quid ſit.*
13 *Quomodo inducatur remiſſiue.*

DEcimaquinta ſe offert pars huius ritus, aliud ponens requiſitum, ſed † quòd inſtrumentũm præſentandum ſit ſupra vnciam ᵃ nõ autem infra, quia non proceditur ſuper tenore inſtrumẽti, ſed per viam mãdati ſecũdum formam l. ſi debitori, ff. de iudi. ita dicit hic ritus, & eſt in obſeruantia. Tamen ego vidi aliàs decretum per Magnificum Dominum Antonium de Alexandro
2 tunc viceprothonotarium, quòd † ſi de ſtilo curiæ eſt, quòd aliàs fuerint

ſint præſentata ab vncia infrà, quòd ritu nón obſtante procedetur ad in
terrogationem inſtrumenti in illa curia, in qua fuit, & ut hic ſtilus, &
3 obſeruantia; ego pro hoc dicto addo rationem nam † magna Curia Vi
cariæ eſt caput, & norma aliarum curiarum, vt dicit text. in conſt. mag.
Cur. Vnde & aliæ curiæ inferiores debent obſeruare, quod obſeruat
magna curia tanquam maior vt dicit Andr. in conſti. regni in pecunia-
4 rijs, & † quòd obſeruat magna curia debet obſeruari à toto regno, idem
And. in conſtit. Siquis in poſterum, ad quod accedit quod dixit Specul.
in tit. de reſcr. præſent. §. ratione formę & in tit. de teſti. §. publicis. verſi.
5 deinde quòd † ſtylus & obſeruantia curiæ Romanæ quo ad alias curias
inferiores habetur pro lege, quia tanquàm caput, & magiſtra ab omni-
bus eſt ſequenda, vt dicit glo. in c. ad hæc de ſent. excom. Brun. conſ. 20.
2. colum. & a boue maiore diſcat arare minor, vt dicit Spec. in tit. de ap
6 pel. §. de officio. 4. col. verſ. ut autem. tamen hoc eſt verum † quādo cu-
ria inferior non habeat ſuam obſeruantiam, & ſtilum, nam tunc debet
obſeruari ſtylus curiæ conſuetus, & non id quod obſeruatur in curia ſu
periori, ita ſingulariter tradidit Bald. in l. de quibus in apoſtil. ff. de leg.
Rom. conſ. 367. circa primum Abb. in c. ex literis. de conſtit. quod de-
clara, vt per domi. Bartol. de Capua in dict. conſtitutione in pecuniarijs,
in ordinarijs, ſecus in deciſius, quod videretur contra facere. An autem
7 † ritus magnę cur. debeāt obſeruari in curia ſuperiori And. in dic. conſt.
videtur ſentire quòd magna curia eſt tribunal regis, ꝙ nō nego, tamen
còntra credo, quia magna curia Vicariæ eſt tribunal magiſtri Iuſtitiarij,
& Vicarij domini Regis, licet hodie homo ſedeat Vicarius, vt erat anti-
8 quitus. & † Vicarius ſeu ſubſtitutus regis non facit obſeruātiam in alio
tribunali maiori domini regis. ut dicit Bal. in aucten. ſed nouo. 2. colu.
9 C. de ſer. fug cum † inferior non imponat legē ſuperiori. c. cum inferio-
b re. de maior. & obed. [b] & in cle. ne Romani de electio. Vidi tamen Sa-
crum Conſilium non obſeruare ritus, in eo quòd contradicunt iuri cō-
muni, & adde ad præcedentem quæſtionem, quæ dicit Cardi. in clem.
10 ſępe. §. quia vero. de verb. ſig. quod † longæuus vſus cauſarum eſt ſer-
uandus etiam in deciſionibus cauſarum, quando ius non reperitur in
contrarium. vt dicit Abb. in c. bona lo primo de poſtul. prælat. & in c.
ex literis de re iud. Alex. conſ. 30. viſis. col. fi. 3. vol. gl. in c. diſpendia, in
verb. proceſſus. de reſc. in c. 6. Abb. in c. ex literis. de conſti. roc. in c. fi. de
11 conſuet. quid † ſit ritus [c] vide Abb. in c. cum ſecundum. de temp. ord. ꝙ
c eſt obſeruentia ſeu vſus circa ſolemnitate actus. & in c. in aliquibus de
12 decimis. quid autē ſit † ſtylus vide Ioan. And. in ſum. de conſuet. 4. col.
quòd eſt præctica curiæ conſueta. Cy. & Bald. in l. fi. C. quæ ſit long. con
13 ſuet., & in l. de quibus de leg. cum alijs ſuprà relatis, & quomodo † indu
catur, & quando eſt cōtra ius. vide Soc. conſ. 260. in cauſa vol. 2. per Fel.
in capitulo ſecundo in verſicul. ſtylus curiæ, extra de reſcrip. vbi ple-

nuſſime

ciſſime ponit ad materiam quæ omitto Marin. Frec. V.I.D.

AD D 1. Ratio eſt quare inſtrumentum debet eſſe ſupra unciam, dicitur enim minimum ſi eſt infra. & minima non includuntur in ſtatutis. vide Corſet. in tract. & mini. Berar. Pand. in ſuo tract. 3. part. 4. declar. Paul. Fuſc. V.I.D.

ADDITIONES.

a Quòd ſi inſtrumentũ eſſet in uncia, etiã non præſentatur arg. l. 1. §. inter. ff. de ſucceſſion. gl. eſt in conſt. regni in cauſa depoſiti. Pau. Fuſc.

b Omnino And. in rub. de conſ. rect. Feud Paul. Fuſc.

c Late per Mod. ebolit. in com. 1. rit. nu. 6. q 12. & quòd ſit lex ſcripta. nu. 13. & in rit. 179. nu. 3. & in d. 2. ritu proſequuntur etiam quid ſit ſtylus. Paul Fuſc.

PARS DECIMASEXTA.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ſi nulla poteſt opponi contra inſtrumentum vigore ſtatuti tamen admittitur, quæ in promptu probat.*

1 DEcima ſexta pars ritus eſt quòd reus aliàs non detinetur in carceribus ſi in promptu, & in ipſo inſtanti probauerit ſe non teneri. not. ex hoc ritu quòd exceptio contra inſtrumẽtum uel ad eneruationem inſtrumenti aliàs prohibita admitti, non intelligitur repulſa illa, cuius probatio incõtinẽti offertur. & in hoc ritus concordat cum iure communi, ut tenet Innoc. in cap. interpoſita. de appell. Abb. in cap. ſuper eo. de offic. deleg. & in cap. ſuſcitata. de reſtit. in integ. licet Alex. conſ. 94. 4. vol. videatur aliquatenus contra tenuiſſe: de quo plenius per Panor. in dictis locis. per Bald. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. quod fere de pact. per doct. in l. 4. §. condemnatum de re iud. Iaſ. in l. ait prętor. in fi. de iur. iur. pro eis. q. 52. dec. qui defendit in c. ex parte, lo. 2. de offic. de leg. & in c. cum ſit. de appell. Sed hic etiam de aliquibus eſt quęrẽdum, ne ſicco pede tranſeamus. Mar. Frec.

QVAESTIONE PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur in promptu probare. & nu. 2. 3. 4. 5. & nu. 8. 9.*

6 *Recipiens moram & dilationem non probat in promptu.*

7 *Geminatio eſt maximi effectus.*

10 *Ritus dicitur ſtricte procedere.*

11 *Author quid viderit ſeruari in hac q.*

1 PRimo quęro quis † dicatur in promptu probare, adhoc vt
detineatur in carceribus. & Bal. in l. 2. C. de edict. diu. Adr.
toll. dixit, qui habet duos teſtes, & inſtrumenta in manu,
Bar. in l. litigatoribus. C. de ap. dixit, † qui cõparet, vel pro
2 bat iudice pro tribunali ſedẽte, & ibi. Bar. loquitur per di-
3 ctionem illico. alibi Bal. in l. cum antiquitas. C. de t. ſt. de eo † quod fit
eodem contextu, & vbi non eſt deuentum ad extraneos actus ad idem
tex. in l. continuus actus. ff. de verb. oblig. & eſt bona litera in l. ędiles. §.
4 itẽ ſciendum. in verb. ſtatim. ff. de ędil. edict. vbi † deſiderat celeritatem,
& importat, quòd ſtatim iudex faciat. idem in l. cum non ſolum. §. fi. C.
5 de boniſquæ liber. & in † breui momento, quod magis intellectu quã
ſermone percipi poſſit, vt dicitur in l. ratũ. ff. de ſol. & in l. ſi cũ dies. §. fi.
de arb. gl. & in c. cũ ſit Romana prope mediũ de app. & iurecõſultus cõ-
trarius. in l. ſi quis tutor. §. quid ergo. ff. de rit. nupti. ibi nec in promptu
6 probationes habeat: ꝙ quis † nõ dicitur in prõptu probare exceptionẽ
ſuã, qui recipit morã, & tẽporis dilationẽ. addo gl. ſin. & nõ alibi in to-
to corpore iuris in d. l. cũ. nõ ſolũ. §. fi. in gl. fi. C. de bonisquæ lib. ꝙ id ꝙ
eſt in ipſo inſtãti nõ habet intellectuale momẽtũ, Bal. in l. Emilius. 2. le.
ff. de minor. & in l. fi. de cõd. inſt. & quidẽ neſciet totus mũdus effectũ
clauſularũ prędictarũ inſimul poſitarũ, ut poſſit ultra præmiſſa importa
7 re, † cuius geminatio maxima in alijs eſt virtus, vt dicũt doct. in l. bali-
ſta. ff. ad Treb. & in c. ſi cautio. de fid. inſtru. addo bonum tex. pro cõclu-
ſione gl. in l. placet. ff. de acqui. hęre. ꝙ id ꝙ nõ habet momẽtũ dicitur in
inſtãti, ſeu cõfeſtim. idẽ in l. 1. ff. ſi à par. quis fuer. manu. & in l. qui pro-
curatorẽ. ff. de procur. & in l. ita vulneratus. verſ. rurſus. ff. ad. l. aquil. ad
8 idem poſſet adduci. † quòd tũc dicitur probare in ipſo inſtãti, ideſt dũ
incõtinenti lectũ fuit inſtrumẽtũ, & facta interrogatio, & ille ꝓducit te-
ſtes, ſeu inſtrumẽta ar. tex. in l. 2. C. de iur. cal. ideſt in ipſo litis exord.
ideſt paululum, ſeu poſt exordiũ incõtinenti. & facit ad hoc tex. in l. pę-
dius. ff. de incend. rui. Bal. in l. diuortio. ff. ſol. mat. ꝙ dicitur factũ tẽpore
belli, ꝙ factũ eſt paulo ante, uel poſt. & l. miles in expeditione, vbi Ang.
& Ale. C. de teſt. mil. tex. cum gl. in c. paſtoralis. §. ſi præterea in ver. mor
tis. de offi. ord. Rom. conſ. 341. in 2. dubio. & cõſ. 301. & l. obligari. §.
tutor. cũ gl. ff. de aut. tut. idẽ in l. generaliter. §. 1. C. de reb. cred. & in gl.
in ver. in prin. cũ gl. ſeq. & in l. hæredes palã. §. vno. cõtextu. ff. de teſta.
9 vel † diceretur in inſtãti ꝓbare, q probat adhuc iudice ꝓ tribunali ſedẽ
te. arg. eius ꝙ dicitur in l. diuus de reſtit. in integ. ff. & hoc ſuadet æqui-
10 tas, † tamẽ ſtrictiſſima eſt virtus huius ritus propter geminationẽ illorũ
11 uerborũ. Vidi tamẽ † obſeruari ꝙ data probatione in prõptu, & poſt le-
cturã ipſius inſtrumẽti, ꝓductis teſtibus, quorũ forte ꝓbatio nõ eſt aper-
tiſſima, liberari de carcere principalẽ, ſub fideiuſſoribus de præſentãdo
ꝑſonaliter quoties fuerit interpellatus ꝑ iudicẽ uel iudici foret viſũ nõ

eſſe

eſſe legitimam probationem; crederem tamen in hoc bonum eſſe habere iudicem beneuolum propter arbitrium ſuum conſiderando perſonã rei, & naturam probationum. Marc. Frec.

ADDI. De exceptione in promptu, quòd impediat carcerationem. Pand. in ſuo tract. 5. par. 11. decl. nu. 17. & declar. 7. nu. 8. & 4. dec. nu. 5. & dicitur prompta probatio, quando fieri poteſt intra exequutionis ſpacium. Ant. de Can. in tract. de exeq. inſtr. q. 9. per eundem Pand. 4. par. x. decl. vbi vide. Paul. Fuſc. V.I.D

QVAESTIONE SCVNDA.

SVMMARIVM.

1 *Reus probans per vnum teſtem, & petens dari ſibi iuramentum in ſupplementum an admittatur.*

2 *Iuramentum non eſt probatio, ſed releuatio ab onere probandi.*

3 *Probatio proprie dicitur quæ fit per teſtes & inſtrumenta.*

4 *Appellatione probationis intelligitur de vera probatione & de legitima. numero 5.*

6 *Iuramentum non defertur quando requiritur vera probatio.*

7 *Iuramentum nunquam defertur vt quis teneatur ad pœnam vel in periurium. nu. 8.*

9 *Citatio partis requiritur in delatione iuramenti.*

1 SECVNDO quæro, quid ſi reus † producit vnum teſtẽ, & quia credit ſemiplene probaſſe, adhoc vt non carceretur, petit ſibi deferri iuramentum in ſupplementum, an debeat deferri, ita quod non detineatur in carceribus, ego credo quo adhunc finẽ, vt nõ remaneat in carceribus, non
2 debet deferri illud iuramentum, & moueor, nam † natura iuramẽti nõ eſt probatio, ſed releuatio ab onere probandi, vt dicit Bal. in cap. primo, §. ſacramentum princ. de conſuet. rect. feud. & in c. 1. §. conuenticulam in princ. de pac iur. fir. eſt bonus text. in l. ſed ſi poſſeſſor, §. fi. verſi. perinde haberi, ac ſi eſſet probatum, ff. de iur. iur. tenet Panor. in c̃. forus
3 de verb. ſig. quòd illa dicitur † probatio proprie, quæ fit per teſtes, & inſtrumenta, vt dixit idem Bald. in auc. ſed nouo in fi. C. ſi pet. & in l. actori C. de iur. iur. de quo vide plenius quid in iuramento neceſſario, & Alexa. in l. non erit, & §. dato eo. tit. vnde ſi iuramentum non dicitur vera probatio aliàs ſemiplina non ſufficit, ergo reus debet remanere in carceribus, ex quo non probauit in promptu, ut requirit hic ritus. Secundo facit quod dixit Bald. per tex. in l. lucius, ff. de cond. & demoſtr.
4 ꝙ † appellatione probationis intelligitur de uera probatione, vt dicit

glo.in cle.conſtitutioné,in verb.fides vbi tex.de elect. & ſic etiã appella
5 tione † probationis de legitima intelligitur,ut dicit Bar. in l.ait p̃tor,§.
ſi iudex,ff.de re iud.ſed ubicunq; lex, uel ſtatutũ requirit ueram,uel le
gitimã probationẽ ſimpliciter,ut cõcludit Mayn.in l. admonẽdi de iur.
6 iur. † tunc nõ defertur iuramentũ in ſupplementũ, ut dicit Bal.in l.fi.
C.de ſecund.nupt.p gl.quã dicit ſingularé in l.fi.ff.quod met. cauſa idẽ
uoluit in c.ſacramentũ de conſuet. rect.feud.Alb. de Roſ. in l.cũ de in-
a debito,ff.de proba.Rom.ſin.12.incip.tu ſcis [a] & per eundẽ, & alios ſcri
bentes pleniſſime in d.l.admonẽdi prope fin.de iur. iur.& eſt uera con-
cluſio,ergo reus debet in carceribus mãcipari ex quo ſibi nõ poteſt de-
ferri iuramentũ. Tertio adducitur q reo non debeat deferri iuramentũ
nã ſi ſibi deferretur, & ſuppleat ſuã ſemiplenã probationem debet ipſe
liberari, & actor incurreret in pęnã de qua loquitur ritus, ſed nũquam
7 † defertur iuramentũ ut quis teneatur ad pęnã, ut dicit Bal. in l.1.2.col.
3.q.C.de his q̃ pęn.nom.per tex. qué dixit ſolennẽ in l. in teſtamẽto la
prima,ff.de cond.& dem. qa adhoc ut quis pęnam incurrat debet liqui
diſſime cõſtare,ut dixit idẽ Bal.in l.cũ proponas col. fi.C.de hær.inſtit.
8 & in c.1.qualiter dom.propr.feud.priu.ergo nõ debet ſibi deferri,† ſi-
militer ſi reo deferretur,actor incurreret in periuriũ, & infamiam,ideo
nõ defertur,ut dicit Spec.in ti.de iur.deli.ver.ait enim,& Bal.in l.bonę
fidei,C.de reb.cred.& no.card.in c.cognoſcẽtes 6.q.extra de conſt.Ale.
cõſi.35.2.col.5.vol.4.quia debet prius eſſe diſcuſſum de meritis proba
9 torũ,& † citari pars antequã deferat [b] vt dicit Bal.in c.1.de grad.ſucceſſ.
b aliquid Barb.cõſi.79.2.col.3. vol. & inſpecta qualitate teſtiũ & perſo-
narũ vt dicunt in d.l.admonendi, ſed hoc non poteſt fieri eodẽ inſtãti,
ergo reus remanebit in carceribus, & ſuper petita delatione, auditis ex
poſt partibus,omnibus opportune diſcuſſis debite ꝓuideri, p̃ſertim q
nõ ꝓbat incõtinẽti illũ teſtẽ eſſe omni exceptione maioré, tñ ex p̃dictis
adhuc dubito an iuramẽtũ reo deferri poſſit, ideo cautus creditor ĩ hoc
bene aduertat,qualiter remitto arbitrio domini iudicãtis. Marin Frecc.

ADDITIONES.

a Quod eſt nu.211.fol.mi.77.vbi add.Paul.Fuſ.
b Si uero pars eſt pręſens non requiritur alia citatio, quia plus operatur præſentia, quàm citatio.Affl.in conſtit.ſi damna nu. 36.in fi.Paul.Fuſc.

QVAESTIONE TERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Probationi per teſtes an poſſit renunciari.*
2 *Et quid ſi teſtes ſunt legaliſſimi.*
3 *Iudex ex officio poteſt examinare teſtes.*

TERTIO

TErtio quæro, creditores in eorum inſtrumentis ſolét paciſci q̄
1 debiti ſolutio nō poſſit probari per teſtes, an reluctante † pa-
cto, ſi reus habeat teſtes in prōptu debeat remanere in carce-
ribus ex quo per pactū renuntiauit probationibus teſtiū, ego
credo q̄ ſic, nam ualet pactū per quod in contractu iurato renunciatur
probationibus teſtiū, licet anguſtetur ipſa probatio, ita tenet Speculator
a in tit. de inſtr. edit. §. fin. verſ. ſed quid ſi debitor [a] & ratio eſt quia impu-
tatur ei, qui teſtiū probationibus noluit probari ſolutionē, & de ſuo tan
tum agitur p̄iudicio Imol. in c. 2. de iur. & ita limitatur gl. in auc. ut ſin.
matr. per hi. §. uero & uoluit Imol. in l. cuſtodias, ff. de publi. iud. & eſt
ueriſſima concluſio, quā ponunt do. in c. ſi diligēti ubi Sand. de fo. com
pe. & in c. 2. prope finē de probat. ubi adducunt ampliſſimas authorita-
2 tes, rōnes, & iura, quæ concluſio non procederet ubi † teſtes eſſent lega
liſſimi, ut dicit idē ubi ſupra But. in d. c. 2. & Imol. in d. c. ſi diligenti, ta-
3 men pars certiorata de pacto, poteſt orare iudicem † vt ex ſuo officio te
ſtes examinet, & ſi cōſtat de ſolutione, non detinebit in carceribus reū
fuit ſingulare dictū Spe. de probat. §. ſi ver. reus, ſed quid ſi debitor pro
quo Io. And. ibi allegat tex. in c. ad noſtrā lo ſecondo de iur. iur. & ſequi
tur Imol. in d. c. 2. cui adde, quod dixit Bal. in ſimili in l. ampliorē 2. col.
C. de appel. de eo qui poſt didicita teſtificata in criminalibus nō poteſt
amplius probare, ut det liſtā iudici, qui ex officio illos admittet, de quo
plenius Angel. in §. quia uero in auc. de teſti. per Alex. in l. 4. §. hoc au-
tem iudicium, ff. de dam. infect. & de ueritate quæſtionis quo ad uindi-
ctam, & defenſam Aret. in tract. malefi. in verb. qui iudex dictū proceſ-
ſum Marſi. in l. 1. §. ſi quis vltimo de quæſt. Affl. in conſt. regni terminū
uitæ 11. col. & in conſt. lite legitima ubi plene uide. Mar. Freccia.

ADDITIO.

a Potius tale pactum non valere ſi fieret quòd ſolutio debiti non poſſit probari niſi
per ſcripturam; vide omnino Marſi. in rubr. C. de probat. nu. 33. quicquid con-
tradicat hic noſter author. Abb. Paul Fuſc.

QVAESTIONE QVARTA.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quòd ſolutio non poſſit probari niſi per apocham creditoris ualet*
& ampliatur num. 2.

1 QVarto quæro, an ualeat pactū † q̄ ſolutio debiti non poſſit pro-
bari per teſtes, nec per inſtrumēta, ſed ſolū per apochā ipſius
creditoris. ſubſiſto, cum poſſit imputari debitori cur potius p̄
inſtrumentū ſolutionis debiti apodixam exegerit Alber. in l.
ſi quis in cōſcribendo C. de epiſc. & cleri. Mod. in c. 1. an remo. deb. teſt.

& in

& in c.1.quid ſit inueſtit.tamen poſſet etiā implorare officium iudicis, & per pactū creditor inuitaretur ad delinquēdū, & ad hanc quæſtionē, uide q̄ ſcribunt Ang. & Sal.in auc. iubemus, C.de iud.& Sand.in d.c.ſi diligenti 3.col.cui adde omnino uidendum Bal. conſil.33.3.uol.quòd
2 † ualet pactum quòd ſolutio debiti non poſſit probari niſi per certā ſpeciem probationum, ut puta per inſtrumentum idem Ioan.And.in add. Spec.in tit.de probat. §. nunc uidendum, ver.ſed pone Mod.in l.1.§.ſi. ff.de verb.oblig.deciuſ.conſi.400.2.vol.in nouis.Mar.Freccia.

QVAESTIONE QVINTA.

SVMMARIVM.

1 *Creditor miſſus in poſſeſſionem bonorum debitoris an faciat fructus ſuos.*
2 *Opinio authoris.*

Qvinto quæro, reus ut remaneret in carceribus, non habens probationē in promptu fuit reputatus contumax, & creditor fuit miſſus in poſſeſſionē bonorū ipſius debitoris, ex primo decreto recuperabilē, infra trimeſte tēpus iuxta for
1 mam Reg. Prag. ut cōmuniter fieri ſolet, an fructus † percepti exiſtēte debitore in cōtumacia ſint ipſius creditoris, uel debitoris, & ſic quis dicatur creditor poſſeſſor uel debitor. hāc quæſtionem ponit Bened.de Garz.in tract.inſt.quarant.5.par.princ.19.q. & cōcludit miſſum facere fructus ſuos, ex quo inſtrumentū quarantigiatū habet uim ſentētiæ, & miſſus in poſſeſſionē pro exequutionē ſentētiæ lucratur fructus, ex quo poſſidet naturaliter, & ciuiliter allegat Bar.in l.a diuo pio, §.ſi ſuper rebus, ff.de re iud.& Bal.in l. conſentaneū col.pen.C.quomodo & quādo iud.in l.etiā C.de exeq. rei iud.ſic & pariformiter lucrabitur miſſus in poſſeſſionē ex primo decreto ꝓ inſtrumēto quarātigiato.
2 Ego † dico ꝙ iſti termini poſſunt adaptari ad pūctū quæſtionis propoſitæ, nā ut ſupra dixi, illa interrogatio ſuper inſtrumēto trahit ſecum exequutionē, & reo contumace perinde eſt ac ſi fuiſſet facta interrogatio, & intelligo eſſe uerum, qn̄ de per ſe inſtrumentū erat liquidū, ita ꝙ debitū ſit declaratū ex liquidatione inſtrumēti, & operatur ex ui ipſius debiti, magiſq; ex cōtumacia, ut tūc lucretur fructus, aliàs ſecus, & ideo nō poteſt procedi ad contumaciā ſuper tenorē inſtrumenti niſi uiderit iudex inſtrumētū eſſe liquidum, & nō aliter, & de hac q̄ſtione remitto me ad ea q̄ ſcribūt Bal.Sali.in auth.ei qui.C.de bon.author.iud.poſſid. Doct.in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dāno.infect. & ad ea q̄ dicit Ale.poſt alios ubi plene diſcurrit.ind.§.ſi ſuper rebus.& in l.3.§.genera.ff.de acquir.poſſ. Ang.in repet.l.nemo carcerē.C. de exactor.tribut.lib.10.vbi eſt propria materia, non tranſcribo eorū ampliſſima dicta.Mar.Freccia.

QVAE-

QVAESTIONE SEXTA.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an admittatur ab interrogatione inſtrumenti*

1 SExto quæro an in caſibus expreſſis in hac materia † poſſit appellari. Bar. dicit ꝙ ſic in l. 1. §. & parui. ff. quod ui, aut clam: Bal. ſequitur in l. hi qui ad ciuilia. C. de appell. & in l. dius. ff. de teſta. mil. & in l. 1. C. de arbi. & ſequitur Abb. in c. cum dilectus. extra. eod. titu. tamen non retardatur exequutio per appellationem, & ſic ſeruatum uidi. Mar. Freccia.

ADDI. An poſſit appellari à decreto ꝙ inſtrumētū exequatᷣ. Corn. cōſi. 221. 4. uol. & an ꝑ iſtā appellationē impediatur interrogatio ſuper inſtrumēto. Bal. ꝙ ſic. in Add. Spec. tit. de appell. verſ. ſed nūquid. cōtrarium dicit in l. fin. §. neceſſitatem. C. de bonis quæ lib. Paul. Fuſ. V. I. D.

QVESTIONE SEPTIMA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor bis ſoluens qualiter repetet.*

SEptimo quæro. debitor primo ſoluerat, poſtea citatus in ultimo perēptorio nō habēs teſtes in promptu ad hoc ne re-
1 maneret in carceribus † fuit coactus iterum ſoluere, qualiter repetat primam pecuniam. Bar. ſing. in l. Iulianus. ff. de cond. indeb. determinat primam pecuniam repeti per conditionem ſine cauſa, & ſequitur Iacob. ibi. & Anch. in c. cum Ioannes extra de fide inſtr. cum alijs ſimilibus. Mar. Freccia.

QVAESTIONE OCTAVA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſi in ſolutione defecerit in aliqua mediocri ſumma an teneatur ad pœnam.*

1 OCtauo quæro ꝗd ſi vltimo perēptorio debitor † ſoluit, deficiēte aliqua mediocri, uel uili ſumma, puta ex cētū deficiūt decē, & ſimil. an nihilominus teneatur ad pœnā de q̄ua in ritu, uide. Bal. in l. quādiu. C. de diſtr. pig. glo. & Iaſ. in auth. quare. C. de ſacr. ſanct. eccl. doct. in l. 2. C. de iur. emphi. & in l. 5. §. fin. & in l. ſtipulatione. ff. de uerb. oblig. & facit tex. in l. quanuis. ff. de cond. & demoſt. quòd præſumitur error in Moder. ſumma omiſſa. & aliquid Iaſ. in l. ſi quis maior. C. de tranſ. ferrat. Caut. 20. Bald. in c. 1. qualiter Do. Propr. Feud. prin. &c. Mar. Freccia.

PARS DECIMASEPTIMA.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio compenſationis an poſſit opponi vltimo peremptorio.*
2 *Mora an poſſit purgari in terminis huius ritus.*
3 *Deuolutio bonorum an ceſſet propter purgationem moræ.*
4 *Periurus an poſſit moram purgare.*
5 *Et quando admittatur.*

SEquitur pro cõplemẽto pars decima ſeptima,& vltima huius ritus, ſcilicet ꝙ debitor veniat cum ſacculo paratus, ſi noluerit ſtare in carceribus, ſed an in ultimo perẽptorio
1 poſſit † p ipſum opponi exceptio cõpẽſationis,uirtute alterius contractus iurati.tãgit Bened.Gar.in d. trac.3.part. 3.q.& cõcludit ꝙ nõ poteſt opponi exceptio compenſationis,& de hoc Affl.fecit duas deciſi.163.& 381.& diſtinguit inter diuitẽ, & pauperẽ. uide Fel.in c.ad noſtrã.lo pŕimo de iur.iur.Ale. conſi.12.uiſo themate. col.fi.2.uol.& conſi.91.uiſis actis.3.col.eo.uol.parabit enim in ſuo ſacculo loco pecuniæ inſtrumẽtũ ſui crediti.Vide in pdictis locis authoritates,& iura allegata.& not.ſingulariter ex hoc ritu prout ſæpius audiui à clariſſimo domino genitore meo,ꝙ nõ obſtante pœna dicta,in quanti-
2 tatibus † habet locũ purgatio moræ,per hunc ritũ, uſq; ad tẽpus litis cõteſtatę,& ſic eſt hodie in regno deciſio doct.in c.potuit locati. in l.2.C. de iur.emphi.in l.magnã.C. de contr.& cõmit. ſtipul.in l.ctſi poſt tres. ff.ſi quis cautio.& l.ſi inſulã.ff.de uerb.oblig. ſeruit de uẽtõ per hũc ritũ,& ſic uidi ſæpius conſulentẽ, & in conſilio peritorũ præfatum dñm
3 num meũ,quod eſt ſingulariter notandũ:ſed † iſta moræ purgatio non euitabit deuolutionẽ bonorũ,quæ inciderunt in commiſſum.ita par.in tract.de reintegr.feud.fol.56.ubi ſi pater nõ ſoluit cãnonẽ omnino, &
4 non procederet † quando ageretur ad pœnam incurſam propter periurium,nec mora purgaretur.ita not. dicit dominus Felix Capoſcr. de Neapoli doctor antiquus in l.datio poſſeſſionis. §.ſi per uenditorem.ff.
5 de actio.empt.& † habet locũ quando ex iuſta cauſa ſoluere non potuit in termino præfixo.per gl.in c.ſignificaſti.de pignor. aliàs ſecus.& uidetur procedere hic ritus à dictis per gl. & Archi.in c.apud miſericordes. 32.q.1.Per hæc finem facio huic opuſculo ego Mar. Freccia. V.I.D. licet indignus,anno ætatis meæ.23.doctoratus uero anno quarto. ad laudem indiuiduæ Trinitatis.Datum Neapoli 20. Mart. Die Martis.14.indict.ann.1526.Mar.Freccia.

FINIS.

PARIDIS DE PVTEO NEAPOLITANI I. C. CLARISSIMI.

TRACTATVS.

Super reaſſumptione Inſtrumentorum.

SVMMARIVM.

1 *Baſtardellus quid ſit.*
2 *Notarius debet ſcribere,& legere rogitum partibus,& teſtibus,aliàs inſtrumentum eſt nullum,& punitur de falſo.*
3 *Abbreuiatura inſtrumenti eſt quaſi ſummarius contractus,& appellatur matrix ſcripturæ,& alia quæ deinde ſumũtur dicuntur exempla.*
4 *Abbreuiatura in baſtardellis publicata fidem facit, quia eſt perfecta.*
5 *Inſtrumentũ proprium an poſſit ſumi ex ſcriptura, ita breuiate ſcripta in Baſtardello quod nõ poteſt ſenſu uel intellectu percipi quid dicere uelit?*
6 *In breuiatura ſyllaba aliquando ponitur pro dictione.*
7 *Cõtractus eſt imperfectus,ſi in abbreuiatura continetur, quòd Titius vẽdidit rem pro 10. cum hoc pacto appoſito,& nil aliud ſcriptum ſit.*
8 *Contractus eſt validus, licet in abbreuiatura deficiat verbũ promisſiuũ.*
9 *Abbreuiaturæ, recipiunt perfectionem intellectus, à forma communi,& notarij perficiunt eas in forma.*

Quid ſit baſtardellus, & multa de abbreuiaturis Protocolli: & de orationibus non perfectis, & abbreuiaturis incompletis, quas notarij propter nimiam feſtinantiam non extendunt: & de illarum extenſione, & appellatione eorum. Rubrica 1.

1 BAſtardellus † eſt ſcriptura quæ fit de cõtractu per notarium
2 continens breuem ſubſtantiam. † Qui notarius quando celebrat contractum ſcriptum in baſtardello prius debet ſcribere,& poſtea legere rogitum partibus,& teſtibus,& contractum abſolutum. l. contractus. de fide inſtru. alias inſtrumentum

eſt nullum, & punitur de falſo: Glo. ſing. in l. ex ea ſcriptura: de teſta. & facit. l. iubemus. C. eo. ſecundum Bald. & ponit idem Bald. in l. ſi veritas. C. de fideicomm. Glo. ſing. in l. fideicommiſſa. §. ſi rem.
3 de leg. 3. † Et iſta abbreuiatura eſt quaſi ſummarius caſus contractus: & appellatur matrix ſcripturæ: ſecundum Bald. in Rubr. de fide inſtr. & ſpecul. in tit. de inſtru. edi. §. poſt. in princ. dixit, quòd eſt exẽplar,
4 & alia quæ exinde ſumuntur dicuntur exempla. † Sed Nicolaus de Mata. dixit quòd abbreuiatura quæ continetur in baſtardellis non eſt publicata, & fidem de per ſe non facit. Tamen Bald. in dicta Rubr. dixit quòd licet talis abbreuiatura ſic incompleta non probet: tamen ſi ſit publicata fidem facit: quia eſt perfecta quo ad ſuas ſolennitates, & in eo in quo eſt imperfecta, vt circa accidentalia, recipit iuris & conſuetudinis interpretationem. l. verbum volo. C. de fideicomm. & l. 1. de hæred. inſtitu. de leg. 2. l. cum pater. §. imperfecta.

5 Pone † reperitur aliquid ſcriptum in baſtardello ita breuiatè quòd non poteſt ſenſu vel intellectu percepi quid dicere velit: an poſſit publicari talis contractus, vel inde ſumi inſtrumentum publicum? Spec. in titul. de inſtrum. edi. §. oſtenſo. verſic. quid ſi imbreuiatur, dixit quòd ſi ſit contractus in ſcriptis celebratus non poterit publicari per no. per Hoſti. in ſumma. eo. §. & quid de contractibus: aliàs ſi per ſcripturam præcedentem, vel ſequentem, vel per aliam eadem manu confectam in ſimili, vel eodem contractu intelligi poſſet, vel de ea fieri fides poterit publicari: arg. de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. & 2. de fund. inſtruct. l. cum de lanionis. §. aſinam, & hoc etiam tenet Io. Andr. in cap. 1. & in cap. penult. de fid. inſtrum. Et dixit not. Bald. in d. l. verbum. C. de fi-
6 deicomm. † quòd aliquando ponitur in breuiatura ſillaba pro dictione, vt ſi ſcriptum ſit ſub pœna du. ponitur pro dupli, quia aliud ſonare non poſſet. Ideo dicit ad mentem recurrendum. l. alienationis verbo. §. oratio. de ver. ſign. cap. intelligenda. extra de
7 ver. ſign. † Bald. in l. contractus. C. de fide inſtrum. dicit, quod ſi in abbreuiatura continetur, quòd Titius vendidit rem pro x. cum hoc pacto appoſito, & nihil aliud ſcriptum reperitur, quòd contractus eſt imperfectus per not. in l. is qui de teſta.

8 Vbi † abbreuiatura deficeret in verbo promiſſiuo contractus erit validus, ut ſi dicatur aſſero me debere x. tibi ex cauſa depoſiti: & non dicatur quòd promiſi tibi reſtituere, contractus erit perfectus: quia ſubauditur: arg. l. publia. ff. depo. quia illa verba dicuntur animo contrahendi. Glo. inſtit. de verb. oblig. in prin. ff. de
9 conſt. prin. l. quidam, † & facit. l. pen. de teſta. tute. vbi Bar. dixit, quòd

quòd abbreuiaturę recipiunt perfectionem, intelligitur a forma communi, & notarij perficiunt eas in forma. l. fi. C. de fideic. ſecundum Bald. in d. l. contractus, & in l. generaliter de non nu. pec. protocollum quid ſit. Corn. conſi. 315. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non poteſt ſuam abbreuiaturam extendere circa ſubſtantiam negotij, poteſt tamē exprimere intellectum contrahentium, dummodo non exprimat aliud quam viderit, & audiuerit, & vt ibi, nec per hoc ſumptum dicetur falſum.*

2 *Alius, quàm tabellio rogatus, non poteſt aliquid exprimere, uel declarare abbreuiaturam, & ſi aliter facit, vitiatur ſolummodo quod addidit vel declarauit, & ratio ibi.*

3 *Notarius non poteſt aliquid addere abbreuiaturæ factæ à contrahente, ſcribente, uel ſubſcribente.*

4 *Notarius poteſt extēdere abbreuiaturam in forma communi (ſalua ſubſtantia veritatis) ſi ei commiſsum fuerit per partes.*

5 *Notarius poteſt extendere ex ſua diſcretione, ibi.*

An, & qualiter notarius poſſit ſuam abbreuiaturam extendere & complere: & ſi quid poteſt addere cum reaſſumit in formam publicam. Rubr. 2.

1 SCias quòd † Notarius non poteſt ſuam abbreuiaturam extendere circa ſubſtantiam negotij: tamen intellectum contrahentium poteſt exprimere dummodo non exprimat aliud quàm viderit & audiuerit, licet poſſit exprimere ſolitas renunciationes, & circunſtantias apponi ſolitas in omnibus alijs inſtrumentis: nec propterea ſumptum dicetur falſum: quia ſine expreſſione habet ſolum intelle-
2 ctum. l. fin. C. de fideicomm. † Alter verò quàm tabellio rogatus non poteſt aliquid exprimere uel declarare: nam reſumunt inſtrumenta non addunt, ſed ut reperiunt tranſcribunt: & ſi facerent, non uitiaretur totum, ſed illud additum uel detractum, argu. de tranſac. l. ſi ex falſis. Bald. in rubr. de fid. inſtru. & Bart. in l. Gallus. & vide Bart. in l. argentarius. ff. de eden. & dixit Bald. in l.
3 contractus. C. de fid. inſtrum. † quòd abbreuiaturæ factæ a contrahente ſcribente vel ſubſcribente nihil poteſt addi per no. § De Iuſtiniano Cod. §. & quia, vt quod not. Bartol. in l. Gallus. §. idem.

O 2 Si

4 † Si autem partes commiſerũt notarius abbreuiaturam poteſt extendere in forma communi, ſalua ſubſtantia veritatis. l.ſi.C.de fideiuſſ.
5 & ff.de teſta.l.is qui.& Bart. in d.l.contractus, † quòd poteſt extendere ex ſua diſcretione, vel vbi eſſet dictũ, &c. etiam in antecedentibus ſecundum Bart.in d.l.Gallus:& de conſilio ſapientis ſi partes hoc promiſerunt.l.illa inſtitutio.ff.de hæred. inſtit.l.ex parte.de verb.obl.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum, an poſſit reſumi, mortuis omnibus teſtibus in eo rogatis?*
2 *Poſſeſſio ſola, victoriam tribuit poſſidenti, aduerſario aliud non probante in contrarium.*
3 *Poſſeſſio quando eſt plena, & iuſtificata, ex ea quandoque præſumitur dominium quantum eſt ad præſumptionem iuris, præſertim quando tractatur de modico præiudicio.*
4 *Pro poſſidente, ſemper præſumitur.*
5 *Quis præſumitur poſſidere rem ex titulo, quo aſſerit ſe poſſidere.*
6 *Poſſidens poſt contractum, Domino ſciente, & patiente, intelligitur per eundem in poſſeſſionem inductus. idem ſi Dominus non contradicat.*
7 *Sufficit quem eſſe in poſſeſſione, quia præſumitur ex titulo præambulo de voluntate concedentis.*
8 *Quis præſumitur habere poſſeſſionem, à quo habet titulum.*
9 *Poſſeſſio talis præſumitur, qualis eſt titulus præcedens.*
10 *Poſſeſſio quando ſimulata præſumatur.*
11 *Solennitas præſumitur ex longa poſſeſſione.*
12 *Abbreuiatura, vnius contractus, in qua quis promiſit facere quietationem alicui pro certa re, ſi reperiatur in protocollis notarij, licet non ſit in mundum redacta, probat contra illum, qui promiſſit facere quietationem, & ratio ibi.*
13 *Poſſeſſio facit præſumi pro ſcriptura de ea faciente mentionem.*
14 *Præſumptiones legum ſufficiunt ad probationem.*
15 *Conſtitutio Principis, quæ ponit certos modos probandi, non excludit modos generales iuris communis, quia leges non corriguntur, niſi expreſsè dicatur.*
16 *Leges non corriguntur niſi expreſsè dicatur.*
17 *Conſtitutio anguſtans probationes, quæ fiunt per inſtrumenta, non anguſtat probationes teſtium & ſic quod alijs modis probari non poſſit.*
18 *Statutum ſi requirat probationem inſtrumentalem, ſufficiet præſumptio legis.*
19 *Conſtitutio, in hoc caſu, licet requirat duos teſtes ſuperuiuere ad reſumendũ inſtrumentũ, non per hoc excludit alias probationes iuris, ratio ibi.*

Forma

20 Forma procedendi in tali reſumptione, qualis eſſe debeat. ne rerum ueritas pereat. quando poßunt haberi probationes, circa notitiam ſcripturæ, notarij præmortui, per notarios, uel alios teſtes. Et qualis quando non ſupereßent notarij qui cognoſcerent manum notarij præmortui.

21 Forma antiqui iuris, probatur per productionem antiquorũ inſtrumẽtorũ.

21 Notarij auctoritas, probatur per multitudinem ſcripturarum ipſius, in iudicio productarum.

An mortuis omnibus teſtibus rogatis in inſtrumento emptionis prædij, ſi reperiatur petens reſumptionem poſſidere ſua bona, poſſit ratione præſentis fieri reſumptio inſtrumenti.

Rubrica 3.

1 DIc quòd † poteſt reſumi auctoritate iudiciaria per alium
notarium, licet non viuat qui rogatus fuit. Et primo,
quia quamuis conſtitutio regni baiulos requirat ſuper-
uiuere duos teſtes, vt reſumi poſſit ad probationem
contractus non ad ſolennitatem vt ibi in tex. dicitur,
non tamen excludit aliud genus probationis æquipollens teſtibus vt
2 infra dicetur. † Et ſic cum poſſeſſio ſola victoriam tribuat poſſidenti
aduerſario aliud non probante in contrarium, vt inſt. de interdic. §. Cõ
modum. ff. ſi vſufr. pet. l. vii frui. §. vtrum de rei vend. l. in ſpeciali, &
3 dixit Bald. in l. 2. C. de probat. † quòd quantum ad præſumptionem
iuris ex poſſeſſione quandoque præſumitur dominium, vt quando
poſſeſſio eſt plena, vt iuſtificata per titulum, præſertim quando tracta
4 tur de modico præiudicio. not. in l. pen. de cond. inſti. † quia pro poſ-
5 ſidente præſumitur, † & quis præſumitur poſſidere rem ex titul.
quo aſſerit ſe poſſidere. ff. de rei vend. l. quædam mulier. vbi glo. or-
6 din. & ſatis not. & in l. 2. C. de acqui. poſſ. per doct. vbi Bal. dixit, † ꝙ
qui domino ſciente & patiente poſt contractum poſſidet, intelligi-
tur per eundem in poſſeſſionem inductus per illum text. & idem
7 ſi non contradicat, leg. nec ex vera. eod. titul. dicens † quòd ſuffi-
cit quem reperiri in poſſeſſione, quia præſumitur ex titulo præam-
bulo de voluntate concedentis. d. leg. quædam mulier. vbi Bald.
8 dixit, † quòd à quo quis habet titulum præſumitur habere poſſeſ-
9 ſionem per gloſſ. ibi, & Bar. in l. Celſus de vſucap. † Et talis præſumi-
tur poſſeſſio qualis eſt titulus præcedens. leg. ſi à te. ſi ſeru. vend. &
10 quod Bar. dixit in conſi. 69. incip. præponitur quòd Ioannellus, † ubi
dicitur quòd filio illius qui alienauit omnia bona ſua in amicum,

vt deinde amicus illa donet filio ſuo , quòd ſi filius reperitur illa
poſſidere, quòd iſta poſſeſſio eſt coniectura quòd illa venditio fuerit
ſimulata & ficta: quia filius iſte præſumitur ex illa cauſa poſſidere. Et
11 dicit Bald. in c. 1. an agna. † quòd ex longa poſſeſſione præſumitur
ſolennitas, & hoc etiam firmat Petrus de Anch. in conſil. 243. incip.
12 prius de viribus probationis, † vbi tenet quòd ſi reperiatur abbreuia-
tura vnius contractus in protocollis notarij, in qua quis promiſit fa-
cere quietationem alicui pro certa re ſibi tradita, quòd licet non
ſit in mundum redacta talis abbreuiatura, quòd probat contra il-
lum qui promiſit facere quietationem, quia præſumitur ex dicta
cauſa quietationis poſſidere dictam rem. ar. d. l. quædam mulier,
13 † ubi etiam dixit, quòd poſſeſſio facit præſumi pro ſcriptura de
ea faciente mentionem. Sic ergo in caſu noſtro poſſeſſio iſtius fa-
ciet præſumi pro ſua ſcriptura quæ de ea mentionem facit, quòd ſit
vera per euidentiam facti quia poſſidet & à dicto tempore poſſe-
dit. Cum ergo iſte longo tempore poſſederit patiente venditore &
fructus perceperit: ex hac poſſeſſione præſumitur pro dicta ſcriptura
14 protocolli, quoniam verificatur per prædicta. † Iſtæ enim legum
præſumptiones ſufficiunt ad probationem. leg. licet Imperator. ff. de
leg. de excuſat. tut. leg. excuſantur. in prin. Cano. in cap. quia ue-
riſimile de pręſumptio. Et licet dicta conſtitutio baiulos, requirat
duos teſtes ſuperuiuere ad probationem geſtorum: tamen non
excludit alias probationes iuris vt tenet Andr. de Iſer. in titul. de
prohib. feu. alie. per Fed. in §. præterea. verſicul. Item quæro an.
15 demanialia. vbi dixit quòd † conſtitutio principis quæ ponit certos
modos probandi non excludit modos generales iuris communis,
16 † quia ll. non corriguntur niſi expreſsè dicatur. In authen. quibus
mo. nat. effi. §. tribus, & l. ſi quando de inoffi. teſtamen. & ſentit
Iſern. in conſtitu. In cauſa depoſiti in odioſis & probationem an-
guſtantibus: & in conſtitu. inſtrumentorum robur, vbi dixit
17 † quòd illa conſtitutio anguſtans probationes quæ fiunt per inſtru-
menta, non anguſtat probationes teſtium, & ſic quod in alijs mo-
dis probari non poſſit. Accedat quod no. dixit Bald. in l. 1. C. de fi-
18 deicom. vbi dixit † quod ſi ſtatutum requirat probationem inſtru-
mentalem, quod tunc ſufficiet præſumptio legis. ar. leg. 3. de apo.
pub. lib. 10. & per no. in l. ſi tutor. de peric. tuto. & per not. in l.
2. C. de ingen. manu. ar. ff. de ſerui. l. ſeruitus ruſticorum, & per
cap. peruenit extra de cenſi. & de cauſa poſſ. & propr. cap. cum ec-
19 cleſia. Sic in caſu noſtro † cum conſtitutio baiulos, quo ad reſu-
mendum requirat duos teſtes ſuperuiuere, non per hoc excludit
alias probationes iuris. Iſtæ enim abbreuiaturæ antequam in for-
mam publicam redigantur, & eis fides imponatur per eum qui

fuit

fuit rogatus, vel per alterum cui iudex commiſit, ſunt priuatæ ſcripturæ: & ideo requirunt adminicula aliarum probationum
20 mortuo eo qui fuit rogatus. Erit † ergo forma procedendi in tali reſumptione quòd citabitur is cuius intereſt, vel poterit intereſſe: & fiet examinatio & recognitio notariorum ciuitatis, vel aliorum literatorum teſtium qui habeant notitiam ſcripturæ propriæ manus illius notarij, qui dicitur rogatus, qualiter abbreuiatura eſt in protocolo illius notarij ſcripta eius manu propria: quòd fuit notarius bonæ famæ temporibus quibus vixit: & oportebit probari quòd is qui petit reaſſumi poſsidet dictam rem: aduerſario nihil efficax in contrarium probante, iudex delegatus, vel ordinarius interponit decretum cum dictæ cauſæ cognitione dictam abbreuiaturam eſſe in publicam formam redigendam ad cautelam & probationem tituli dicti poſſeſſoris, ne rerum ueritas pereat: & mandabitur per ipſum iudicem alicui notario regionis habente poteſtatem reſumendi, & ubi nullus fuerit, alteri cognoſcenti manum ipſius notarij, vel alteri notario idoneo vt reſumat dictum inſtrumentum auctoritate iudicis mandantis, & ſubſcribi faciat aliquem iudicem habentem poteſtatem ſe ſubſcribendi in locum iudicum mortuorum, vt ſe ſubſcribat loco iudicis præmortui, ac etiam ſubſcribi faciat duos vel tres teſtes cognoſcentes manum propriam dicti notarij præmortui, qui non fateantur, &c. Iudexque decernat eſſe fidem tali inſtrumento auctoritate iudiciaria ſumpto in iudicijs & extra, & quòd aſſignetur in poſſe poſſeſſoris ſalario mediante. Tamen ubi non ſupereſſent notarij literati, vel notarij in ciuitate uel prouinciæ qui cognoſcant manum dicti notarij præmortui, tunc erit recurrendum ad alia inſtrumenta dicti notarij quæ in eius vita reſumpta, & eſſent ſignata eius proprio ſigillo, & ſubſcripta manu iudicis ad contractus & teſtium in numero opportuno: quæ facta comparatione literarum abbreuiaturæ publicatæ & inſtrumenti publicati roborati fidem faciat per notata. in leg. comparationes. C. de fide inſtrum. & per not. per Ang. in leg. fin.
21 C. de teſta. in uerſic. docueris, vbi dixit † quòd ad probationem formæ antiq. iuris ſufficit productio antiquorum inſtrumento-
22 rum. † Et dixit Innoc. in cap. 1. de fid. inſtrum. quòd auctoritas notarij probatur per multitudinem ſcripturarum ipſius in iudicio productarum: & ſequitur Ang. in conſ. 139. incip. ſtatutum prędictum.

SUMMARIUM.

1 *Notarius an poſſit in publicam formam reſumere inſtrumentum con-*

contractus, in quo, ex protocollo apparet talis clauſula, de voluntate partium quòd ipſe notarius poſſet reſumere vnum, duo, & plura inſtrumenta, parte citata, vel non iudice, & omnibus teſtibus viuentibus, vel mortuis, & vt ibi.

2 *Conſenſus partium ſufficit, ad faciendum inſtrumentum.*

3 *Scripturæ factæ de voluntate partium ſtatur inter eas.*

4 *Omnis ſolennitas a ſtatuto inducta eſt iuris publici.*

5 *Omnia quæ ſunt ſtatuta ad ſolennitatem formalem actus pro bono publico ſunt introducta, cui ſolennitati, vel formæ bonum publicum continenti, non poteſt pacto partium derogari.*

6 *Standum eſt ei quod ex forma ſtatuti diſponitur.*

7 *Inſtrumenti exemplatio, de conſenſu partium non valet ſine iudice.*

8 *Probationum facultas non poteſt anguſtari pacto contrahentium.*

9 *Pactum per quod non licet probare ſolutionem debiti, niſi per inſtrumentum publicum non valet.*

10 *Reſumptio inſtrumenti non valet, omiſſa forma, quæ requiritur.*

11 *Partes non poſſunt tribuere inſtrumentis, publicam formam, ſine iudice, nec dare plenam fidem.*

12 *Conſenſus partium non poteſt derogare ſtatuto.*

13 *Sententia quæ non tenet poteſt partium conſenſu vi pacti valere.*

Quando extat clauſula in protocollo quòd notarius poſſit reſumere vnum & duo inſtrumenta mortuis omnibus citatis & non citatis. Rubr. 4.

1 DVo adinuicem † contraxerunt mediante publico inſtrumento quod non fuit in formam publicam reſumptum in uita notarij: & deinde mortui ſunt teſtes omnes rogati, & iudex, & reperitur in protocollo hæc clauſula appoſita de volūtate partium tempore celebrati cōtractus, videlicet quòd notarius ipſe poſſit reſumere vnum, duo, & plura inſtrumenta parte citata vel non, iudice & omnibus teſtibus viuentibus vel mortuis, prout in aliquibus inſtrumentis videmus: an poſſit notarius dictum contractum in formam publicam reſumere: & videtur quòd ſic ratione conuentionis ſpeciali-
2 ter factæ a partibus, † quia conſenſus partium ſufficit ad faciendum inſtrumentū. l. contractus. de fide inſtru. & in auth. de inſtru. cau. & fid.
3 & in tit. de tabell. † & ſtatur ſcripturæ factæ de voluntate partium inter eas, C. eod. l. inſtrumenta: tamen dico contrarium, quia omnis ſo-
4 lēnitas à ſtatuto inducta eſt iuris publici. l. nemo † poteſt. de le. j. de te-
5 ſta l. non dubium. Bal. in l. ius publicum de pac. † & omnia quæ ſunt ad ſolennitatem formalem actus ſtatuta, ſunt pro bono publico introducta,

ducta, cui ſolennitati vel formæ bonum publicum continenti non po
teſt pacto partium derogari. ff. de poſtul.l.quos prohibet.l. j.ff.de teſt.
6 Cy.& alij in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac. † Nam ei quod ex for
ma ſtatuti diſponitur ſtandum eſt.l. 3.§.quid ſi lex.de ſepul. viola.l.o-
mnes populi,& l.cunctos populos:& dixit Specu.titul.de inſtru.edi.§.
7 oſtenſo.uer.hoc etiam no.in 20.col. † quòd ſi partes exemplationi in-
ſtrumenti conſentiant ſine iudice quòd non valet: per cap.ſi inſtru-
mentum extra. eo. vbi Io. Andr. latè dixit ſcripſiſſe. Nam cum ſit iu-
re publico introductum, ſcilicet per dictam conſtitut. baiulos, quòd
inſtrumenta ſint reſumenda cum duobus teſtibus viuentibus, nõ poſ-
ſunt partes huic conſtitutioni derogare quæ prouidet in modo publi-
candi publica inſtrumenta,per glo.ſing.in authen.vt ſine prohib. ma-
8 tr. cred. §. quia verò, † vbi dixit illa glo. quòd pacto contrahentium
9 non poteſt facultas probationum anguſtari, † & non valere pactum
quòd non liceat ſolutionem debiti probari niſi per inſtrumentum
publicum ſecundum Bald.in conſil.incip. Quidam Ioannes habuit, &
10 idem Bald. & Angel. in l. qua quiſque.ff. de eden. † & vbi aliquid eſt
de forma reſumptionis inſtrumenti non ualet quod agitur ea omiſ-
ſa. ff. mand.l. diligenter. extra de teſti. capſt.cum dilecta.in fi.de offic.
deleg.cap.cum venerabili, & dixit Inno.in ca.P.tabellio.de fid.inſtru.
11 quòd † partes non poſſunt ſine iudice tribuere inſtrumentis publi-
cam formam, ergo nec dare plenam fidem. Bald. in l. de quibus. ff.
de leg. Ang. in l. pactum inter. de pac. & dixit Bald.in l. cum mulier.
12 ſolu. mat. † quòd conſenſu partium non poteſt derogari ſtatuto. per
l. à diuo pio. ff. de rit. nup. & l. 1. ne fide. do. dentur, licet dici poſ-
13 ſit per glo. in l. 2. C. communia vtriuſque iud. † quòd tunc licet
non ualeret vi inſtrumenti publici, ualebit vi pacti inter dictas par-
tes facti, ſicut dicimus in ſententia quæ non tenuit quòd poſſit
partium conſenſu vi pacti valere, vt in d. l. 2. & Innoc. in cap.cum
contingat. de offic. deleg. & quod Barto. in l. ſi expreſſim de appell.
& uide Bartol. in l. obſeruare. in fi. de offi. proconſ. tunc pro ueritate
vide quæ habemus infra in cap. pone quòd citantur, & in c.quotidia-
na eſt q. Cum ibi remiſſis,& in cap.in omni reſumptione.

SVMMARIVM.

1 *Mulier tractans de repetitione dotis vult experiri in foro eccleſiaſtico cum protocollo, quia non habet inſtrumentum, & omnes de protocollo ſunt mortui, in quo foro cum agatur de re pia non habet locum conſtitutio regni, baiulos. an poſſit hoc facere? & poſt multa concludit quod ſic vide ibi.*

2 *Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri quando principaliter agitur pro dote.*

Proto-

3 *Protocollum in quo nullus ſuperuiuit, ex quo non facit fidem in foro ſeculari, an probet in foro eccleſiaſtico, vbi non requiritur teſtes ſuperuiuere vt reſumi poſſit?*
4 *Statutum ſi diſponat quod inſtrumento, non regiſtrato in memorialibus, non detur fides, an in foro eccleſiaſtico, inter laicos, ſuper reſtitutione vſurarum, ſit danda fides?*
5 *Conſuetudines & ſtatuta litigantium in foro eccleſiaſtico ſeruari debent, in his quæ tendunt ad deciſionem cauſarum.*
6 *Inſtrumenta quibus ex conſuetudine fides adhibetur, ſequenda ſunt per iudicem eccleſiaſticum, & quæ à ſtatuto reprobantur reſpuenda.*

An mulier cuius inſtrumentum non eſt reſumptum propter mortem omnium poſſit experiri in foro eccleſiaſtico vbi non eſt conſtitutio baiulos. Rubrica 5.

1 QVædam † mulier tractat de repetitione dotium ſuarum, non habet inſtrumentum dotium niſi quòd habet protocollum in quo omnes ſunt mortui; ueller cum protocollo experiri in foro eccleſiaſtico tanquam de re pia, in quo conſtitutio regni baiulos non obſeruatur, an poſſit hoc facere, & non obſtet ſibi dicta conſtitutio? & in hoc primo eſt dubitandum an mulier poſſit pro dote ſua principaliter agendo coram iudice eccleſiaſtico experiri: & Ioan Andr. Hoſtien. & In-
2 noc. in capi. prudentiam de donat. inter vir. & vxo. tenent † quòd quando principaliter agitur pro dote poteſt adiri iudex eccleſiaſticus, & hoc etiam tenet Io. de Imo. l. 4. ff. ſol. matr. pro quo alle-
3 gat text. in cap. ex literis de pig. † Tamen in caſu reſtat dubium ſi protocollum in quo nullus ſuperuiuit: quod aliàs non probat in foro ſeculari, probet in foro eccleſiaſtico vbi non requiritur teſtes ſu-
4 peruiuere vt reſumi poſſit per cap. cum P. tabellio. de fid. inſtru. † in quo reperio quòd Pet. de Anch. in conſil. ſuo 179. quæſiuit ſi ſtatuto ciuitatis cauetur, quòd inſtrumento non regiſtrato in memorialibus non detur fides, an in foro eccleſiaſtico inter laicos ſuper re-
5 ſtitutione vſurarum ſit danda fides, † & dixit quòd non ſit danda fides inter laicos in ijs quæ tendunt ad deciſionem cauſæ, & debent ſeruari conſuetudines & ſtatuta ipſorum in foro eccleſiaſtico litigantium notata. Bar. in l. 1. C. de ſum. trin. ad quod cap. cum ueniſſent
6 de eo qui mitt. in poſſ. cauſa rei ſer. † Sunt enim inſtrumenta quibus fides ex conſuetudine adhibetur ſequenda per iudicem eccleſiaſticum,

ſticum, c. cum dilectus: ita illa quæ a ſtatuto reprobantur, ſunt per eccleſiaſticum reſpuenda.ar.in l.contra. ff.de vulg.& pupil.Tamen dixit Petrus hoc non firmare pro certo: tamen mihi videtur opin. Bar. vbi ſupra uera, ut diximus in cap. incip. Tamen quia cauſa dotalis eſt & pia, ſatis latè concluſimus quòd illa conſtitutio non habet locum in cauſa pia vt in ca. incip. propterea poterit venire ipſa mulier.ca.cum. P.tabellio. de fid. de iure communi.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta, & protocolla, poſſunt comprobari, & foueri etiam per teſtes extraneos, veritatis ſcientes, qui non fuerunt rogati.*
2 *Inſtrumentum quandoque poteſt interpretatione iuuari.*
3 *Fides datur quandoque ſcripturæ priuatæ, cum adminiculis, ut ibi.*
4 *Inſtrumentum, mortuo notario, & teſtibus, quomodo iuuari poſſit.*

An mortuis omnibus teſtibus ſi ſuperuiuant teſtes extranei qui negotium ſciant, poſſit cum illis inſtrumentum reſumi & authenticari protocollum ad probationem rei geſtæ. Rub. 6.

1 Concludo quòd ſic † quia inſtrumenta & protocolla poſſunt comprobari & foueri etiam per teſtes extraneos ueritatis ſcientes qui non fuerunt rogati. Glo. & Bald.in auct. ſi quis vult.C.qui pot.in pig.hab. extra de fide inſtru.c.cum Ioan.& Spec. in tit.de inſtru. edi. §. reſtat.8. col.verſi.quòd ſi obijciatur de teſti. c.ex tenore, & de cõtrah.& com.
2 ſtip.l.optimam.facit extra de teſt.c.ſeries † nam inſtrumentum quandoque poteſt interpretatione iuuari l.iuriſgentium §. quod fere, ff.de pac.& facit.C.de proba.l.cum precibus, extra de fid. inſtr. cap. cum
3 tu fili. † nam ſcripturæ priuatæ quandoque datur fides cum adminiculis, l.inſtrumenta.C.de proba. quæ adminicula erunt maiora uel minora ponderatis circumſtantijs particularum principalium & ſimilibus. Spec.in d.tit. §. nunc dicendum, verſic.dicto de priuata ſcriptu-
4 ra † nam inſtrumentum mortuo notario, & teſtibus, poteſt iuuari cõparatione literarum, & etiam per teſtes extrinſecos, ut per diſcipulum notarij, uel per proſonetam qui fuit mediator contractus, uel adnumerator.Glo.ordin.per iura optima.in l.fin.C.ſi cer.pet. & quod not. in l.inſtrumenta.C.de proba.poterit etiam inſtrumẽtum probari per alia quæ diximus in præcedentibus capit.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones, de quibus ſupra non habent locum in principe.*
2 *Statutum, ſiue conſtitutio principis, contra ius commune, loquens de uno caſu, non exenditur ad alios ſimiles.*
3 *Officialis unus ſi prohibeatur, cæteri non uidentur prohibiti.*
4 *Princeps, per ſuam conſtitutionem non uidetur velle omnia iura peruertere.*
5 *Conſtitutiones, loquentes de baiulo, tanquam odioſæ, & continentes ius nouum non extenduntur ad alios.*
6 *Princeps concedendo baiulis, & eorum officio, vt ordinarijs cauſarum ciuilium, non uidetur à ſe abdicare iuriſdictionem reſumendi inſtrumenta de iure communi.*
7 *Conſtituentis perſona in generali ſermone non continetur.*
8 *Princeps dando aliquam poteſtatem alicui, non præſumitur illam dare in ſui præiudicium.*
9 *Princeps, propria conſtitutione, non ligatur.*
10 *Statutum imponens neceſſitatem certæ ſolennitatis obſeruandæ, non intelligitur ſtatuendi neceſſitatem imponere.*
11 *Nemo ſibimet poteſt imperare.*
12 *Perſona loquentis non uenit in generali ſermone.*
13 *Epiſcopus, propria conſtitutione non ligatur.*
14 *Princeps ſtatuens aliquid obſeruari in omnibus cauſis, non intelligitur de ſeipſo.*
15 *Curia magna, Capitanei, vel Iuſtitiarij, maioreſue officiciales, an ligentur per dictam conſtitutionem; Baiulos? vt debeant inſtrumenta reſumi facere quando duo teſtes ſuperuiuunt ſicut baiuli.*
16 *Ius quod in vno ſtatuitur, & in eius ſimili ſtatutum cenſetur.*

An mortuis omnibus poſſit reſumi inſtrumentum per principem vel eius delegatum non obſt. conſti. baiulos, & conſti. inſtrumentorum robur. Rubrica 7.

1 DIc † quòd dictæ conſtitutiones non habent locum in ipſo prin-
2 cipe † quia ſtatutum ſiue conſtitutio principis contra ius commune quæ loquitur de uno non extenditur ad alios caſus etiam ſimiles. argu. l. quod non ratione. ff. de legi. ſecundum Andr. de Iſer.
3 in conſtit. ſancimus. in 5. col. † quòd ſi prohibetur unus officialis cæteri

teri non uidentur prohibiti, & dixit in conſtit. ſiquis in poſterum in
4 ver.illud etiã † ꝙ princeps per ſuã cõſtitutionẽ nõ uidetur uelle om
5 nia iura peruertere.ar.l.ſi quando.C.de inoff. teſt. † Cũ ergo dictæ cõ
ſtitutiones loquãtur de baiulo tamquã odioſæ & continentes ius no-
6 uum: non extenduntur ad alios: † Præterea princeps hoc concedẽdo
baiulis & eorum officio ut ordinarijs cauſarum ciuilium: non uide-
tur a ſe iuriſd.abdicare reſumẽdi inſtrumẽta de iure communi l. pen.
ff. de offi. præſi.& c.dudum.§.nos ergo de præben.in 6.Bald.in præ
lud.feud.Nec uidetur ſibi legem imponere princeps ſtatuendo quod
baiulus debeat reſumi facere inſtrumenta notariorũ mortuorũ,quan
do ſuperuiuunt duo teſtes de rogatis ꝙ nõ poſſit ipſe princeps reſu-
mi facere de iure cõmuni ſecundũ formã.c.pe.de fid.inſtr.& l.chiro-
7 grafis.de admin.tut. † quia in generali ſermone nõ continetur perſo
na conſtituentis l.ſi mercedem.§.fi.de actio.emp.communia præd.l.
quidquid & l.inquiſitio.C.de ſolu.cum ſim.& quod Bal.in l.1.C.de
8 emanc.lib.ubi dixit † ꝙ princeps dando aliquam poteſtatem alicui
non præſumitur quod illam det in ſui præiudicium,allegat.ff.de do-
9 te præleg.l.ſi peculium.§.ſicut † nam princeps propria conſtitutione
non ligatur de ll.l. princeps, Cano. in c. canonum ſtatuta. de con-
ſtit. & in cap. mag. de uoto niſi tranſeat in contractum. l. digna. C.
de leg. & quod quis non ligetur propria conſtitutione tenet Bal. in
l.1. §. ſcimus, de lati. lib.toll. ubi refert Io. And. ita diſputaſſe, &
idem Bal. in l.ſi conſul,de adop.& in cap. 1. §. ad hoc. de pa. iur. fit.
Cy.& Bald. in l. cum ipſe. C. de contrah.emp. & dixit Lud.in conſi.
10 454. † quod ſtatutum imponens neceſſitatem certæ ſolennitatis ob-
ſeruandæ, non intelligitur ſibi ſtatuenti neceſſitatem imponere:
11 † quia nemo ſibimet poteſt imperare. ff.de arb.l.pen.ad Trebell. l.il
12 le a quo.§.tempeſtiuum † & quia in generali ſermone non uenit per
ſona loquentis.ar.ff.de pecu.leg.l.ſi peculium.§.ſicut. Ioan. And. in
13 in c.cuilibet.de reg.iur.in 6. † ubi tenet epiſcopum propria conſtitu-
tione non ligari.Et dixit ſing.And.de Iſer.in titu.de conſue. rec. feu.
14 † ꝙ ſi princeps ſtatuat aliquid deberi in omnibus cauſis obſeruari
non intelligitur de ſe ipſo ar. ff. loca.l. qui inſulam in fi. communia
15 prǽd.l.quicquid.Tamẽ ex ſupradictis uidetur reſultare dubitatio † ſi
magna Curia,uel Capitanei, uel Iuſtitiarij uel alij maiores officiales
regni ligentur dicta conſtitutione baiulos:ut debeant inſtrumẽta re-
ſumi facere quando duo teſtes ſuperuiuunt ſicut baiuli,& non aliter.
Dubium faciunt quæ ſupradicta ſunt,ut quod de uno dicitur &c. In
quo dico ꝙ dicta conſtitu. baiulos fuit Federici Imperatoris,qui etiã
condidit alias conſtitutiones regni de officio magni Iuſtitiarij quæ
ſunt octo conſtitutiones quæ tractant de iuriſd. magnæ curiæ

quo

quo tempore magna curia non cognoſcebat aliquo pacto de cauſis ciuilibus : nec etiam Iuſtitiarij, vt in conſti. regni Iuſtitiarij nomen & normam. Sed baiuli cognoſcebant tantum de cauſis ciuilibus vt in conſtitu. locorum baiulos, & in conſtitutione ad officium baiulorum cum ſequentib. Merito de magna curia & de iuſtitiarijs tunc Federicus non cogitauit: Sed quia poſteà per aliqua capitula fuit prouiſum quòd magna curia cognoſcat de ciuilibus, & ſic eſt ordinaria in ciuilibus ſicut erant baiuli dico quòd di-
16 cta magna curia ſeruabit dictam conſtitutionem: † quia illud ius quod ſtatuitur in vno, & in eius ſimili.l.fin. de compenſa.l.illud ad leg. Aquil. & facit l. in nomine domini, de offi. præfec. afri. circa fin. vbi omnia quæ competebant prædicto præſidi videntur competere eius ſubrogato: Tamẽ ſtilus regni eſt quòd ſemper aditur Rex quando omnes ſunt mortui:vel vnus tantum ſuperuiuit: qui re ſumi faciet ipſe, vel eius delegatus Regia auctoritate citatis citandis.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio regni Baiulos an afficiat inſtrumenta forenſium ? vt in caſu ibi propoſito.*

2 *Conſtitutio principis non poteſt ius ſuum ſubditi tollere in ſuo territorio.*

3 *Ius ſuum non poteſt alicui tolli per conſtitutionem principis,ſicut nec per ſtatutum.*

4 *Rex ſi facit indulgentiam de omnibus deprædationibus, & damnis datis, non extenditur contra forenſes, non ſubditos iuriſdictioni Regis.*

5 *Princeps non poteſt contra ius commune derogare probationibus forenſium.*

6 *Statutum diſponens de effectu probationum circa deciſoria non ligat niſi ſubditos ratione iuriſdictionis contractus,uel alia.*

7 *Princeps, non uult imprimere legem,niſi ſubditis ſuis.*

8 *Scriptura priuata,quæ ex conſuetudine habetur pro publica, non probat contra non ſubditos.*

9 *Conſtitutio,vel ſtatutum ubi ſimpliciter loquitur de ſolennitate actus, in ſuo territorio faciendi,quòd extenditur ad forenſes quando habeat locum in caſu dictæ conſtitutionis,& quomodo intelligatur.*

10 *Potentia probationum eſt iure publico introducta,& non anguſtanda.*

11 *Conſtitutio baiulos coarctat, & perimit facultatem probationum in caſu mortis teſtium,vt non poſſit reſumi inſtrumentum ad probationẽ rei ũ faciendam ex quo eſt odioſa,& ideò non debet extendi ad forenſes contra formam iuris contra quos conſtitutio vel ſtatutum nihil poteſt.*

Sta-

12 *Statutum loquẽs ſimpliciter, & indefinite, an habeat locum in forenſibus ibi reſidentibus.*

13 *Actus debet intelligi ut potius ualeat, quàm pereat.*

An conſtitutio Regni baiulos quæ loquitur in inſtrumentis reſumendis habeat locum inter forenſes in Regno contrahentes. Rubrica 8.

1 DVo † Mercatores Florentini ad inuicem contraxerunt in ciuitate Neapol. & vnus promiſit alteri ſoluere Florentiæ, vel in regno certam pecuniæ quantitatem: vel Florentinus contraxit cum regnicola cui ſe debitorem conſtituit: & fuit inter eos inſtrumentum celebratum per notarium & teſtes. Deinde moriuntur omnes teſtes. petitur à creditore reſumi inſtrumentum in formam publicam, vt poſſit ius ſuum proſequi. Opponitur per debitorem quòd non poteſt reſumi per conſtitu. regni baiulos. Replicatur, quòd illa conſtitutio non afficit inſtrumentra forenſium, & ideo dicitur quòd de inre communi poſſit inſtrumentum reſumi quod vbique viget & in terra contrahentium prædictorum. Quæritur quid iuris? Dic quòd tale inſtrumentum poterit reſumi in formam publicã ſeruata ſolennitate iuris cõmunis, licet omnes teſtes ſint mortui per notata in l. chirographis. ff. de admini. tuto. & in c. pen. de fi. inſtrum.

2 † Et primo non ob. quia conſtitutio principis non poteſt ius nõ ſubditi tollere in ſuo territorio per notata in l. 1. in fi. de tu. & cur. dat. ab his, & in l. etiam. ff. de tut. & in l. fi. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. 1. in fi. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. & eſt communis ſententia in l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & fi. & in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure, & Cy. & Bal. in l. 1. C. quæ ſit long. conſue. & ſpec. in titu. de ſent. §. qualiter, ver. Item poteſt, & quod habetur in c. canonum ſtatuta: de cõſtit. & Bal. in l. 2. C. qui ad lib. & in l. defunctus, de ſuis & leg. facit. l. teſcri-

3 pto. §. fi. de mune. & honor. Nam † per conſtitutionem principis ſicut nec per ſtatutum non poteſt tolli ius ſuum alicui, l. ſi priuatus, ff. qui, & à quibus, & in l. venditor, §. ſi conſtat. cõmunia præd. Bar. in procem. digeſtorum & in leg. fin. C. ſi contra ius vel vtili. publicam, & in cap. quæ in eccleſiarũ, de conſtit. per quæ iura fuit pluries in

4 Regio conſilio deciſum per diffinitiuam ſententiam † quòd ſi rex facit indulgentiam de omnibus deprędationibus, & damnis datis, quòd non extenditur contra forenſes non ſubditos iuriſd. re-

5 gis: quia iura forenſium tollere non poteſt † ita in caſu noſtro non

poteſt

poteſt princeps contra ius commune derogare probationibus forenſium: nam auferendo probationes videtur tollere debitum & cum eo non probante reus abſoluatur l. qui accuſare. C. de eden. cum ſimi.
6 Item † ſtatutum diſponens de effectu probationum circa deciſoria non ligat, niſi ſubditos ratione iuriſd. contractus uel alia. Bal. poſt Cyn. in l. 1. in fi. C. quæ ſit long. conſue. & in c. quod clericus. de foro compet. & per gloſſ. in l. 1. de emanc. lib. & Specu. in titu. de conſtitu. §. 3. licet ſecus ſit circa iudiciarium ordinem qui eſt iuriſdictionis ſecundum doc. in d. locis. Et dixit Bald. in d. l. 1.
7 C. de ſum. Trin. † quod princeps non vult legem imponere,
8 niſi ſubditis ſuis, & Bald. poſt Cy. in l. ix. C. de proba. † quod ſcriptura priuata quæ ex conſuetudine habetur pro publica non probat contra non ſubditos, & idem Bal. in Rub. de fid. inſtru. Et ſic concluditur quod tale inſtrumentum poterit reſumi ſeruata ſolennitate iuris communis.
9 Non ob. ſi dicatur † quod ubi conſtitutio, uel ſtatutum ſimpliciter loquitur de ſolennitate actus in ſuo territorio faciendi quod extendatur ad forenſes, ar. l. 2. C. quemadmod. teſta. aperia. & l. ſi fundus de euic. quia non habet locum in caſu d. conſtitutionis quę requirit duos teſtes ſuperuiuere non ad ſolennitatem inſtrumenti, ſed ad probationem contractus in inſtrumento contenti, vt expreſſe dicit tex. dictæ conſtitutionis, nam ipſa conſtitutio coarctat & perimit facultatem probationum in caſu mortis teſtium, vt non poſſit reſumi inſtrumentum ad probationem rerum faciendam, ergo eſt odio
10 ſa † quia probationum potentia eſt iure publico introducta & non
11 † anguſtanda. ff. de teſti. l. 1. in prin. l. quoniam. C. de hęre. in fi. ergo cum ſit odioſa, non debet contra formam iuris extendi ad forenſes contra quos conſtitutio, vel ſtatutum nihil poteſt per iura prędicta.
12 Nec ob. ſi dicatur † quod Bar. in l. cunctos populos, in x. col. uer. circa ſecundum dixit quod ſtatutum quod loquitur ſimpliciter & indefinite habet locum in forenſibus ibi reſidentibus per l. 2. C. quemadmo. teſt. aperia. quia loquitur in ijs quæ ſunt de uoluntaria iuriſd. per gloſſ. in l. 1. C. de emancip. lib. ac etiam Bar. loquitur circa ſolennitates iudiciorum, vt circa proceſſum cauſæ ſecundum quod dicit d. l. 2. ubi dicit Bal. quod quantum ad proceſſum cauſæ ſeruatur locus iudicij, ſeu conſuetudo fori: ſecus quo ad ſubſtantiam contractus uel teſtamenti cum etiam Bar. loquatur quotiens tractamus de validitate actus fauore forenſis, ut eius contractus vel teſtamentum ualeat: non autem quando tractaremus de inualidando actu geſto in eius fauorem, quia tunc ſtatutum non poteſt
13 prejudicare forenſi: ut ſupra eſt dictum † & debemus potius intel-
ligere

ligere vt actus valeat magiſquã pereat:ar. l. Barbarius cum ibi notatis de offic.prӕto.cum ſimi.& hoc videtur ſentire ibi Bar.in antecedenti verſ.vbi dicit quòd attendi debet quando eſt conſuetudo vtilis bona & fauorabilis forenſibus.Et ſic Bar.loquitur vbi eſſet fauor forenſium: non autem damnum,uel prӕiudicium iurium ipſorum: per notata per Bald.in l.ſi Rufinus . C. de teſta. mili. Et ſic aduertendum quòd Bar in d.l.cunctos populos hoc videtur ſentire: quia loquitur de forenſe reſidente in ſua ciuitate: & ſic quòd ſit ciuis, & ciuilitas in fauorabilibus ſi bi proſit,& non obſit in damnoſis:ex quibus concluditur dictam conſtitutionem non extendi contra forenſes.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta eccleſiarum , & eccleſiaſticarum perſonarum contrahentium in regno, coram notario Regio poſſunt reſumi mortuis omnibus teſtibus,iudice,& notario ſecundum formam.c.pen.de fi.inſtr.non obſtante conſtitutione regni baiulos.*

2 *Statuta laicorum non ligant,nec includunt clericos,& eorum bona,quando incluſio eſſet odioſa.*

3 *Conſtitutiones laicorum,non includunt eccleſias , nec eccleſiaſticas perſonas etiam ſi ſint fauorabiles,niſi ſint per eccleſiam approbatӕ.*

4 *Clericus hӕres non ligatur per ſtatutum diſponens,quod inſtrumenta teſtamen.non inſinuata,infra ſex menſes per hӕredem non ualeant.*

5 *Statutum quo mulier prohibetur contrahere ſine conſenſu alicuius,non habet locum in teſtamento,uel in contractu ad pias cauſas.*

An inſtrumenta eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum poſſint reſumi omnibus mortuis , officio iudicis & ſecundum iuris communis formam. Rubrica. 9.

1 AN inſtrumenta † eccleſiarum , & eccleſiaſticarum perſonarum contrahentium in regno coram notario Regio poſſint reſumi mortuis omnibus teſtibus iudice , & notario ſecundum formam c.pe.de fide inſtru. non obſtã-
2 te conſtitu. Regni baiulos? in quo dic quòd ſic † quia ſtatuta laicorũ non ligant,nec includũt clericos,& eorum bona, quando eſſet inclu-
3 ſio odioſa ſecundum Bal.in auc.caſſa.C.de ſacro ſan.eccl. imo conſtitutiones laicorum non includunt eccleſias,vel eccleſiaſticas perſonas

etiam ſi ſint fauorabiles, niſi ſint per eccleſiam approbata ſecundum Ioan. And. in cap. fi. de no. ope. nun. & in cap. eccleſia Sanctæ
4 Mariæ de conſtitut. & dixit Bald. in dict. auct. caſſa. quòd ſi † ſtatutum ſit quòd inſtrumenta teſtamenti non inſinuata ſupra ſex menſes per hæredem, non valeant: quòd ſi clericus eſt hæres non ligatur
5 ſtatuto tali: & dixit idem Bald. in l. cunctos populos † quòd ſtatutum quo mulier prohibetur contrahere, ſine conſenſu alicuius non habebit locum in teſtamento, vel in contractu ad pias cauſas. Cumula hic alia quę habes in dict. auct. caſſa: & in capit. eccleſia Sanc. Mar. faciunt quæ dicta ſunt ſupra proximo cap. vbi vide, & vide per Cano. in capit. canonum ſtatuta: de conſtitut. & latius per Lapum, allegatione 92. & vide in capit. quod clericis de foro compet. & vide ad ſaturitatem Neapolitanum in prima conſuetudine ciuitatis Neapol. in ver. tenent, & uide in cap. proxime ſequen. vide omnino.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio principis vel ſtatutum, nunquam eſt interpretanda contra publicam vtilitatem.*
2 *Statuta terrarum nunquam taliter interpretantur, ut tollant id, quod eſt vtile reipublicæ.*
3 *Multa recepta ſunt pro publica vtilitate, contra ſubtilem rationem diſputandi in iure ciuili.*
4 *Iura publica nunquam veniunt in generalitate, quando generalitas eſt damnoſa publico.*
5 *Iura publica, nunquam veniunt in generali arbitrio.*
6 *Priuilegium generaliter indultum, nunquam excludit caſum publicæ vtilitatis.*
7 *Priuilegio dato propter publicam vtilitatem, non præiudicatur, per clauſulam (non obſtante.)*
8 *Collecta non uidetur remiſſa, propter publicam vtilitatem.*
9 *Remiſſio nunciationis noui operis facti in loco publico, non tenet ſuper iure publico.*
10 *Statuta non reſtringuntur, ubi tractatur publica vtilitas.*
11 *Publica utilitas, quot modis dicatur.*
12 *Caſus publicæ utilitatis, ſemper à prohibitione aliqua videtur exceptus.*
13 *Fiſcus, & reſpublica generaliter loquendo, & comparantur, & idem ſunt in effectu.*
14 *Fiſcus aliquando aliud eſt, & aliud reſpublica.*
15 *Conſtitutio regni baiulos non habet locum in inſtrumento fiſcali, neque feudali, neque pupilliorum, & debilium qui æquiparantur, & æquiparantur reipublicæ.*

Inſtru-

16 *Inſtrumenta pupillorum & debilium æquiparantur.*
17 *Practica, quam ſequi debet iudex circa interpoſitionem decreti ad protocollum ſcriptum manu notarij qui fuit bonæ famæ, & ut latius ibi.*
18 *Teſtamentum aperitur coram viris probis, vel alijs teſtibus ſurrogandis, mortuis vel deficientibus teſtibus rogatis in teſtamento.*

An conſtitutio regni baiulos habeat locum in inſtrumentis ius publicum concernentibus, uel in cauſis fiſcalibus, vel in feudis, vel pupillorum vel debilium. Rubrica 10.

1 Dico † primo quòd conſti. principis, vel ſtatutum nũquam eſt interpretanda contra publicam vtilitatem tex. eſt ualde no. in l. 3. & 2. quoque alias. §. vtrum. ff. ad Sylla. ſecũdum Bar. & Bal. qui dicunt eſſe meliorem de iure, & dixit Bal. in l. 2.
2 C. an ſeruus ex ſuo fact. † quòd ſtatuta terrarum nunquam taliter in
3 terpretantur, vt tollant id quod eſt utile reipub. † nam pro publica vtilitate multa cõtra ſubtilem rationem diſputãdi iure ciuili recepta ſunt
4 ff. ad l. Aq. l. Ita vulneratus. §. ita tamen. Itẽ † iura publica nunquam veniunt in generalitate quãdo generalitas eſſet damnoſa publico. l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. Per quem tex. dixit Bal. In Rub. de
5 cõttahen. emp. † quòd iura publica nunquã ueniunt in generali arbi
6 trio, & aliquid per Bal. in rub. de rer. diuiſ. Nam etiam † priuilegiũ generaliter indultũ nunquam excludit caſum publicæ utilitatis l. Iubemus, la prima. C. de ſacroſanct. eccl. & in l. Iubemus de nauicu. non excuſ. & in l. 1. vt ab empt. ſpecierum: & l. nullus de decurio. & in c. non
7 minus de immu. eccl. ſecundũ Bal. in d. l. Iubemus. Adeo † quòd priuilegio dato propter publicã utilitatem nõ præiudicatur propter clauſu
8 lã non obſtante. Cy. in l. ſi ex toto de l. 1. vbi dicit, quòd † nõ videtur remiſſa collecta propter publicã utilitatẽ. Bal. et Io. And. in tit. de cõſt. §. nunc videndum uerſi. vnitas & Ant. de But. in c. peruenit de cenſi. facit text. in c. 2. de feu. & quod not. Bart. in l. iuriſgentium §. ſi paci-
9 ſcar. ff. de pac. Vbi dixit † quòd ſuper iure publico non tenet remiſſio nunciationis noui operis facti in loco publico, & vide Bal. in l. omnes populi in ff. de iuſt. & iure. vbi etiam dixit Bar. In ver. ſecũdo quæ
10 ro in 4. carta, † quòd ſtatuta non reſtringuntur vbi tractatur publica
11 vtilitas argu. l. 1. §. vtrum. ff. ad Sylla. † Dicitur enim publica utilitas multis modis ſecundum Bald. in l. 1. ff. de iuſtit. & iure. & in d. l. ius
12 publicum. † Et dixit Bar. in leg. cum nauicul. C. de nauic. li. 11. quòd

caſus publicæ vtilitatis ſemper à prohibitione aliqua videtur exceptus:Cum ergo de iure ciuili,& canonico fuerit introductum, quòd inſtrumenta poſſint reſumi mortuis teſtibus vt in c.cum.p.tabellio de fid. inſtru. & in l. chyrografis.ff.de admi. tuto. & ſuperueniſſet conſtit. regni baiulos anguſtans probationes: Dico quòd non comprehendit caſus reipu.dannoſos. Per quę iura aliàs conſului Neapoli cũ fuiſſet celebratum inſtrumentum inter duos Magnates, quòd certa vinella intra ciuitatem exiſtens prope domos ipſorum, deberet claudi ad beneplacitum eorũ: & vna pars produceret protocollum illius inſtrumenti in quo omnes erant mortui, quòd potuiſſet in formam publicam ſumi non obſtante illa conſtitut. quia concernebat ius pu-
13 blicum, & idem dico de ſecundo ſcilicet de cauſis fiſcalibus † nam fiſcus & reſp.generaliter loquendo de re pub.& comparantur, & idẽ ſunt in effectu Bar.in rub.de iure fiſ.l.in prouincijs, C. de muner.&
14 honor.libr. 10.† licet aliquando in ſpecie aliud ſit fiſcus & aliud ſit reſpub.l.ſi pignus.C. qui potio. in pig.& in l. ſi hypothecas, de rem
15 pig.Et per prędicta potes concludere, † ꝙ dicta conſtitutio non habet locum in inſtrumẽto fiſcali, & ꝙ reſumi poteſt ſecundum formã iuris cõmunis: Et ſimiliter dicendum eſſet ſi eſſet inſtrumentũ feudi vel rerum feudalium: quia omnia feuda ſunt publica, tex. cum gl. in conſt.regni.quadriginalem,& in conſtit.regni. Si dubitatio. In verſ. communi iure.Cum glo.mag.in ver.adhuc cauſam fiſci. ar. de exhibend. reis, §.optimè: & idem attentari & dici poſſet in inſtrumentis
16 † pupillorum & debilium qui æquiperantur ſecundum Andr. in conſtitu. regni, iuſti cultoris, & in conſt. regni, lege præſenti: qui ſunt fauorabiles, & æquiparantur reip.leg.rei pub.C.quibus ex cau. maio.& in l.1. de iure reip.vt eorum inſtrumenta reſumantur de iure
17 cõmuni,† & erit tunc Practica talis:Quia nũc iudex ordinarius vel delegatus habita cognitione, & citata parte,& conſtito ꝙ protocollũ ſit ſcriptũ manu notarij qui fuit rogatus,ꝙ fuerit bonæ famę, & ſiat in eo ſubſtantialia inſtrumenti,interponet decretũ rei pub. vel fiſci expoſcente fauore ꝙ per alium notariũ habentẽ poteſtatẽ reſumẽdi acta notariorũ præmortuorũ, vel per alterum notariũ idoneũ reformetur in formã publicã,mando etiam alicui iudici ad cõtractus habẽti poteſtatem ſubſcribendi in locum iudicum mortuorum, vel alteri idoneo iudici, & duobus vel tribus teſtibus cognoſcentibus manum dicti notarij mortui, decernendo quòd dicto inſtrumento taliter reſumpto detur fides, ac ſi ſcriptum fuiſſet per notarium præmortuum qui rogatus fuit à partibus. & hæc practica ſumitur ex dicta conſti. Baiulos, & ex leg.2.ff. quemad.teſta.aperia. & C. eod.leg.2.
18 in quibus dicitur † quòd mortuis, vel deficientibus teſtibus rogatis

in

in teſtamento aperietur teſtamentum coram viris probis: vel coram alijs teſtibus ſubrogandis. Ex quibus iuribus d. conſtitutio quoad ſubſcriptionem alterius iudicis qui non interfuit & teſtium mortuorum originem habuit: Et ſic per tale decretum erit etiam conſultum conſtitutioni inſtrumentorum robur. quæ requirit ſubſcriptionem iudicis, & teſtium in inſtrumentis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor petens inſtrumentum publicum mutui, redigi in publicam formam, mortuis notario, iudice, & teſtibus, vt in caſu, latè propoſito, an debeat exaudiri: concludit poſt multa, quod ſic. uide ibi per totum capitulum.*

2 *Forma, & effectus, vbi diſcrepant inter ſe, in ratione formæ, tanquam potentioris actus nomen aſſumit à forma.*

3 *Forma certa, à ſtatuto tradita, eſt punctaliter ſeruanda.*

4 *Recedi non debet à forma legis, vel ſtatuti: quia forma, eſt legis ordinata diſpoſitio, ueros habens fines.*

5 *Actus, eſt ipſo iure nullus, ſi non ſeruatur certus ordo, datus à Papa.*

6 *Iuſtitia contractus deficit, deficiente probatione ſubſtantiali.*

7 *Conſtitutio Principis, uel ſtatutum, poteſt inducere, quòd inſtrumenta debeant certo modo confici.*

8 *Conſtitutio, quæ loquitur de probatione inſtrumentali, non excludit alias probationes ſimiles.*

9 *Caſus, à ſtatuto omiſſus, remanet in diſpoſitione iuris communis.*

10 *Recurrendum eſt ad ius commune, quando ceſſat ius municipale.*

11 *Notarius dicitur, Iudex carthularius.*

12 *Confeſſio parte præſente facta, eſt efficacior probatio, quæ ſit.*

13 *Probatio per inſtrumentum publicum, non eſt maior probatio, quàm per confeſſionem.*

14 *Partes uidentur contractum approbare, qui inter eas præceſſit, ſi aſſerũt contractum ipſum, inter ipſas partes factum.*

15 *Probatio depoſiti, facta eſt, ſi depoſitarius, in iudicio, confiteatur ſe recepiſſe depoſitum, quod tamen fuit factum, ſine iudice, notario, & teſtibus contra conſtitutionem ut ibi.*

16 *Probatio per confeſſionem non uidetur excluſa, ubi requiritur probatio per teſtes.*

An inſtrumentum mutui poſſit reſumi omnibus mortuis cum alio inſtrumento in quo extat confeſſio ipſius inſtrumenti mutui. Rubr. 11.

1 QVidam † recepit mutuo vnc. centum de quo mutuo fuit
confectum publicum inſtrumentum. Deinde ad annos
creditor petit inſtrumentum redigi in publicam for-
mam,reperiuntur mortui notarius,iudex,& teſtes om
nes,& ideò opponitur quòd reſumi non poteſt: interro
gatus debitor à iudice ſi tale inſtrumentũ fecit,negat: datur terminus
ad probandum,creditor non poteſt probare per teſtes de tali mutuo
niſi quòd producit quandam quietationem generalem quã fecerat di
ctus creditor ipſi debitori quietando ipſum de omnibus, & ſingulis
inter ipſas partes,vſque in præſentem diem contractis habitis & rece
ptis reſeruando ſibi debitum vnc.C. ad quas dictus debitor ſibi tene
tur vigore publici inſtrumenti facti manu talis notarij per quã quie-
tationem cum dicta reſeruatione factam dicit conſtare, quòd dictum
inſtrumentum fuit celebratum inter dictas partes: quam confeſſionẽ
dicit facere probationem probatam inter ipſos de confectione dicti
inſtrumenti,& ſic petit inſtrumentum illud in publicam formam re
digi.Replicat debitor quod conſtitutio regni baiulos pro forma vult
quòd non poſſit inſtrumentum reſumi niſi ſuperſtitibus duobus te-
ſtibus,&c.Replicatur quòd extat aliud inſtrumentum de illo publi-
co faciens mentionem,quod probat inter eaſdem perſonas.Quid iu-
2 ris? primo videtur quod non poſſit in formã publicam redigi: † quia
vbi forma, & effectus diſcrepant inter ſe in ratione formæ tanquam
potentioris nomen aſſumit à forma,ff.de accept.l. an vtilis. de iuſt.&
3 iu.l.ius ciuile. † nam vbi à ſtatuto eſt certa forma tradita illa punctali
ter eſt ſeruanda, ff.de tranſ.l.cum 2. §. ſi prætor. & l.prolatam.C.de
4 ſenten.& per not.in l.vniuerſa.C.de precib.Impera.offe. † Nam à for
ma,l.vel ſtatuti non debet recipi: quia forma eſt legis ordinata diſpo-
ſitio veros habens fines,C.de iure fiſci.l.certa forma. ff.ad municip.l.
5 conſtitutionibus,& dicit Inno.in cap. cum dilecta de reſcrip. † quòd
vbi datur certus ordo à Papa & ille non ſeruatur, actus eſt ipſo iure
nullus; cumula hic alia de forma ſeruanda &c. Cum ergo ſimus
in caſu in quo forma deficit: &, à quo actus non poteſt incipere
quia deficit probatio & robur inſtrumenti,quia non viuit opifex qui
6 dicitur de eo rogatus, † ergo deficiente probatione ſubſtantiali ip-
ſius contractus deficit iuſtitia ipſius leg. duo ſunt Titij. ff. de teſta-
men.

7 men.tute.cum ſimil.† poteſt enim conſtitutio principis vel ſtatutum
inducere quod inſtrumenta debeant certo modo confici.l.2.ff.quem
admo.teſtamen.aperia.ar.de euic.l.ſi fundus.Bar.in l.omnes populi.
& Cyn.in l.cunctos populos,C.de ſum.Tri. Contrarium videtur ve-
rius:nam mens dictæ conſtit.fuit quòd deberent duo teſtes ſuperui-
uere vt probatio cõ tractus de quo inſtrumentum debet reſumi, extra
ret vt in tex.d.conſtitu.quæ conſtitutio non excludit propterea aliā
probationem per not.per Andr.de Iſer.in tit.de prohib.feud.alie.per
Fed.§.prætereà.ver.item quæro.in ver.demanialia:& ſentit in conſti-
tu.regni,in cauſa depoſiti,& idem in conſtitu. regni. ſi dubitatio vbi
8 tenet † quod conſtitutio quæ loquitur de probatione inſtrumentali
9 non excludit alias probationes ſimiles,† & caſus à ſtatuto omiſſus re-
manet in diſpoſitione iuris communis,ff.de lib.& poſthu.leg. Gal-
10 lus, §. & quid ſi tantum . † Nam quando ceſſat ius municipale,
ad ius commune debet recurri.ff. de ſepul.viola.l.3.§.diuus, extra de
conſue.c.cum dilectus.l.ſi uero.§.de viro.ff.ſolut.matr. Licet ergo in
caſu noſtro non ſuper viuant duo teſtes,extat confeſſio debitoris fa-
cta in publico inſtrumento coram iudice & notario inter eaſdem
11 partes † quia notarius dicitur iudex Carthularius glo. in l.1. ff.de...
licet contrarium dicat An. de Iſe.in tit. quæ ſint reg. in uer.extraordi-
12 nario collatio. † quæ confeſſio parte præſente facta eſt efficacior pro
batio quæ ſit,l.cum te.C.de tranſac. l.fi.de fideiuſ.l.pe.in fin.de inter
13 rog.actio.& dicit Bal.in d. l. cum te. † quòd non eſt maior probatio
per inſtrumentum publicum quàm per confeſſionem,& dixit Bar.in
14 quo quæritur, & in dubium reuocatur † quòd quando præceſſit ali-
quis cõtractus inter partes, quæ deinde aſſerunt dictum contractum
eſſe factum inter ipſas,quòd uidentur illum contractum approbare:
& probat,ar. l.optimam. C.de contrahen & commit.ſtip.l.quæro.in
fi.ff.de ędi.edict.ff.de inoffi. teſtam.l.nihil,& per not.ff.de neg. geſt.
l.Pomponius,nam probat inſtrumentum factum inter partes confeſ-
ſionem talem, l. 1.de fid.inſtrum.& l. non idcirco,& l.ſolutionibus.
eo. tit.& ideo concluditur quòd inſtrumenttum poterit reſumi aucto
ritate iudicis. Accedant ad prædicta not. per Iſer.in conſtit. regni in
15 cauſa depoſiti. † Vbi dixit ad hoc propoſitum quòd quamuis illa cõ
ſtitutio in cauſa depoſiti requirat ad probationem depoſiti debere fie
ri inſtrumentum coram iudice,notario,& teſtibus,qui interfuerunt,
quòd ſi fuit factum depoſitum ſine iudice, notario,& teſtibus, &
is qui dicitur depoſitum recepiſſe confitetur in iudicio depoſitum
quòd erit facta probatio depoſiti & ita dixit in extraiudiciali confeſ-
ſione cum cauſa:ar.l.cum de indebito.§. fi. de probatio.& idem And.
de Iſer.in conſtitu.regni probationum defectus, dixit de confeſſione

P 4 quòd

16 † quòd probatio per confeſſioné non videtur excluſa vbi requiritur probatio per teſtes, & cum de confeſſione nihil fuerit dictum in d. conſtitutione baiulos:eam non excludit. de iud. l. cum prætor.ff.ſolu.matrim.l.Si vero.§.de viro,& vide ſupra proxi.cap.& in ca.poſſeſſor prædij.

SVMMARIVM.

1 *Mulier mortuo viro, uolens dotes ſuas conſequi, petens reſumi, in publicam formam contractum dotalem, ex protocolo notarij prædeſuncti, mortuis teſtibus, iudice, & notario, & probans per famam quòd fuit contractum matrimonium, & quòd fuit dotata à patre, an debeat audiri?*

2 *Correctio legum eſt vitanda.*

3 *Fama facit ſemiplenam probationem.*

4 *Matrimonia, licet poſſint eſſe fine dote, tamen quia dos eſt conſecutiua matrimonij, frequenter matrimonia fiunt cum dote.*

5 *Maritus præſumitur non duxiſſe vxorem ſine dote promiſſa.*

6 *Præſumptio, transfert onus probandi in alios.*

7 *Dos probari poteſt, per præſumptiones.*

8 *Præſumptiones iuris, ſunt liquidiſſimæ probationes.*

9 *Probationes præſumptiuæ, ex coniecturis collatæ, admittuntur, propter difficultatem probationum.*

10 *Probationibus ſubueniendum.*

11 *Conſtitutio Regni Baiulos, iniqua & odioſa eſt, ideò reſtringenda.*

12 *Conſtitutio prædicta regni Baiulos quomodo intelligatur.*

13 *Cauſa dotis, & fiſci, æquiparantur.*

14 *Publica utilitas, verſatur circa dotes.*

15 *Fauore dotium, tranſgreditur ſtatutum, quando ipſis dotibus aliter non poteſt eſſe conſultum.*

16 *Statutum prohibens bona alienari in forenſem, valebit pro conſeruatione dotium, ubi aliàs dotibus non poßet eſſet conſultum.*

An inſtrumentum dotale omnibus mortuis poſſit reſumi cum fama & veriſimilitudinibus. Rubrica. 12.

1 QVædam † mulier mortuo viro volens conſequi dotes ſuas petit reſumi in publicam formam contractum dotalem ex protocollis notarij prædefuncti mortuis omnibus teſtibus, Iudice,&

ce, & notario; nec habet aliquos teſtes extrinſecus qui huius re
notitiam habeant: niſi quia probat per famam quòd fuit ma-
trimonium contractum, & quòd fuit dotata a patre: an poſſit reſu-
mi in publicam formam? Conclude quòd ſic de iure communi ſecun
dum formam c. cum P. tabellio. extra de fid. inſtr. & per no. in l. chy
rografis. ff. de admini. tuto. per Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. fi. nã
2 illa conſtitutio non corrigit expreſſe iura ciuilia. † & ll. correctio eſt
vitanda l. præcipimus in fi. C. de appell. Et illa conſtitutio Baiulos.
non tollit alia genera probationum ut dictum eſt in præcedenti. c. ubi
3 uide: † Fama autem facit ſemiplenam probationem ut per Bar. &
doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bonæfidei. C. eod.
Sed hic præſupponitur extare famam quòd iſta mulier fuerit dotata:
ergo ſemiplena probatio: Item extat alia probatio. ſ. iuris præſum-
4 ptio. † quia licet matrimonia eſſe poſſint ſine dote, l. j. ff. de iure dot.
l. fi. ff. de dona. ante nup. Tamen quia dos eſt conſecutiua matrimo-
5 nij, frequenter matrimonia fiũt cum dote: † & præſumitur quòd ma
ritus aliter non duxiſſet uxorem ſine dote promiſſa l. pater. §. fi. ff. de
dol. excep. & l. fi. C. de repu. & ſic per iſtam frequentiam & uſum
continuum præſumitur, quòd iſta mulier fuit dotata l. fi. C. ad vellei.
& in d. §. fi. & ff. quę in fraud. cred. l. fi. §. j. Andr. de Iſer. in con-
ſtitut. regni. In aliquibus & in l. Imperialem: de prohib. feu. alien.
per Fed. & in conſtitut. regni. vt de ſucceſſionibus, & in titulo, quæ
ſint regalia. Et ſic cum ſit iſta iuris præſumptio pro muliere d. l. pa-
6 ter. §. fi. ubi gl. dicit, quòd † iſta præſumptio transfert onus proban-
7 di in aliũ: Sequitur diſpoſitio iuris † quòd cũ dos probari poſſit per
8 præſumptiones l. cum circa. C. de iure dot. † & iuris præſumptiones
ſint liquidiſſimæ probationes. ff. de lega. j. l. licet Imperator. C. de
pericu. tut. l. ſi tutor. C. de prob. l. ſiue: Spec. in titul. de pro-
9 ba. §. uidendum reſtat: † Item propter difficultatem probationum
admittuntur probationes præſumptiuæ ex coniecturis collatæ ſecun
dum Ang. in l. j. C. quorum bono. Bar. & alij in l. ſiquis ex argenta-
rijs. §. penul. ff. de eden. Item cum dicta conſtitutio Baiulos ſit ini-
10 qua & odioſa: quia reſtringit probationes: † quia ſubueniendum eſt
probationibus, l. quoniam in fi. C. de hære. de iureiu. l. j. ff. in
prin. & l. generaliter. C. eo. tit. de teſta. l. cureat. C. de uſur. pupil.
11 l. fi. † Ideò ſemper debet reſtringi l. Cum quidam. ff. de lib. &
poſth. Iſer. in conſtitu. regni. Proſequentes, & in conſtitut. regni.
Iuriſgentium. in quibus dixit, quòd non extenditur ad omiſſa & in
conſtitu. Statuimus: & in conſtitutione perſonas: & adde quæ
12 habes in c. præcedenti. † Intelligitur ergo dicta conſtitutio quan-
do uellet aſſumi probatio ex teſtibus quia duo debent ſuperuiuere.

non

non quando ex alijs probationibus præſertim in cauſis fauorabilibus
13 ſicut eſt dos l.j.ff. ſolu. matri. † Item cauſa dotis, & fiſci ęquiperan-
14 tur. l. ij. de priuileg. fiſci. l. ne quicquam de eden. † Item circa dotes verſatur publica utilitas. l. j. ff. ſolu. mat. ergo &c. per ea quæ dixi ſupra in cap. dico primo, quòd conſtitutio &c. dum fuit tractatum an conſtitutio Baiulos habeat locum in cauſis uel inſtrumentis
15 ius publicum concernentibus: † nam etiam fauore dotium quando ipſis dotibus aliter non poteſt eſſe conſultum, tranſgredimur ſtatutum: ſecundum Anto. de But. in conſi. ſuo uiſo tractatu dotis: ubi
16 dixit, † quòd ſi ſtatutum prohibet alienari bona in forenſem ualebit pro conſeruatione dotium ubi aliàs non poſſet eſſe conſultum ar. l. j. ff. ſolu. matr. ſecundum Lud. in l. ſi quis in graui. §. utrum. ad Sylla. & uide c. proximum ubi latius de hoc &c.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum an poſſit reſumi de protocollo, cum uno teſte tantum, & uerisimilitudinibus, ut in caſu hic propoſito.*
2 *Teſti unico, non creditur, licet quacunque fulgeat dignitate.*
3 *Debitor habens inſtrumentum debiti, pœnes ſe, ex conditione perſonæ, & longinquitate tẽporis, præſumitur liberatus ex quo creditor ſtetit per longum tempus quòd non petijt creditum.*
4 *Conſtitutio dotis, probatur per præſumptiones, & per indicia.*
5 *Perditio inſtrumentorum non præiudicat doti, cuius ſubſtantia etiam ſine inſtrumentis conſiſtit, dummodo probetur per teſtes, uel alias legitimas præſumptiones.*
6 *Præſumptiones legitimæ in cauſa dotis, ſumuntur ex qualitate perſonarũ non uilium, ſed honeſtarum.*
7 *Maritus debẽs lucrari tertiam partem dotis, lucratur tertiam partem dotis præſumptiuæ, ſicut liquidæ.*
8 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*
9 *Vxor, dando ſe uiro, præſumitur etiam omnia bona ſua dediße in totum, uel ſecundum qualitatem, & conditionem eius.*
10 *Stipulatio ficta, in dote, habet uim ſtipulationis.*
11 *Præſumptio iuris, æquiparatur ſcripturæ.*
12 *Protocollum facit ſemiplenam probationem.*
13 *Præſumptiones multæ, æquipollent uni teſti.*
14 *Pater, qui dotem promiſit, præſumitur impleuiſſe promiſſionem ſuam.*
15 *In ciuilibus, propter difficultatem probationum, ſufficiunt probationes per coniecturas.*
16 *Probatio præſumpta, & ex coniecturis collecta, admittitur, propter difficultatem probationum.*

Cauſa

17 *Cauſa dotalis eſt pia.*
18 *Iure cautum eſt, quòd dos naturali æquitate fouetur, & eſt de bono, & æquo.*
19 *Dos nos uenit in generali diſpoſitione odioſa, ſicut in generali diſpoſitione legis uel ſtatuti, quæ poteſt operari in alijs perſonis, non ſubin telligitur pia cauſa, de cuius præiudicio ageretur.*
20 *Donatio facta eccleſiæ, non irritatur ratione inſinuationis non factæ.*
21 *Relicta pia, ſicut non ſubiacent ſolemnitatibus iuris communis, ita nec ſolemnitatibus ſtatutorum generaliter diſponentium.*
22 *Lex generalis mitigatur ut ad pia non extendatur.*
23 *Statutum, diſponens quòd non ualeat teſtamentum, niſi ponatur ad cataſtum, non comprehendit teſtamentum, ad pias cauſas.*
24 *Statutum diſponens, quòd teſtamentum ad pias cauſas non ualeat ſine quinque teſtibus non ualet.*
25 *In pijs cauſis, attenditur mera æquitas, etiam iuris ciuilis: quia competit officium iudicis.*
26 *Rigor iuris ciuilis, non attenditur.*
27 *Erratur, quandoque perniciosè, ſub iuſtitia iuris ciuilis.*
28 *Dos, non modo eſt pia, ſed etiam magis fauorabilis, quàm fiſcus*
29 *Dos probatur per indicia, & præſumptiones.*
30 *Conſtitutio Baiulos, tanquam generaliter loquens, & reſtringens probationum copiam, & odioſa, & correctoria iuris communis, non habet locum in contractu dotali, ratio ibi.*
31 *Fauetur dotibus, quando ſtipulatio nulla eſt, fortius quando aliqua eſt, et ualida.*
32 *Conſtitutio Baiulos, anguſtans probationem, eſt contra ius commune.*
33 *Conſtitutio principis, alijs oneroſa non extenditur.*
34 *Conſtitutio anguſtans probationem, continet odium, & ſemper debet reſtringi.*
35 *Regis Roberti reſcriptum, in ciuitate Capuæ, pro reſumendo inſtrumento dotali, in quo omnes erant mortui.*

Quando matrimonium fuit contractum, & dos data: & uiuit unus uel nullus teſtis, & ſunt veriſimilitudines, indicia, & præſumptiones verificantes protocollum. Rub. 13.

1 CONtractum fuit † matrimonium & rogatus notarius de dote data uel promiſſa: qui moritur, & etiam iudex: & non uiuit niſi

niſi vnus teſtis, an poſſit de protocollo inſtrumentum reſumi cum vno teſte, & cum veriſimilitudinibus: quòd matrimonium pro quo fuit data dos vel promiſſa habuit effectum & fuit impletum. vir & uxor in matrimonio prædicto ſteterunt longo tempore: &
2 vir nunquam dotes petijt ab vxore, nec à patre. Dic † quòd licet vni teſti non credatur licet quacunque fulgeat dignitate l. iuriſiur. C. de teſti. & conſtitut. regni Baiulos repugnet: quando ſuperuiuit vnus teſtis tantum. Tamen ex quo ſunt iſtæ præſumptiones quòd maritus & vxor longo tempore vixerunt in matrimonio in quo dicuntur dotes datæ, & uir non petijt dotes, propter quòd eſt coniectura quod ipſas dotes habuit: ar. no. per ſpecul. in titul. de inſtrum. edit. §. poſtquam. ver. Porrò ſi debitor. vbi di-
3 xit † quòd ex conditione perſonæ & temporis longinquitate ſi debitor habet inſtrumentum debiti penes ſe præſumitur liberatus: ex quo creditor ſtetit longo tempore quòd debitum non petijt. ar. l. diui. fratris. de lib. cau. & in leg. fi. in fi. de ac. & oblig. & de præben. niſi eſſet. vbi, quòd ex longo tempore aliquid inducitur.
4 C. de teſta. l. iubemus † nam dotis conſtitutio probatur per præſumptiones. l. Cum circa C. de iure dot. & etiam per indicia vt
5 ibi glo. ubi Bald. dixit † quod perditio inſtrumentorum non præiudicat doti, cuius ſubſtantia & ſine inſtrumentis conſiſtit dummodo probetur per teſtes vel alias legitimas præſumptiones. Qui
6 etiam dixit † quod iſtæ legitimæ præſumptiones ſumuntur ex qualitate perſonarum non vilium ſed honeſtarum ff. de iure dot. leg. ſingula. & l. quæro & l. cum pater & iuris eod. tit. Qui propterea di-
7 xit, † q ſi uir debet lucrari tertiam partem dotis, lucrabitur illam tertiam partem dotis pręſumptiuæ ſicut liquidæ, per quæ non eſt præſumptio quòd maritus feciſſet contractũ receptionis dotium uxori, qui reperitur in protocollo notarij deſcriptus niſi dotes illas promiſ-
8 ſas habuerit: † quia nemo præſumitur iactare ſuum. l. cum de indebito. ff. de probat. & faciunt not. per Bald. in l. multa. C. de iure dot. ubi
9 dixit, † q uxor dando ſe uiro præſumitur etiam ſua bona dediſſe in totũ, uel ſecundum qualitatem & conditionem eius, vbi allegat Ariſt. In Topicis ſic dicentem. nam dixit Bald. in l. j. §. & ut plenius. C. de
10 rei vxo. ac ubi eſt tex. † q ficta ſtipulatio in dote habet vim ſtipula-
11 tionis, † & q pręſumptio iuris æquiparatur ſcripturæ, per l. ij. C. de
12 apo. pub. lib. 7. † Et quia protocollum ſemiplenam probationem fa-
13 cit in auth. de fi. inſtr. §. ſi uerò tale. in gl. ubi Ang. & dicetur. † Et multæ præſumptiones ęquipollent uni teſti. l. 2. §. 1. de excuſa. tuto.
14 † Et præſumitur patrem qui dotem promiſit impleuiſſe ſuã promiſſionem, vt dicit Bart. in l. poſtliminium. ff. de capt. & poſtlim. Sumus enim

enim in caſu in quo ingeſta eſt difficultas probationũ per mortem no
15 tarij & teſtium. Cui non potuit præuideri: † & in ciuilibus propter
difficultatem probationum ſufficiunt probationes per coniecturas.
Bart.& alij in l. ſiquis ex argentarijs,§.penul. ff. de eden.Spec.in titu.
de pig.§.1.ver.& no.cum ſeq.& Bar.in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi de
no.ope.nunc.Fed.in conſi.109.incip. nulli dubium Hoſt. in cap.fin.
quod metus cauſa ar.l.non omnis,§.à Barris ff.de re mili. & in l.San-
16 cimus. C.de pup. Et Ang. in l.1.C.quo.bono. dixit † quòd propter
difficultatem probationum admittetur probatio præſumpta & ex
17 coniecturis collecta,ſumus enim in cauſa dotali,† quæ pia eſt l.cum
18 is §.ſi mulier ff.de condi.indeb.& doct.in l.1.ff. ſol.matr.† & eſt iu-
re cautum quòd dos naturali æquitate fouetur leg. eas actiones ff.de
19 act.& ob.& eſt de bono & æquo vt ibi: & ideò ſequitur † quòd in ge
nerali diſpoſitione odioſa non venit dos: ſicut etiam in generali di-
ſpoſitione l.vel ſtatuti quæ poteſt operari in alijs perſonis non ſubin-
telligatur pia cauſa de cuius præiudicio ageretur ar.no.per Bar.in l.
20 illud de ſacroſan.eccl. † vbi donatio facta eccl. non irritatur ratione
inſinuationis non factæ leg. ſiquis pro redemptione. C. de dona.ad
21 fin.† Et quia relicta pia ſicut non ſubiacent ſolemnitatibus iuris com
munis l.1.C.de ſacroſan.ecc.ſecundum Bar.& in c. cum eſſes, & in c.
relatum de teſta.Ita nec ſolennitatibus ſtatutorum generaliter diſpo-
nentium, cum poſſint in alijs operari ſecundum Bald.in l. generali-
22 ter. C. de ſacroſan. ecc.qui etiam dixit,in l.Sancimus eo. titu.† quòd
lex generalis mitigatur vt ad pia non extendatur. Et dixit ſing. Anto.
23 de Būt.in d. cap. relatum de teſta. † quòd ſtatutum diſponens quòd
non valeat teſtamentum niſi ponatur ad Cataſtum, quòd non com-
prehendit teſtamentum ad pias cauſas,qui dicit,ita conſuluiſſe. & di-
24 xit Bal.in d.l.1.C.de ſacroſan.eccle.† quòd non valet ſtatutum diſpo
nens quòd teſtamentum non valeat ad pias cauſas ſine quinque teſti-
25 bus:ar.d.c.relatum,& d.c.cum eſſes de teſta. † nam in iſtis pijs cau-
ſis mera ęquitas etiam iuris ciuilis attenditur, quia competit officio
iudicis l.hęreditas in fi.de pet.hære.de annu.leg.l.quintus,§.Pe.Bald.
26 in l.conſulta.C.de teſta.† & non attendimus rigorem iuris ciuilis: ſe-
27 cundum Bal.in l.iubemus.C.de teſta. † Nam ſub iuſtitia iuris ciuilis
28 quādoque perniciosè erratur l.ſi ſeruum §.ſequitur de verb.ob. † Eſt
autem dos non ſolùm pia ſed etiam magis fauorabilis, quam fiſcus l.
in ambiguis de reg.iur.coniuncta,l.non puto.ff.de iure fiſ.facit l.1.ff.
29 ſol.ma.cum ibi no.† nam dos probatur per indicia & præſumptio-
nes d.l.cum circa,merito per conſtit.regni Baiulos non corrigitur d.l.
30 cum circa.Et propterea concludo † quòd dicta conſtitutio Baiulos
tāquam generaliter loquens,& reſtringens probationum copiam,&
odioſa,

odioſa,& correctoria iuris communis,non habet locum in contractu dotali,quia aliàs eſſet contra omnium ll. intentionem quibus faue-
31 tur dotibus. † fauetur enim dotibus quando nulla eſt ſtipulatio,for
32 tius quando aliqua eſt & inualida.l.1.§.1. C. de rei vx.ac.† Eſt enim d.conſtitutio Baiulos probationem anguſtans: & propterea eſt contra ius commune ſecundum Andr. de Iſer. in conſtitutione in cauſa
33 depoſiti in fi.† & conſtitutio principis alijs oneroſa non extenditur 12.diſt.cap. omnia, & 11.diſt.catholica.de ll.l.quod vero.& de offi. ord.c.fi.per Inno.ſecundum Andr.de Iſer.in titu.de prohib. feu.alie. per Frid.§.nec dominus, & idem in conſtitutione regni proſequen-
34 tes, & in conſtitutione vt vniuerſis: dicit † quod conſtitutio anguſtans probationem continet odium & ſemper debet reſtringi: & ſupra in prox. cap. ita quòd poterit reſumi cum uno teſte viuente vel nullo ſecundum formam iuris communis cap. cum P. Tabell. de fi. inſtru.& no.ff.de adminiſtrato.l. eum qui chyrographis: & ſpecu.de
35 inſtru. edit. circa prin. † Et fuit reſcriptum per regem Robertum in ciuitate Capuæ pro inſtrumento dotali reſumendo in quo omnes erant mortui.

SVMMARIVM.

1 *Mulier,petens reſumi debere, in publicam formam inſtrumentum dotale, in quo omnes mortui ſunt, ſcilicet notarius,teſtes,& iudex:pro iuſtificatione produxit inſtrumentum in publicam formam, continens diuiſiones bonorum inter quondam eius uirum,& eius fratrem,in quo continetur quòd tempore diuiſionis habuit certam terram pro reſtitutione dotis vxoris ſuæ, an ex hac ſola probatione poſſit inſtrumentum dotale reſumi? quòd ſic,vt ibi.*

2 *Verba enunciatiua poſita in inſtrumento diuiſionis vt in caſu propoſito, ita probant,vt ex ipſo ſolo mulier poſſit petere dotem ſuam.*

3 *Inſtrumentum diuiſionis, in caſu ſupradicto,probat plenè, inter ipſos fratres diuidentes,vel ſaltem ſemiplenè,ſicut confeſſio extraiudicialis,& erit locus delationi iuramenti.*

4 *Aſſertio notarij facta in inſtrumento de his, quæ interuenerunt, probat quò ad contrahentes,niſi contrarium appareat.*

5 *Teſtes,& inſtrumenta in cauſis decidendis parem vim obtinere.*

6 *Doti ſubuenitur, quando nulla eſt facta ſtipulatio, quia per l. ſuppletur, & etiam vbi eſſet facta, & inualida,habetur ac ſi à principio fuiſſet efficax.*

Quando

Quando ſunt mortui omnes teſtes & fit mentio dotium in alio contractu diuiſionis factæ per fratres. Rubrica 14.

1 QVædam † domina petijt in publicam formam reſumi de-
bere inſtrumentum dotale in quo ſunt mortui omnes
teſtes, notarius & iudex, & nullus ſupereſt teſtis etiam
extrinſecus, qui poſſit de inſtrumento tali fidem face-
re: habet tãtum iſta mulier quoddam inſtrumentum in
publicam formam ſumptum ſolenniter diuiſionis bonorum commu
nium factæ inter quondam eius virum, & fratres viri, in quo contine
tur quòd tempore diuiſionis prædictæ habuit vnam terram præci-
puam pro reſtitutione dotis ſuæ vxotis, & ſic mulier iſta non habens
aliam probationem dotis prædictæ petijt reſumi contractum dota-
lem in publicam formam. Quæritur an poſſit reſumi: quia conſtitu
tio regni Baiulos requirit, quòd duo ad minus ſuper viuant: Dic
quòd quamuis ſupra ſit plenè deductum quòd dicta conſtitutio ini-
qua & correctoria nullo modo locum habeat in contractu dotali tan
quam fauorabili & pio: poterit nihilominus ex capite huius diui-
ſionis reſumi authoritate Bartol. in conſil. 260. incip. Titius & Seius.
quod conſilium moderni referunt & ſequuntur in leg. 1. ff. ſolut. ma-
tr. inter priuilegia dotis in quæſt. ergo dixit allegat leg. 2. de dotis pro
2 miſs. † quòd dicta uerba enunciatiua poſita in inſtrumento diuiſio-
nis probant etiam ſi illa uxor non habeat alia inſtrumenta vel proba-
tiones dotis ſuæ qnòd poterit cum illo inſtrumento diuiſionis pete-
3 re dotem ſuam † & probat plenè inter ipſos fratres diuidentes, vel
ſaltem ſemiplenè ſicut confeſſio extraiuditialis per leg. capite quinto.
ff. de adult. dicens ꝙ erit locus delationi iuramenti: quia tale inſtru-
mentum probat inter illos & eorum ſucceſſores ſecundum Bartol.
in dict. conſil. & idem Bartol. in leg. admonendi ff. de iureiur. in uer-
ſicul. Item quærto quid ſi inſtrumentum & in leg. deſiderium ubi
4 Bald. C. depo. † nam ſiquid notarius in inſtrumento aſſerat talis
aſſertio probat quo ad contrahentes quod iſtud interuenerit niſi
contrarium appareat glo. in leg. fi. de fi. inſtrum. glo. in leg. inde Nera
tius. §. ſiquis ad leg. Aquil. Butr. in l. optimam. C. de contrah. & com.
ſtip. Bart. & alij in l. Sciendum de verb. obl. & in auth. ſiquis in ali-
quo. C. de eden. Quod verum puto quando mulier vellet agere pro
dote contra aliquem dictorum fratrum poſſidentem dotes vel bo-
na mulieri obligata pro dote, non tamen ſi ageret contra tertium

qui in illo inſtrumento non interfuit, qui non haberet cauſam ab illis ar.l.cum quidam.ff. de pub.& per no. Cy. in d.l. deſiderium & C. ad Velleia. l.antiquæ.q.4.facit l.ad probationem la prima C. de probat. Et tenet Spec. in tit. de inſtru.edit.§. poſtquam verſi. & breuiter; Et ſic concluditur quòd dicta conſtitutio non comprehendit caſum noſtrum & poterit reſumi cum dicto inſtrumento, quia d.conſtitutio requirit duos teſtes, & non excludit alias probationes vt dixit Iſer. in

5 conſtitutione regni. In cauſa depoſiti, † & parem vim obtinent in cauſis decidendis, teſtes, & inſtrumenta, l.in exercendis, C.de fid.inſtru. & C.de pact.l.pactum quod bona, de hæret.l. quoniam 25. quæſt.2.

6 inſtitutionis, & facit l.1.in princi.C.de rei vx.ac. vbi tex.ſing. † quòd ſubuenitur doti quando nulla eſt facta ſtipulatio quia per l.ſuppletur, & etiam ubi eſſet facta & inualida habetur ac ſi à principio fuiſſet efficax. Et ſic ex caſu ex dicto inſtrumento faciente mentionem de dote ſupplebitur contractus & ſtipulatio dotis per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio (inſtrumentorum robur) quomodo intelligatur, & quomodo iudex in ea procedere debeat.*

Vbi eſt regiſtratum principale inſtrumentum ſi reperiatur copia in actis producta poteſt cum illa copia reaſſumi. Rubrica 15.

1 NOn † ob. conſtitutio regni inſtrumentorum robur, quæ requirit in inſtrumento ſubſcriptionem Iudicis, & teſtium: quia loquitur quando notarius rogatus & viuens publicat, & reſumit ex ſui officij poteſtate, ſecus quando mortuus, & reſumitur, & publicatur per officium iudicis, vt in conſtitutio. Baiulos, quia tunc per caſum inopinatum mortis notarij iura prouident vt cum decreto iudicis reſumatur. Et hoc caſu iudex ſubſcribi faciet iudicem & teſtes qui cognoſcant manum mortui & famam eius prout illa conſtitutio dicit, & facit l. 2. ff. quemadmo. teſta. aperi, & l. 2. C. eo. vbi loco teſtiũ mortuorũ iudex adhibet alios teſtes in apertura teſtamẽti inſcriptis ſupplendo illorũ defectũ: & fiet iſta reſumptio authoritate iudicis, & de iure cõmuni ſecundũ formã c.cum P.tabell.de fi.inſtru.& l.chyrographis de admin.tut. & poterit approbari inſtrumentum fori iudicialis quaſi authoritate iudiciaria & cum cauſæ cognitione ſupraſcriptum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum, æquipollet duobus teſtibus, cum quo poteſt reſumi contractus, ut in caſu ibi formato.*

2 *Promittens vſuram dotis, videtur promittere ſoluere dotem.*

3 *Vnica promiſſio unius momenti, idem operatur, quod diuturna præſtatio longi temporis.*

4 *Conſequenti præſuppoſito, præſupponitur antecedens.*

5 *Præſtatio diuturna longi temporis, inducit allegatæ cauſæ probationem quia tantum operatur talis præſtatio, quantum promiſſio.*

6 *Contractus dotalis, in quo, omnes mortui ſunt teſtes iudex, & notarius, poterit reſumi in publicam formam, per ſcripturam publicam, uel quæ pro publica habeatur, in qua appareat de ſolutione interuſurij, medij temporis facta, de dote non reſtituta.*

An inſtrumentum emp. fundi poſſit reſumi cum alijs cripturis locationum mortuis omnibus teſtibus notariorum & iudice. Rubr. 17.

1 ALiquis emit † fundum quem deinde locauit Titio: perdidit inſtrumentum: Titius nunc negat fundum eſſe locatoris: vult reſumi facere ex protocollo inſtrumẽtum emptionis, & ſunt in eo mortui omnes teſtes & notarius & iudex: & nihil poteſt probare niſi quia reperiuntur quædam ſcripturæ publicæ qualiter iſte Titius locator promiſit ſoluere anno quolibet tantum pro penſione: & deinde ſoluit longo tempore; an cum iſtis publicis ſcripturis poſſit fides imponi illi protocollo qualiter fundus locatus fuit locantis, & cum illo reaſumi contractus: Dic quòd ſic: quia inſtrumentum æquipollet duobus teſtibus, vt in l. hęredes palam. vbi glo. & Bart. ff. de teſta. & in l. 2. de ſecund. tab. & in leg.
2 fin. C. de fideic. † & facit in ar. l. 2. C. de dot. promiſ. vbi text. quòd qui promiſit vſuram dotis videtur promittere ſoluere dotem, vt idẽ
3 operetur vnica promiſſio vnius momẽti quod operatur diuturna prę-
4 ſtatio † longi temporis: quia præſuppoſito conſequenti præſuppo-
5 nitur antecedens, vbi dixit Cyn. † quòd diuturna præſtatio longi temporis inducit allegatæ cauſæ probationem: quia tantum operatur talis præſtatio quantum promiſſio, ad not. in leg. cum falſa. C. de iur. & fac. vbi an poſſit allegari per errorem facta
6 ſolutio: & quod habetur in leg. plures apochij. C. de fi. inſtr. † Et

Q per

per prędicta deciditur , ꝙ ſi oſtenditur ſcriptura publica vel quę pro publica habetur de ſolutione interuſurij medij tẽporis facta, de dote nõ reſtituta: quòd cũ illa ſcriptura poterit reſumi cõtractus dotalis in quo omnes teſtes eſſent mortui. Et ſic cum dictis opodixis poterit dictus cõtractus reaſſumi ĩ formã publicã nõ obſ. cõtradictione dicti cõductoris qui aſſerit fundũ eſſe ſuũ: nõ ob. dicta cõſtitutione ĩſtrumẽtorũ robu. quia loquitur quãdo notarius viuẽs et rogatus reſumit ex ſui officij poteſtate, vt dictũ eſt in precedẽti. c. ꝙ incip. Quædã domina.

SVMMARIVM.

1 *Contractus dotalis, repertus inter ſchedas, & protocolla notarij mortui mortuis teſtibus, & iudice, poterit reſumi in publicam formam, cum inſtrumento dotarij; vel inſtrumento corredi, vt ibi.*
2 *Scriptura publica, vim duorum teſtium, vel trium habet.*
3 *Probatio teſtium, idem operatur, quod probatio inſtrumenti.*
4 *Statutum, requirens certas probationes, non excludit alias legitimas probationes.*
5 *Scriptura vna, verificatur per aliam.*
6 *Fides datur vni ſcripturæ, per aliam ſcripturam.*
7 *Inſtrumentum poteſt corroborari, etiam per teſtes extraneos.*
8 *Contractus, ex alio contractu iuuatur.*
Contractus vnus, dat robur alteri.
9 *Teſtis vnus, iuuatur altero.*
10 *Solennitas inſtrumenti, poteſt corroborari per teſtes.*
11 *Inſtrumentum, poteſt corroborari per teſtes, qui non fuerunt rogati.*
12 *Omnis ſcriptura, regulariter fit ad probandum, & demonſtrandum.*
13 *Obligatio, quæ fit cum ſcriptura, & ſine ſcriptura, eſt eiuſdem effectus, quia fides, non ſcriptura, eſt ſeruanda.*
14 *Teſtes, poſſunt ſupplere ueritatem negotij, quando non eſt quæſiio de ſolennitate.*
15 *Inſtrumentum teſtamenti, cum legitimo numero teſtium, probat teſtamentum vel etiam quando habet duos teſtes: quia habent vicem inſtrumenti.*
16 *Inſtrumentis regulariter, magis creditur, quàm teſtibus.*
17 *Pactum, quòd non poſſit fieri probatio, niſi per ſcripturam, non valet.*
18 *Inſtrumentum dotis, quod facit mentionem de matrimonio, probat matrimonium, ſi per hoc non præiudicatur alteri matrimonio.*
19 *Inſtrumentum dotis, inſinuatum, apud acta probat matrimonium contractum.*
20 *Probatio, facta per teſtes, ad corroborandum inſtrumentum; dicitur*

probatio

probatio inſtrumentaria. Idem de inſtrumento authenticato faciente mentionem de alio. vt ibi.

21 *Inſtrumentum dotale in iudicio productum, & regiſtratum, & poſteà deperditum, poterit reſumi, ratio ibi.*

22 *Inſtrumentum augmenti dotis, inſtrumentum pactorum, inſtrumentum ſponſaliorum, inſtrumentum corredi, teſtamentum de quo ibi, poſſunt reſumi. vide ibi latè.*

23 *Res non probatur dotalis, per confeſſionem teſtatoris.*

24 *Protocolli fides & probatio.*

25 *Abbreuiaturæ notariorũ, non probant, niſi ſint coram teſtibus recitatæ.*

26 *Obligatio rerum feudalium facta pro dote, cum aſſenſu Regis, & inſtrumẽtum publicum inſertum cum aſſenſu, facit fidem, & poterit reſumi inſtrumentum dotis.*

27 *Scriptura principis, faciens mentionem de alia plenè probat.*

28 *Princeps, eſt lex animata.*

29 *Confirmatio, non probat confirmatum.*

30 *Inſtrumentum dotale poterit reſumi in publicam formam apparente protocollo illius contractus, cum regio conſenſu regiſtrato, licet regius aſſenſus de per ſe non probaret contractum dotalem.*

An inſtrumentum dotale omnibus mortuis poſſit reſumi cum inſtrumento dotarij in formam publicam redacto quod de illo facit mentionem vel ex alijs coniecturis. Rubrica 17.

1 Petitur † in formam publicam redigi contractum dotalem, qui reperitur inter ſchedas & protocolla notarij mortui, in quo ſunt etiam mortui iudex & teſtes: nec poteſt aliàs probari per duos teſtes qui interfuerunt celebrationi dicti contractus ſecundum formam conſt. regni Baiulos: Tamen ſupereſt inſtrumentum conſtitutionis dotarij in publicam formam redactum, quòd dotarium ſeu antefactum fuit cõſtitum contemplatione dicti matrimonij & dotium datarum: vel ſupereſt inſtrumẽtum corredi vt capitulorum initiorum pro illo matrimonio contrahendo cum dotibus contentis in dicto contractu dotali in ſtabilibus, vel pecunia an poſſit talis contractus in publicam formam redigi, & leuari cum adminiculo dictorum inſtrumentorum,
2 vel alterius eorum, cum nõ ſuperſint teſtes: Dico quòd ſic: † quia ſcriptura publica habet vim duorum teſtium uel trium l. in exercendi de

3 fide inſtr. Bald. in l. omnium.C. de teſta. † Nam quod operatur pro batio teſtium operatur probatio per inſtrumentum d.l. in exercendis l. pactum quod bona fide.C. de pac. l. quoniam. de hæret.xxij.q. ij. c. inſtitutionis, & faciunt dicta no. per Iſer. in conſtitu. in cauſa de-
4 poſiti. ubi dixit, † quòd ſtatutum requirens certas probationes non
5 excludit alias legitimas probationes. † nam una ſcriptura uerificatur
6 per aliam † & uni ſcripturæ per aliam datur fides authen. ſiquis vult
7 caute,C.qui pot. in pig. hab. ubi dicitur † quòd etiam per teſtes extrinſecos poteſt corroborari inſtrumentum, & in auth. de inſtr. Cau. §. oportet. & per no. in l. inſtrumenta. C. de probat. & per no. in l.
8 magnam.C. de contrah. & commit. ſtip. † nam unus contractus ex altero iuuatur.l. j.C. ſi ſer. extero. & unus contractus dat robur alte-
9 ri.ff. man.l. cum ſeruus. † ſicut unus teſtis iuuatur ex altero l. ſiquis ex argentarijs. in prin.ff. de eden.gl. in l.iij.§.eiuſdem. de teſti. & di-
10 xit Bal. in l. ij. C. de ſecun. tab. † quòd ſolennitas inſtrumenti poteſt corroborari per teſtes,& in l. in extrahendis.C.de fi. inſtr. ubi di
11 xit,† quòd inſtrumentum poteſt corroborari etiam per teſtes,qui nō
12 fuerunt rogati † omnis enim ſcriptura regulariter fit ad probandum
13 & demonſtrandum.ff.de pign.l. contrahitur. † vnde obligatio quæ fit cum ſcriptura & ſine ſcriptura eſt eiuſdem effectus, & ſic fides nō ſcriptura eſt ſeruanda l. pactum. C.de pact. Bal. in l. error. C. de iur. & fac. igno. & quòd dicta inſtrumenta & quodlibet ipſorum probationem faciant de dotibus de quibus faciunt mentionem, faciunt no.
14 in l. Iuriſgentium.§. quod fere.ff.de pact. ubi habetur, † quòd teſtes poſſunt ſupplere ueritatem negotij quando non eſſet quæſtio de ſolennitate, & per not. in l. ſi quis ex argentarijs.§.j. de edend. & per
15 not. Cy. & Bal. in l. fin. C.famil. herciſ. & glo. in l.j.C.de teſta.† vbi inſtrumentum teſtamenti cum legitimo numero teſtium probat teſtamentum, uel etiam quando habet duos teſtes: quia habent uicem in
16 ſtrumenti † regulariter enim magis creditur inſtrumentis quàm teſtibus,l.pe.C.ſi minor ſe maio.dix.l.generaliter.C.de non numer.pecu.& not. Innoc. in c.cum Ioannes de fid. inſtrum.Si enim vellemus dicere, quòd non poſſet leuari dictum inſtrumentum niſi per dicta teſtium hoc eſſet abſurdum, & contra publicam vtilitatem per not.
17 per Cy. & per Bar. in auct. Iubemus.C. de Iudic. qui dix. † quòd nō ualet pactum quòd non poſſet probatio fieri niſi per ſcripturam: & idem tenet Spec. in tit. de proba.ſ. 1. ne probationis facultas anguſte
18 tur,& dix. not. Inno. in c. Illud de præſumptione † quòd inſtrumentum dotis quod facit mentionem de matrimonio probat matrimo-
19 nium ſi per hoc non præiudicatur alteri matrimonio † & eſt text.ex preſſus quòd inſtrumentum dotis inſinuatum apud acta probat matrimonium

19 trimonio † & eſt text. expreſſus quòd inſtrumentum dotis inſinuatum apud acta probat matrimonium contractum. In auct. vt fratrum filij. §. 1. & tenet Bald. in auct. ſi quis in aliquo. C. de edend. & facit, quòd Bald. dixit in leg. 2. C. de exec. rei iud. & di-
20 xit Bartol. in leg. Certi conditio. §. quoniam. ff. ſi cer. pet. † quòd probatio facta per teſtes ad corroborandum inſtrumentum dicitur probatio inſtrumentaria: & idem dici poſſet ſi eſſet auctenticatum aliquod inſtrumentum faciens mentionem de alia auctoritate iudicis & parte vocata: per not. in auct. ſi quis in aliquo.
21 † Et idem ſi inſtrumentum dotale fuiſſet in iudicio productum, & ibi regiſtratum, & deinde perditum: quia ex illo poſſet reſumi, aliud inſtrumentum publicum dotium: quia illud productum, & in actis curiæ regiſtratum per magiſtrum actorum probat: ſecundum Bartol. in leg. chyrografis: ff. de admini. tut. licet non oſtendatur originale, idem Bart. & Bald. in leg. fi. de fid. inſtr. & Bal. in l. noſtram. C. de teſta. & in l. fi. C. de edic. diui. Adr. toll. In-
22 no. & in c. 1. de probatio. † idem ſi reperiatur inſtrumentum augmenti dotis de primo mentionem faciens legitime confectum, in auct. de æqua. dot. §. & ne contingat cum ſeq. §. de pact. dot. l. inter generum. §. cum inter, & glo. in leg. etiam. C. de iure dot. in ver. additamenti: idem dici poteſt de inſtrumento pactorum in quo continetur dos data vel confeſſata: & arg. in auct. de æqua. dot. circa prin. & idem in inſtrumento ſponſaliorum in quo continetur, quòd dos illa fuit data vel confeſſata: ar. de ęqua. dot. circa prin. quia dicitur inſtrumentum dotale. l. Imperialis. C. de nupt. circa medium. Et idem ſi reperiatur inſtrumentum Corredi faciens mentionem de dote prius data per iura publica. Et hæc colliguntur ex glo. conſuetudinis ciuitatis in Neap. Dos & quarta ſine inſtrumento dotali: & glo. in conſuet. prima de iure dotium, quæ dicit quòd de Corredo permiſſio quando data fuit dos, quod poteſt etiam per teſtes probari vt
23 ibi. † Idem ſi reperitur teſtamentum in quo legatur dos recepta a muliere, quia poterit cum teſtamento reſumi inſtrumentum dotale prædictum: nam ſi fuit certa quantitas dotis expreſſa in teſtamento, & tunc clarum eſt: ar. ff. de dote præleg. & de leg. præſtan. l. is qui §. pen. vel ſi in teſtamẽto fuiſſet dictũ centum quę mihi dedit vt in inſtrumento dotali ſibi lego: ar. inſt. de l. §. ſed ſi vxori. Et vbi nõ fuiſſet expreſſa quãtitas ſe diceretur dotẽ quã mihi dedit lego, ar. l. ſi non de ſignata, & l. fi. C. de fal. cau. adie. l. & l. ſi ſic legatũ. §. ſi de rem. de leg. 1. licet Bal. in l. qui dotalẽ de cõd. & demo. dixerit ꝙ per cõfeſſionẽ teſtatoris non probatur ꝙ res ſit dotalis, ar. l. Aurelius in fi. de li. l. & de ver. ob, l. ſi diuortio in fi. De quo vide in dictis iuribus, & in l. 1. C. de

Q 3 fal.

ſal.cau.ediec.leg.Et in hoc caſu apparente protocollo dotium probabitur dos data per protocollum dotale unà cum teſtamento in quo fuit legata dos, quia redditur certa per protocollum ſi verificabitur protocollum per teſtes tempore reſumptionis qui deponerent de manu notarij, quia ipſi non habent archiuum, & fides eorum
24 facile perijt. in auct. de defen. ciuit. §. ſi uero quædam: † tamen ſi protocollum eſſet coram teſtibus recitatum, probaret vt dixit glo. ſecundum conſue. Ciuitatis Neap. ſi quis moriens, allegat de
25 leg. 3. leg. fideicommiſſa. §. quotiens, vbi dixit Bal. † quod abreuiaturæ notariorum non probant niſi ſint coram teſtibus recitatę. Tamen in regno non probant ad effectum vt poſſit inde aliud inſtrumentum reſumi quod utique probo per dict. conſtitut. regni baiulos, quia ſi probaret, poſſet ſine teſtibus reſumi inſtrumentum ſine alio adminiculo. Et ſic dico quòd ex quo protocollum non probat plene de iure conſtitutionis regni, quòd probabit adiuncto ſibi teſtamento prædicto faciens de eo mentionem per iura prædicta, & poterit reaſſumi in formam publicam per corroboratio-
26 nem teſtamenti. Plus dico † quod ſi pro dotibus eſſet facta obligatio rerum feudalium cum aſſenſu regis, & inſtrumentum obligationis publicum eſſet inſertum cum aſſenſu quod probabit ſecundum Specul.in titul.de inſtrum. edit. §. nunc autem videndum, circa princip. alias nunc dicendum circa primum, & cum illo aſſenſu poterit reſumi inſtrumentum dotale ex protocollo licet omnes
27 eſſent mortui: † quia ſcriptura principis faciens mentionem de alia
28 plenè probat per gl.no.19.diſt.c.ſi Romanorū † quia princeps eſt lex animata.in auc. de cōſu.§.fi.& l.faciens·mētionē de alia plene probat Bal.in leg. 1. C. de epiſcopis, & clericis, ergo & princeps ſecundum Modernos. in auct. ſi quis in aliquo. C. de eden. qui ita dicunt allegando dict. Glo. faciunt quæ habentur in dict. auct. vbi doct. inſtrumentum reperitur regiſtratum in actis quòd probat, ſecus ſi in aſſenſu fiat mentio inſtrumenti dotalis enunciatiuè tantum.
29 † quia confirmatio non probat confirmatum ideſt contractum, ar. cap.inter dilectos. de fid. inſtrum. ad fi. & cap.dilecta.de confir.vti-
30 li vel inut. quæ iura allegat ibi Spec. † Tamen ego puto quòd licet non probaret regius aſſenſus de per ſe contractum dotalem quando enunciatiuè de illo faceret mentionem, tamen apparente protocollo illius contractus unà cum aſſenſu regio poſſet ex illo reſumi inſtrumentum per ea quæ ſupra diximus & in ſeq.c.dicemus.

SUMMARIUM.

1 *Protocollū repertū inter ſchedas & rogationes notarij præmortui et alia ſceda,*

ſcheda, in qua apparet emptorem locaſſe fundum a ſe emptum, an faciant taliter fidem, quòd contractus emptionis poſſit reſumi in publicam formam.

2 Conſtitutio, baiulos, cum ſit exorbitans, & correctoria utriuſque iuris debet reſtringi, & ad ius cõmune reduci in contractum, in quantũ poteſt.

3 Iure gentium cautum eſt, ut in ore duorum uel trium ſtet omne uerbum.

4 Conſtitutiones principum introduxerunt, ut deficiẽtibus duobus teſtibus, ad plenam probationem poſſit ex præſumptionibus cum uno teſte, & iuramento ſuppletorio iudicari.

5 Recurrendũ eſt ad alias probationes, & iuris præſũptiones, ne ius pereat.

6 Lex reſtringitur, ne quis locupletetur cum aliena iactura.

7 Ex caſu improuiſo. aliquando aliquid ſtatuitur.

8 Quando ſumus in caſu à conſtitutione omiſſo, debemus recipere alias iuris probationes, quæ non debent fruſtra eſſe inductæ.

9 Iudex non debet animum nec poteſtatem ſuam alligare ad unam ſpeciem probationum tantum.

10 Armonia ſicut fit ex diuerſis & multis vocibus, ita probatio fit ex multis & diuerſis præſumptionibus, indicijs, & adminiculis.

11 Iudex debet ſemper ueritatem iuuare, & ad lucem perducere.

12 Iudex debet probationes ueritate ampliare, & fouere, vt ſaluæ ſint.

13 Protocollum nondum in mundum a notario in publicam formam redactum nec ſigillatum ſuo ſigno, non poteſt dici eſſe publicum ante reſumptionem auctoritate iudiciaria faciendam.

14 Protocolla poſt mortem notarij antequam fiat reaſſumptio per iudicẽ cũ cognitione, ſi non ſunt recognita a teſtibus, nec comprobata comparatione literarum, nec per iudicem approbata, non plene probant, quia per mortem notarij fides eorum quaſi periјt, per quem poſſet protocollo fides imponi. ſed ſemiplenè, quia ſunt quaſi ſcripturæ priuatæ.

15 Semiplena probatio eſt ſufficiens ad iuramentum ſuppletorium, & eius delationem.

16 Abbreuiaturæ quando ſunt connexæ una præſtat fomentum alteri, & faciunt ſemiplenam probationem.

17 Libri campſorum in quibus aliquid reperitur ſcriptum pro tertio, qui artem exercet publicam, faciunt ſemiplenam probationem, quando ſunt literarum comparatione, uel teſtibus cõprobati, quòd ſint manu illius ſcripti.

18 Exemplum ſcripturæ publicæ & auctenticæ quando originalis eſt deperdita, facit ſemiplenam probationem.

19 Inſtrumentum notarij prædefuncti in quo deficiunt aliquæ ſolennitates, requiſitæ facit ſemiplenam probationem.

20 Inſtrumentum non ſolenne facit indicium.

21 *Scripturæ priuatæ duorum mercatorum, probatæ opinionis, ſemiplenè probant, & erit locus delationi iuramenti.*
22 *Scripturæ mille ſine iuramento non plenè probarent niſi poſtquam eſſent ſolenniter publicatæ auctoritate iudicis.*
23 *Scriptura priuata alicuius habentis auctoritatem à publico, cum alijs adminiculis probat.*
24 *Protocolla ſcripta per notarium, habentem fidem ex auctoritate ſcribentis, ſibi data à principe, probant.*
25 *Notarius de inſtrumento rogatus ſi moriatur, & propter eius mortem non fuerit inſtrumentum ſumptum, tunc illud protocollum per ſe non facit plenam fidem: quia per mortem notarij, eius fides facile perit.*
26 *Scheda in mundum non redacta non facit fidem, quando contractus eſt celebratus in ſcriptis, ideſt, ut aliter non ualeat.*
27 *Notæ non faciunt plenam fidem niſi ſint coram teſtibus recitatæ, quia ex eis tunc ſumitur fides poſt publicationem notarij, non tamen quando non ſunt recitatæ.*
28 *Protocollum ex adminiculis teſtium fidem ſumit.*
29 *Protocollum ex diſpoſitione iuris ciuilis & canonici, mortuo notario redigitur in publicam formam per iudicem, parte vocata, & facta fide per teſtes de manu notarij.*
30 *Partes non poſſunt tribuere publicam formam actui.*
31 *Abbreuiaturæ quæ ſchedæ appellantur, in iure non probant, vbi non eſt ſubſcriptio tabellionis cum ſigno, quòd intelligendum eſt, vt ibi per multa.*
32 *Notarius tunc dicitur publicaſſe inſtrumentum quando ſignum apponit, vel quando ſubſcribit ſe publicaſſe.*
33 *Abbreuiaturis notariorum nòn creditur niſi in eis contineatur, quòd ſint lectæ coram teſtibus.*
34 *Abbreuiatura notarij ſine ſigno, non facit fidem.*
35 *In regno hodie ſignum notarij non apponitur in protocollo, niſi in inſtrumento quod ex inſtrumento ſumitur per notarium, & ut ibi.*
36 *Rogatio uel protocollum quando omnia illa habet quæ debet habere inſtrumentum, ſic plus illi credendum.*
37 *Protocollum eſt principium inſtrumenti nondum completi, vnde niſi compleatur, pro nihilo eſt.*
38 *Notarius ſi ſcripſit inſtrumentum & dubitatur de aliquo errore, probabitur per oſtenſionem protocolli ſi extat protocollum: quia ex illo uerificatur inſtrumentum extenſum, quod intellige ut ibi.*
39 *Inſtrumentum debet habere ſuas proprietates, ideo imbreuiatura non probat quando non habet ſubſcriptionem & ſignum notarij.*
40 *Protocollum non plenè probat, intellige ut ibi.*

41 *Imbreuiatura quæ extrahitur de libro notarii facit plenam fidem.*
42 *Opiniones variæ circa abbreuiaturas & ꝓtocolla, an et quãdo faciãt fidẽ.*
43 *Abbreuiatura dicens, Petrus vendidit rem talem Martino præſentibus talibus, non facit fidem niſi ſint alia requiſita, puta ſubſcriptio tabellionis cum ſigno, & niſi ſolenniter publicetur cum auctoritate iudicis, in qua publicatione attenditur loci conſuetudo.*
44 *Ex ſolo protocollo non poteſt aſſumi inſtrumentum, uel fides fieri, niſi per iudicem approbetur.*
45 *Notæ ſi facta probatione quod ſint in libro notarii ſcriptę, & quòd ſit eius propria manus & fuerit bonæ famæ, poterit ex eis fides per iudicẽ aſſumi loco duorum teſtium requiſitorum per conſtitutionem regni ba iulos. ratio ibi.*
46 *Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.*
47 *Forma reſumendi inſtrumentum in publicam formam, mortuo notario qui illud ſcripſit.*

An inſtrumentum emptionis omnibus mortuis poſſit reſumi cum inſtrumento captionis. Rubr. 18.

1 Quidam emit prædium fuitque rogatus iudex: † ponimus an protocollum plenè vel ſemiplenè probet notariũ & teſtes facere publicum inſtrumentum, quo rogato omnes mortui ſunt nullaque ſupereſt probatio, niſi quòd reperitur protocollum notarij inter ſchedas & rogationes ſuas: & alia ſcheda quomodo emptor locauit alteri dictũ prædiũ ab eo cõducente in qua ſimiliter nullus ſuperuiuit, & petitur reſumi prius cõtractus in publicã formã, opponetur ꝙ ſecundũ formã cõſti. regni nõ poteſt reſumi etiã officio iudicis ordinarij, quia nõ ſuperuiuũt duo teſtes ad minus. Replicatur ꝙ iſtæ rogationes ſeu notæ ęqui pollent duobus teſtibus: quæritur an poſſit in publicã formã reſumi cũ dictis protocollis ſuis ſchedis, & primo videtur, ꝙ nõ, quia vbicũque per ſtatutũ pro forma ſubſtantiali actus requiritur. Require ſupra in c. quidam recepit mutuo, & adde hic, & reſponde vt ibi: videlicet, quòd dicta conſtitutio non requirit duos teſtes ſuper viuere pro
2 forma. Sed ad probandum contractum &c. † Debet enim dicta conſtitutio exorbitans & correctoria vtriuſq; iuris ciuilis & canonici quibus cauetur reſumi poſſe inſtrumẽta mortuo notario etiã ſi nullus teſtis ſuperuiuat: ſi reperiatur breuiatura mortui bene cuſtodita: vt in c. 1. de fid. inſtrum. & in cap. cum P. tabel. eo. tit. & l. chyrografis, de adminiſt. tut. & not. Goffred. in c. ad audientiã de præſcrip. Inno. in c. 1.

de

de procura. & facit in auꝺen. de defen. ciuitat. poſt pri. & in §.pręcepta. debet reſtringi & ad ius commune reduci in contractum in quantum poteſt per caſum. ſing. auctoritas Bald. in leg. ſi ſerui veſtri C. de noxa. glo. in leg. fin. §. in computatione de iure delib. & in c. cum dilectus de conſuet. & quod habetur in leg. ſi quando. C. de
3 inoffic. teſtamen. † Iure enim gentium cauebatur vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. leg. vbi numerus. ff. de teſte. & leg. fin.
4 C. ſi cert. pet. & in cap. in omni negotio. de teſte † Deinde verò per conſtitutiones principum fuit introductum vt quando deficiebant duo teſtes ad plenam probationem requiſiti, ex præſumptionibus iudicari cum uno teſte & cum iuramento ſuppletorio. leg. admonen
5 di. ff. de iureiuran. leg. in bonæfid. C. eo. † Sic ergo in noſtro ne veritas pereat eſt recurrendum ad alias probationes & iuris præſumptiones ne quis cum aliena iactura locupletetur leg. enim de indebi-
6 to. ff. de proba. leg. nam natura. ff. de condit. indeb. † nam lex reſtringitur ne quis locupletetur indebite, leg. vt gradatim. §. & ſi leg. ff. de
7 mun. & hono. & ne quis damnum patiatur. d. leg. ſi ſerui veſtri † nam ex caſu improuiſo aliquando aliquid ſtatuitur. C. de reu. do. l. Si vnquam & leg. fin. C. ſi cer. pet. Et quia notarius mortuus eſt & teſtes ex quorum ore poterat fides haberi, vt dicit tex. in auct. de fid. in-
8 ſtru. §. Si uero omnes moriantur: † & ſumus in caſu à conſtitutione omiſſo, debemus recipere aliàs iuris probationes, quæ non debent eſſe fruſtra inductæ, per no. Andr. de Iſer. in conſtitu. re-
9 gni in cauſa depoſiti, & in conſtitut. Si dubitatio. † quia iudex non debet animum ac poteſtatem ſuam alligare ad unam ſpeciem probationis tantum, ff. de teſt. l. 3. §. tu magis, & de renun. c. in præſentia, de teſt. c. preterea, de re iud. c. cauſam quę. hinc dixit Bal. in
10 cap. cum cauſam de proba. † quòd ſicut armonia fit ex diuerſis & multis uocibus, ita probatio fit ex multis & diuerſis præſumptionibus indicijs & adminiculis: quia iudex non debet applicare ani-
11 mum ad unam ſpeciem probationis † debet enim iudex ueritatem ſemper iuuare, & ad lucem perducere. ff. de probat. l. fin. in fin.
12 † Ipſaſque probationes ueritate ampliare & fouere ut ſaluæ ſint. ff. de teſti. l. nocent, de interrog. actio. l. ij. C. de hæred. l. quoniam. Et cum ſuperſit protocollum notarij rogati bonæ famæ, & poſſit per teſtes, & literarum comparatione comprobari fuiſſe ſcriptum ſua manu propria, & inter eius notas repertum, ut dicit tex. in dicto
13 titulo de inſtrum. cau & fid. † dico quòd licet tale protocollum nondum in mundum a notario in publicam formam redactum nec ſignatum ſuo ſigno non poſſet dici eſſe publi- ſtũ ante reſumptionem auctoritate iudiciaria faciendum, ar. in auct. defen. ciuit. §. quidam,

dam,& §.1. eo. tit. in ver. actorum,& in c. cum P. tabell. de fid. in-
ſtrum. & in auct. de fid. inſtr. §. oportet, & in §.ſi moriantur omnes.
per quam reſumptionem efficitur publicum, & publicam fidem fa-
14 ciens, ut in iuribus prædictis. † Et propterea quando deficit notarius
antequam fiat reſumptio per iudicem cum cognitione ipſa proto-
colla ſi non ſunt recognita à teſtibus, nec comprobata compara-
tione literarum, nec per iudicem approbata non plene probant, quia
per mortem notarij fides eorum quaſi perijt, per quem poſſet pro-
tocollo fides imponi, vt in auct. de tabell. §. ſi uerò. Et ſic inte-
rim non plenè probant, ſed ſemiplenè: quia ſunt quaſi ſcriptu-
ræ priuatæ ut dixit glo. not. in auct. de fide inſtrum. §. ſi uero ali-
15 quid tale. ubi dixit, † quòd protocolla ante reaſſumptionem tan-
quam ſcripturæ priuatæ probant ſemiplenè, quæ ſemiplena eſt
ſufficiens ad iuramentum ſuppletorium, & eius delationem quam
glo. exclamat ibi ibi, & ſequitur Ang. & illam glo. ſequitur gloſator
conſuet. Neapolitanarum. in conſtit. quæ incipit ubi inſtrumen-
tum, in uer. prorupto, & facit glo. in l. fin. C. ſi cer. pet. quæ dicit,
quòd quando omnes fuerunt mortui, ex protocollo cum compara-
tione literarum ſumitur qualis qualis fides quando contractus eſt fa-
ctus in ſcriptis: ergo negari non poteſt quin abbreuiaturæ faciant ſe-
miplenam probationem per prædicta quælibet de per ſe, & una fo-
ueat aliam, & hoc tenet Petr. de Anchar. in conſi. 243. incip. prius
16 de uiribus probationis, ubi dicit, † quod iſtæ abbreuiaturæ ex
17 quo ſunt connexæ una præſtat fomentum alteri. † Et hoc te-
nendo: quia Bar. in l. admonendi, de iureiur. dixit, quod libri
campſorum in quibus aliquid reperitur ſcriptum pro uno tertio
qui artem exercet publicam, faciunt ſemiplenam probationem,
quando ſunt literarum comparatione uel teſtibus comprobati,
quòd ſint manu illius ſcripti, ubi allegat auctoritates glo. iuris ci-
18 uilis, & Canonici, & Hoſtien. & Ioan. And. dicens, † quòd
etiam exemplum ſcripturæ publicę, & auctenticæ quando ipſa ori-
ginalis ſcriptura eſt deperdita facit ſemiplenam probationem, al-
legat glo. in l. ſicut. C. de fid. inſtr. Et idem dixit de uno inſtru-
mento facto inter duos reſpectu tertij. Et idem ſi in libro nota-
rij mortui reperitur quædam rubrica unius contractus habentis
19 uniformitatem cum primo, ubi etiam dixit, † quòd inſtrumentum
notarij prædefuncti in quo deficiunt aliquæ ſolẽnitates requiſitæ fa-
20 cit ſemiplenã probationem. Et dixit Bar. in l. ij. de app. recip. † ꝙ in-
ſtrumentum non ſolemne facit indicium, & dixit not. Bal. in c. 1. de
21 contro. inueſti. † quòd ſi ſint duæ ſcripturæ priuatæ duorum mer-
catorum probatæ opinionis, quòd probant ſemiplenè, & erit lo-

cus

cus delationi iuramenti, allegat not. in l.admonendi de iure iurand.
22 dicens † quòd ſi eſſent millæ ſine iuramento non plenè probarent per not.in l. 2.quemadmodum teſt. ap. niſi poſtquam eſſent ſolenniter publicatæ auctoritate iudicis l. publicati. C.de teſta. & dixit glo.de nummulario qui iurauit in ſuo officio, in leg.quædam.§. nummularios,ff. de eden. & in l. inſtrumenta, & in l.rationes.C. de
23 proba. † vbi de ſcriptura priuata alijs comprobata adminiculis, vbi Bald. de ſcriptura priuata alicuius habentis auctoritatem à pu-
24 blico, quòd cum alijs adminiculis probat maiori ratione † probabunt dicta protocolla ſcripta per notarium habentem fidem ex auctoritate ipſius ſcribentis ſibi data à principe: vt dixit not. Inno. in
25 cap.cum P. tabellio. de fid. inſtrum. † Et quamuis fuerit dubium ſi protocolla notarij mortui probant. Veritas eſt quòd quando notarius fuerit de inſtrumento rogatus, & propter eius mortem non fuerit ſumptum inſtrumentum, tunc illud protocollum per ſe non facit plenam fidem: quia per mortem notarij eius fides facile pe-
26 rijt, in auct. de def. ciuit. §. ſi verò quidam: † quia ſcheda in mundum non redacta non facit fidem quando contractus eſt celebratus in ſcriptis, ideſt, vt aliter non valeat. l. contractus, de fid. inſtrum.
27 † quia iſtæ notæ non faciunt plenam fidem, ff. de bo. lib. leg. cum patrono. in fin. niſi ſint coram teſtibus recitatæ, quia ex eis tunc ſumitur fides poſt publicationem notarij: non tamen quando non ſunt recitatæ.l.fideicommiſſa.§.quoties, de leg. 3. & l.hac conſultiſ-
28 ſima. C.de teſta.quæ loquuntur in teſtamentis, † & ſic protocollum ex adminiculis teſtium fidem ſumit.Et ideò ius ciuile & etiam Cano-
29 nicū † ſtatuit vt protocollum mortuo notario redigatur in formam publicam per Iudicem parte vocata, & facta fide per teſtes de manu
30 notarij, vt in d. cap. cum P. tabellio. vbi dixit Inno. quòd † partes hoc non poſſent: quia non poſſunt tribuere publicam formam actui, & hoc tenet etiam Glo. in conſue. ciuitatis Neap. ſi quis moriens, in verſicu. teſtamentum, per d. §. quotiens, & Albe. de Roſa. in leg. contractus, de fid. inſtru. & Bald. in Rubr. eo. tit.& Bart.in d.l. fideicommiſſa, & habetur in rep. cap. quoniam contra. de proba. in verſi. inſtrumenta, & Bald. in d. leg. contractus, vbi dixit doctores
31 tenere † quòd abbreuiaturæ quæ ſchedę appellantur in iure non probant vbi non eſt ſubſcriptio tabellionis,cum ſigno, ſecundum Iac.de Are.& Cy. dicens eſſe verum niſi publicentur auctoritate Iudicis per d.c.quoniam contra, aliàs per ca. cum P. tabellio. de fid.inſtrument. Dicens in talibus publicationibus attendenda eſſe locorum ſtatuta, & ſic infertur quòd poſtquàm iudex recognoſci fecit ſchedas, per teſtes cognoſcentes manum notarij, ſecundum formam

d.c. quòd ſcriptura reaſſumenda ex eis probabit, & ſic de iure communi ſi ſit approbata per teſtes probationem faciet, quam ſola de per ſe non faciebat, & idem Bald. in Rubr. de fid. inſtru. dixit quòd licet Nicolaus de Matarellis dixerit quod imbreuiatura non faciat fidem, quia eſt ſcriptura incompleta: tamen probabit ſi ſit publica-
32 ta quia erit completa: † & dixit Bart. in leg. geſta. C. de re iudic. quòd notarius tunc dicitur publicaſſe inſtrumentum, quando ſignum apponit vel quando ſubſcribit ſe publicaſſe, & dixit Bald. in
33 d. §. quoties, † quòd non creditur abbreuiaturis notariorum, niſi contineatur in eis quòd ſint lectæ coram teſtibus, & idem Bald. dubi
34 tauit in leg. Lucius. de teſta. mili. † ſi breuiatura notarij fidem facit ſi non eſt ibi ſignum notarij, & tenet, quòd, non allegat text. in auct. de inſtrumen. caute. §. oportet l. nemo. C. de aſſeſ. de lega. 3. l. fideicommiſſa. §. 1. Cy. in d. l. contractus. Spec. in tit. de inſtru. edit. §. inſtrumento. in verſi. Item, & in §. reſponſo. in uer. quid ſi imbreuia-
35 tura: & alia jura de ſigno notarij loquentia. Tamen † hodie in regno ſignum notarij non apponitur in protocollo, niſi in inſtrumento, quod ex inſtrumento ſumitur per notarium, in quo ſeruatur conſuetudo vt ſupra, vel quando daret copiam inſtrumenti & in ea ſignum apponeret, & Io. And. in titu. de inſtru. edit. §. videndum reſtat: in uerſ. & not. quòd tabellio cogendus eſt, in uer
36 ſicu. vbi hoc notat Accur. dixit quòd uidetur uelle Accurſius † quod rogatio uel protocollum, quando omnia illa habet quæ debet habere inſtrumentum, & ſic plus illi credendum 9. diſtinct.
37 ca. ut ueterum, & C. de eden. l. pen. Sed dixit † quòd Nicolaus de Matarellis dixit protocollum eſſe principium inſtrumenti nondum completi, unde niſi completur pro nihilo eſt: arg. l. pen. ad Syllan. uidetur caſus in l. contractus, de fid. inſtr. in uerſicu. non aliter uires &c. dicens quòd licet loquatur in inſtrumento in ſcriptis: idem eſſe in alio inſtrumento quoad ſubſtantiam obligationis: ex rationis identitate. C. de conſtitu. pecu. l. fin. Tamen opi. Ioan. And. & aliorum uidetur verior quando apparet quòd contractus fuerit celebratus inter partes præſentibus teſtibus, & notarius hoc atteſtatur in protocollo, vt quia ſcripſit in fine protocolli coram teſtibus publicaſſe, uel ſi dicetur actum &c. uel quibus omnibus ego
38 talis rogatus interfui & publicaui. † Et Bart. in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. dixit quòd ſi notarius ſcripſit inſtrumentum & dubitatur de aliquo errore, quòd ſi extat protocollum probabitur per oſtenſionem protocolli per tex. in auct. de tabel. §. pen. quia ex illo uerificatur inſtrumentum exemplum, & idem uidetur dicere Bart. in leg. cum proponetur de leg. 2. vbi Bald. & Imo. Tamen iſta dicta Bar. quando

do

do notarius viueret qui protocollo fidem imponit, & non quando eſt mortuus: & etiam quando inde eſt tranſcriptum inſtrumentum: quæ tranſcriptio tamquam inſtrumento in mundum redacto fidem protocollo ſimilem imponit auctoritate Bald. in titul. de notis feu. §. ſi inſtrumentum, dicit quòd inſtrumenta debent habere ſuas
39 proprietates, † & ideò imbreuiatura non probat: quando non eſt ibi ſubſcriptio & ſignum notarij, allegat no. Iac. de Aren. in d. leg. contractus, & Bartol. in leg. ad teſtamenta. §. ſi quis. ff. de teſtam. & Innoc. in dict. cap. cum P. tabellio. & in auct. vt propo, no. Imper. §. 1. leg. generali. C. de tabu. Sed idem Bald. in Rubr. de inſtrum. refert Ia-
40 co. Butr. tenere † quòd protocollum non plenè probet. Quod Bald. intelligit quando in abbreuiatura diceret notarius Petrus vendidit, &c. Martino &c. talem rem &c. præſentibus talibus &c. renuntiauit &c. quia talis ſcriptura nullam fidem faceret ſecundum Bald. in
41 dict. leg. contractus: † imbreuiatura vero quæ extrahitur de libro notarij bene facit plenam fidem. Bald. in dict. Rubr. & Albe. de Roſa. in dict. leg. contractus refert Nicol. de Mata. tenere, quòd abbreuiatura non facit fidem, quia eſt ſcriptura incompleta: arg. dict.
42 leg. contractus. † Bald. dixit quòd immo facit fidem ſi ſit publicata. nam eſt completa quoad ſolemnitates, & in eo in quo eſt imperfecta quantum ad accidentalia puta circa renunciationes, & ſimilia recipit interpretationem iuris conſuetudinarij: argu. leg. verbum volo. de fideicomm. ff. de hæred. inſtitut. leg. 1. in princip. Dicens quòd Nicolàus da Mata. ſenſerit de abbreuiatura non publicata ſicut ſunt ſcripturæ quæ fiunt in baſtardellis Peruſij. Attamen Bartholomeus de Capua, qui apoſtillauit dict. conſtitut. baiulos, dixit quòd in regno protocollum non probat plenè nec ſemiplenè, per text. in conſtitut. conſuetudinem, in titul. de inſtrumentis conficiend. qui dicit nullam &c. tamen loquitur in inſtrumentis conficiendis ſecundum Ioan. Andr. in addi. Specul. in titul. de inſtrumen. edit. §. videndum, circa princip. videtur tenere quòd protocollum non faciat fidem. Sed idem tenet ipſe in dict. titul. §. inſtrumentum circa fin. tenet quòd bene faciat fidem, & auctoritate ordinarij iudicis publicetur & extendatur per alium notarium, vt ibi per eum. Nec obſt. quod dicit Innoc. in cap. 1. de procu. qui loquitur de regiſtris curiæ Apoſtolicæ & Rubr. & non de protocollis notariorum, & iura quæ dicunt protocolla fidem facere loquantur, quòd fidem faciant vt reſumi poſſint per alium notarium auctoritate iudicis & publicari, & in partibus in quibus fidem facerent protocolla: ideo eſt: quia habent ſigna & ſubſcriptiones notariorum, & alia ſubſtantialia quæ requiruntur ex iuris diſpoſitione in ſubſtantialibus publici

inſtru-

inſtrumenti iuxta not. per Specu. in titu. de fid. inſtrum. in princ. & hoc vbi requiritur ſubſcriptio iudicis & teſtium vt eſt in regno vbi protocolla non faciunt fidem & non poſſunt dici perfecta & fidem facientia, vt in dict. §. videndum. per Ioan. And. licet auctoritate iudicis poſſint per alium notarium publicari, vt in dict. §. inſtrumentum, per Ioan. Andr. in fin. ſecundum Bartho. de Capua, in dict. conſtitutio. baiulos, qui dicit attendi formam capit. regni Carolus Camerario & Iudici ciuitatis theatinę, & Lanfrancus in rep. cap.
43 quoniam contra, † intelligit hoc quando abbreuiatura diceret Petrus vendidit &c. rem talem &c. Martino &c. præſentibus talibus &c. renunciauit &c. quòd talis ſcriptura nullam fidem faceret: niſi eſſet requiſita puta ſubſcriptio tabellionis cum ſigno ſecundum Iaco. de Aren. & Cyn. niſi publicetur ſolemniter cum auctoritate iudicis vt in dict. cap. cũ P. tabellio. in quibus publicationibus attenditur loci conſuetudo vt latè ſcribit Bald. in leg. comparationes. Tamen abbreuiatura quæ extrahitur de libro notarij, fidem facit Bald. in dict. Rubr. quia iura & rationes contrariæ concludunt quando notarius fuit rogatus cum teſtibus & ſcripſit in protocollo & poſtea non celebrauit vt in dict. §. quotiens, vel loquitur in teſtamentis, ſe-
44 cundum quòd loquitur dict. §. quotiens, † vel loquitur quando moritur notarius, quia non poteſt ex ſolo protocollo aſſumi inſtrumentum vel fides fieri niſi per iudicem approbetur, ſecundum formam
45 dict. capitul. cum P. tabellio. Et propterea concluditur † quòd dictæ tres notæ facta probatione quòd ſint in libro notarij ſcriptę, & quòd ſit eius propria manus, & fuerit bonæ famæ, quòd poteſt ex eis fides per iudicem aſſumi loco duorum teſtium requiſitorum per
46 conſtitut. regni baiulos: † quia quæ non poſſunt ſingula multa iuuant: & in publicam formam reſumi facere dictum inſtrumentum venditionis prædictæ, & ſi viuit emptor datur ſibi iuramentum
47 ſuppletorium per ſupradicta: † Et erit forma, quia habita cauſæ cognitione per iudicem decernet eſſe reſumendum, & mandabitur alicui notario habenti poteſtatem reſumendi, vel alteri, vt reſumat & ſubſcribi faciat aliquem iudicem habentem poteſtatem ſubſcribendi in locum iudicum mortuorum, & duos vel tres teſtes cognoſcentes manum dicti notarij decernendo inſtrumento taliter reſumpto adhibendam fore fidem ac ſi reſumptum fuiſſet per notarium, iudicem, ac teſtes rogatos.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ad probandũ creditũ ſuũ produxit ſchedam, & per teſtes probauit*

bauit ea, quæ in caſu ibi propoſito. Debitor negans contractum, obijcit creditorem non poſſe obtinere ex quo notarius, Iudex, & teſtes ſunt mortui, nec ſuperſunt duo teſtes qui faciant fidem de negotio principali, vt requiritur per conſtit. regni, ex quo ſcheda nullã facit fidem, quæritur quid iuris, &c. vide ibi ad longum.

2 *Aliud eſt inſtrumentum, & aliud contractus in eo contentus.*

3 *Subſtantia contractus non conſiſtit in inſtrumento, ſed in probatione.*

4 *Inſtrumentum poteſt ualere quando habet omnia ſua requiſita, & ſolemnia, & tamen contractus in eo contentus poteſt eſſe nullus, vel quia, ſit contra legem, vel bonos mores, vel quia non habet ſolennitates.*

5 *Inſtrumentum, & contractus, habent ſe vt continens, & contentum, limita vt ibi.*

6 *Perdito inſtrumento, contractus non uitiatur, ſi aliter poteſt probari, quia inſtrumentum non fit ad eſſe rerum, ſed ad rei geſtæ memoriam.*

7 *Quando extat Imbreuiatura, mortuo notario: debitor poteſt cogi, iterum facere inſtrumentum, ſecundum conſtitutionem regni, & ſic illa imbreuiatura probat in eo caſu.*

8 *Quando in principio vnius conſtitutionis ponitur vnum tota illa conſtitutio intelligi debet ſicut principium, quia a principio tituli, poſterior formatur euentus.*

9 *Inſtrumentum non poteſt reſumi in publicam formam, vt faciat fidem, vel probationem probatam, ſine alio adminiculo, vel proceſſu.*

10 *Scheda nõ in vim promptæ executionis, poteſt produci in iudicio, nec ex ea fieri publicum inſtrumentum, & ſolenne, ſed ad effectum probationis, in proceſſu fiendæ.*

11 *Differt producere ſchedam in termino probatorio coram iudice quo ad probandum, vel velle ex ea ſumere inſtrumentum publicum, continens contractum, in uim executiuam, & vbique habens probationem probatam ſine cauſæ cognitione.*

12 *Conſtitutio Regni, Baiulos, eſt correctoria, vtriuſque iuris, & odioſa, vt ibi.*

13 *Pactum, quòd non poſſit probari ſolutio niſi per ſcripturam, non ualet, quia & uſus teſtium pro communi vtilitate eſt introductus, & neceſſarius, & nu. 14.*

15 *Fides teſtamenti non perit, licet nunquam fuerit publicatum, etiam quòd omnes teſtes ſint mortui.*

16 *Inſtrumenta ſunt introducta, de iure diuino, loquente Domino per prophetam Ieremiam. vt ibi.*

17 *Conſtitutio non debet eſſe contra ius diuinum, nec dare materiam delin-*

delinquendi, & deprædandi proximum.

18 *Conſtitutio, quæ loquitur de inſtrumento guarentigiato exequendo, non habet locum, cum id producitur in vim faciendæ probationis.*

19 *Inſtrumentum, quod ſemel habuit reſumptum ſi quis perdidit, licet de bitum in eo contentum poſſit peti per libellum, non tamen poterit peti executiuè ex diſpoſitione ſtatuti, quòd inſtrumenta habeant executionem paratam.*

20 *Inſtrumenta quæ fiunt in regno ſecundum formam conſtitutionis inſtrumentorum robur, habent executionem paratam ſi ſint liquida, vt in ritibus Magnæ curiæ, & Vicariæ, & ſic æquiparantur inſtrumentis habentibus guarentigiam more Tuſcorum, quæ inſtrumenta ſecundum conſuetudinem regni facta, licet non habeant guarentigiam, tamen habent iuramentum, quod habet inſtar guarentigiæ, & ex alijs vt ibi.*

21 *Notarius eſt iudex cartularius.*

22 *Notarij deputati ſunt ad ſcribendum inſtrumenta publica, & de partium voluntate aſſumpti.*

23 *Inſtrumenta habentia executionem paratam à lege municipali, æquiparantur executioni ſententiæ.*

24 *In executione inſtrumenti liquidi, quo ad detentionem perſonalem, tollitur omnis defenſio.*

25 *Protocollo non poſſumus vti via executiua.*

26 *Sententiam quando quis pro ſe habuit, & petit executionem ipſius ſententiæ, an requiratur libellus: vel iudicis officium implorari debeat.*

27 *Differentia an agatur actione in factum, vel iudicis officium imploretur. latè vt ibi.*

28 *Petere reſumptionem inſtrumenti, ad finem, vt eo reſumpto poſſit executiuè procedi, vt agatur ordinariè ex eo contractu, & fiat proceſſus ordinarius, ſunt diuerſa.*

29 *In caſu inſtrumenti reſumpti poteſt a captura incipi.*

30 *Differentia inter inſtrumentum, & protocollum.*

31 *Præſumptiones veritatis & ſolennitatis ex inſtrumento in formam publicam oriuntur.*

32 *Inſtrumenta habentia executionem paratam, poſſunt exequi per quemcunque iudicem, ſi in eius Iuriſdictione vigeret ſtatutum de exequendis inſtrumentis.*

33 *Inſtrumenta reſumpta tot teſtium auctoritatem habent, quot in eo teſtes fuere, & qui ſe ſubſcripſerunt.*

34 *Inſtrumentum ſumptum habet diuerſos effectus à protocollo, ideò quod eſt ſtatutum in vno, non eſt ſtatutum in alio.*

35 *Separatorum, ſeparata debet eſſe ratio, & iuris uaria diſpoſitio.*

R *Quan-*

36 *Quando deuenitur executiuè contra debitorem, vigore inſtrumenti, agitur de maximo præiudicio, propterea maiorem ſolennitatem, & probationem requirit conſtitutio regni Baiulos. ideò non habebit locum quando agetur ordinariè coram iudice vigore protocolli, non ad reſumendum, ſed ad fidem rei geſtæ inter partes.*

37 *Statutum, quod loquitur in caſu ſuo, extra illum, non debet porrigere vires ſuas.*

38 *Statutum prohibens probationem per teſtes, non prohibet probationem, quæ fit per teſtes & inſtrumenta coniunctim, nec eam quæ fit per teſtes ad corroborationem inſtrumenti.*

39 *Omiſſum in ſtatutis pœnalibus, nos non debemus ſupplere.*

40 *Statutum, quod habet ſe aduerſus commune derogatiuè, non recipit interpretationem à iure communi, ſed ſimpliciter intelligitur prout iacet, quia verbis ipſius nihil addere vel detrahere debemus.*

41 *Metam ſtatuti excedere non debemus.*

42 *Statuta dictantia quòd de percuſſione ſanguinis non poſſit concordia fieri, non intelliguntur de eo, qui aliquem in terram ſubmiſit, & colliſo capite ad lapidem exiuit ſanguis: quia iſte non eſt vſus illo lapide, vt inſtrumento.*

43 *Conſtitutio arctans probationes, quæ fiunt per inſtrumenta, vt falſitas euitetur, non arctat probationes per teſtes.*

44 *Officium notarij eſt contra ius, vt credatur cartæ animalis mortui, ſine adminiculo.*

45 *Conſtitutio principis, non trahitur directo, nec vtiliter niſi ad ea, de quibus loquitur.*

46 *Conſtitutio contra ius commune, ad alios caſus, etiam ſimiles non trahitur.*

47 *Omiſſum à conſtitutióne principis odioſa, pro omiſſo habetur.*

48 *Conſtitutio principis, quæ loquitur in uno caſu, circa certam probationem teſtium ſi eſt odioſa, non fit fraus ipſi conſtitutioni, nec circumuenitur alia via, quando ſibi datur intellectus iuri communi conſonans vt res redeat ad naturam ſuam.*

49 *Iudex an poſſit condemnare debitorem ad ſoluendum per ſententiam diffinitiuam virtute protocolli? vt in caſu ibi late propoſito.*

50 *Iuramentum ſuppletorium, licet non ſit deferendum niſi ſcienti veritatem, ſufficit quocunque modo ille nouerit veritatem, vt poſſit illam aſſerere.*

51 *Per ſchedam quando faciat ſemiplenam probationem.*

52 *Inſtrumenta, & protocolla, teſtium adminiculis adiuuantur*

An conſtitutio regni baiulos habeat locum quando agitur ordinarie ad debitum, & producitur protocollum ad probationem. Rubrica 19.

COnſtitutio regni quæ incipit, Baiulos omnes, ſic dicit.
1 Cæterum ſi caſu &c. † Modo contingit quòd reperitur
ſcheda ſcripta manu notarij fide digni, in qua continetur, quòd ſe debitorem conſtituit in centum, vel vendidit, aut alium contractum celebrauit, mortui ſunt omnes teſtes, iudex & notarius: creditor iſte modo petit cõtractũ reſumi in publicã formã: Sed adit iudicem, etiã citari facit debitorẽ ordinarie ſuper petitione contentorũ in ſcheda illa: & datur terminus ad probandum: & produtur in termino probatorio ſcheda illa ſeu protocollum, & examinantur teſtes per creditorem, qualiter notarius qui de ea ſcheda fuit rogatus, fuit bonæ famæ, & ſcheda eſt eius manu ſcripta, & ad eius ſcripturas tamquam veras fuit habitus recurſus etiam habetur. Pars aduerſa negat contractum, & obijcit quòd non creditor non poteſt obtinere: quia ex quo omnes ſunt mortui & non ſuperuiuunt duo teſtes ad minus qui teſtificentur ſuper negotio principali vt conſtitutio illa requirit: & ſcheda illa nullam fidem facit obſtante conſtitutione publicata. Et idem petijt ſe debere abſolui. Quęritur
2 quid iuris? Et pro deciſione præmitto † quod aliud eſt inſtrumentum & aliud eſt cõtractus in eo contentus. l. 1. §. editiones: in fi. glo. ff. de eden. Bar. in l. Si librarius ff. de reg. iur. nam poteſt eſſe cõtractus validus in ſe & inſtrumentũ inualidum, vt quia caret ſolennitatibus ſuis
3 † quia ſubſtantia contractus in inſtrumento contenti non conſiſtit in
inſtrumento: Sed probatio. l. contrahitur. ff. de pign. & l. ſeruum. §. eũ
4 qui chyrografum. de leg. 1. † Et ſimiliter poteſt valere inſtrumentum
quando habet omnia ſua ſolennia de quibus in l. generali. C. de tab. li.
5 10. † & tamen contractus in eo cõtentus poteſt eſſe nullus: quia ſit cõ
tra legẽ vel cõtra bonos mores. l. pacta quę cõtra. C. de pact. & quia nõ habet ſolẽnitates auct. hoc ius porrectũ. C. de ſacroſan. & ideò quia habet ſe ut continens & contentũ: ar. l. rerum mixtura de vſuc. & l. eum qui ædes eo. tit. niſi in caſibus in quibus inſtrumentũ ſeu ſcriptura eſt de ſubſtantia contractus, de quibus per gl. in d. l. contrahitur, & in c. 1. de cenſi. quia inſtrumentum incumbit officio notarij, & ſubſtãtia contractus incũbit partibus, ſecũdũ Bar. in d. l. Si librarius, & ideò ſunt ſe

6 parata.l.Papa exuli de mino. † Et perdito inſtrumento, contractus nō uitiatur ſi aliter poteſt probari l.1.de fid.inſtrum.& leg. Sicut & l.ſolennibus.eo.quia inſtrumentum non fit ad eſſe rerum: Sed ad rei geſtæ memoriam leg. 2. in fin. de contrah. empt. & dict. leg. contrahitur. Dicta igitur conſtitutio in caſu prædicto quando omnes ſunt mortui non videtur annullare protocollum ſeu ſchedam: immo videtur dare illi fidem, non vim reaſſumptionis & paratæ executionis ex ipſo protocollo: ſed in uim probationis videtur probari ex illius conſtitutionis text. dum dicit cæterum ſi caſu contigerit &c. Et ſic text. dictæ conſtitutionis probat iuncta glo. in verb. compellant
7 † quòd quando extat imbreuiatura mortuo notario poſſit debitor cogi iterum facere inſtrumentum, quod etiam probat alia glo. in verb. ſchedam eandem, & ſic videtur inferre text. quòd illa imbreuiatura tunc probet quo ad hoc vt debitor compelli poſſit iterum conficere inſtrumentum: Tamen iſte intellectus non uidetur congruere illi conſtitutioni quæ in illo ver. cęterum loqui videtur, quando eſt notarius mortuus vel iudex, & ſic videtur locum habere qnando ſuperuiuunt teſtes vt ſupra ſubdit. in ver. quæ ſi forte. Quo caſu vt cogi poſſit pars iterum reficere inſtrumentum, videtur requirere quòd ſuperuiuant duo teſtes ad minus de ijs qui interfuerunt per not. And. de Iſer. in conſtitutione regni hoſtiri. vbi
8 dixit † quòd quando in princip. conſtitutionis ponitur vnum, tota illa conſtitutio intelligi debet ſicut principium: quia a princip. tituli poſterior formatur euentus. leg. 1. de imp.lucra. deſcrip. Et ſic dicta conſtiutio videtur inducere quòd omnibus mortuis non poſſit inſtrumentū in publicam formam ex illa ſcheda reſumi. Quod
9 fateor. Tamen dico, † quòd licet non poſſit reſumi inſtrumentum publicam fidem faciens vel probationem probatam ſine alio adminiculo vel proceſſu. in auct. de fid. inſtrum. §. Sed ſi inſtrumenta & §. ſeq. extra eo. cap. 1. vbi Innoc. & in cap. cum dilectus, & Bart. in leg. Si quis ex argentarijs. §. Si fructum. ff. de eden. in re-
10 pet. † quòd poterit dicta ſcheda non in vim promptæ executionis produci in iudicio, nec ex ea fieri publicatum inſtrumentum, & ſolenne, ſed ad effectum probationis in proceſſu fiendę: nam dixit Bald. in titul. de inſtrumen. edi. §. dicto in princip. quòd aliud inſtrumentum ſit ad probandum, & tunc continet probationem & eſſentiam. arg. leg. Labeo de pact. cum ſimil. ibi al-
11 legatis. † Et ſic videntur differre velle ſchedam producere in termino probatorio coram iudice ad probandum, vel uelle ex ea ſumere inſtrumentum publicum continens contractum, in vim executiuam, & vbique habens probationem probatam ſine

cauſæ cognitione. Et facio aliud præſuppoſitum quòd dicta conſtitutio eſt correctoria vtriuſque iuris in hoc quòd mortuis omnibus non poſſit reſumi in publicam formam contra cap. pe. de fid. inſtrum. & contra, not. in leg. chyrographis, de admini. tuto. Eſt etiam correctoria in alio, quia requirit ſupereſſe duos teſtes qui ſubſcribant, & quòd ſubſcribat iudex etiam qui non interfuit, quod eſt etiam ius commune ſecundum quod ſufficit teſtes intereſſe in celebratione contractus, & deſcribi per notarium, in prin. vel in fine inſtrumenti, ut in auc. de tabel. in princ. & in titu. de inſtrum. cau.
12 §. Sed ſi inſtrumenta † quæ etiam eſt odioſa, quia reſtringit facultatem probationis contra publicam vtilitatem, & contra l. Statutum, videlicet contra l. quoniam. C. de hære. in auct. de teſtib. §. licet de cle. pereg. cap. tuæ. 14. q. 2. c. quamquam de foro comp. capit. ſi di-
13 ligenti. l. ius de pact. † per quæ iura dicitur quòd non valet pactum
14 quòd non poſſit probari ſolutio niſi per ſcripturam, † quia etiam vſus teſtium pro communi vtilitate eſt introductus & neceſſarius, l. 1. ff. de teſtib. in §. fin. & per Glo. ſing. in auct. vt matres debitrices. §. quia uerò, quæ dicit quòd propterea non ualet tale pactum, & tenet Specu. in titu. de proba. §. nunc videndum. verſicu. Sed pone. & quod no. Cy. in leg. fi. C. arbi. tut. in 2. q. & Archid. 6. q. 1. c. quam periculoſum, & per no. Bar. in l. Theopompus, de do. præleg. Et eſt conſtitutio odioſa, quia iura partiū tollit ſi omnes teſtes, & notarius moriantur, quòd creditor non poterit vti amplius inſtrumento ſuo contra text. in auct. de inſtrum. cau. §. ſi verò omnes moriantur. & leg. 1. quemadmo. teſt. aperia. & dixit Ang. in leg. 2. C. quem-
15 ad. teſt. aper. ar. à contrario ſenſu glo. ibi poſitæ † quòd ſi omnes teſtes ſunt mortui non poterit fides teſtamenti, licet nunquam fue-
16 rit publicatum per glo. in d. l. 2. ff. eo. † Sunt enim inſtrumenta à iure diuino introducta, loquente Domino per prophetam Ierem. 32. vbi ſic inquit, Agri pecunia emantur, & in libro ſcribantur, & ex-
17 primantur ſignis, & teſtes adhibeantur. † & ſic dicta conſtitutio eſt contra ius diuinum, & dat materiam delinquendi & deprædandi proximum. Quod eſſe non debet. In auc. vt non fiant illi. ex ter. & in l. illicitas. §. herennius, ff. de offic. præſid. & propterea ut odioſa & correctoria non eſt amplianda: imò eſt tantum in caſu ſuo ſtrictè intelligenda & interpretanda, ut non intelligatur & extendatur ultra caſum ſuum, leg. ſi ſerui veſtri. C. de noxa. leg. adigere, §. quamuis, de iure patrona. cap. cum dilectus, de conſuetud. leg. præcipimus in fin. C. de appellatio. & in aucten. de admin. offic. §. fin. coll. 3. loquitur dicta conſtitutio in caſu ſuo tantum quando vult reſumi in publicam formam, quòd debeant

R 3 duo

duo teſtes ſuperuiuere: & non quando ſcheda ſeu protocollum producitur in proceſſu cauſæ ad probandum contractum in instrumento contentum, & ſententiam obtinendam, non ad effectum reſumendi inſtrumentum faciens probationem probatam. de quo in leg. cum precibus. C. de proba. Nam dixit Bal. in leg. planè. C.
18 quod fal. tuto. auct. † quòd conſtitutio quæ loquitur de inſtrumento guarentegiato exequendo, non habet locum cum id producitur in vim faciendæ probationis, referens hoc audiuiſſe à Bartol. in leg. ſi filius. C. quod cum eo. Et dixit Bartol. in leg. 1. §. & hæredi-
19 tas. ff. de his quæ in teſtamento delentur † quòd ſi quis perdidit inſtrumentum quod ſemel habuit reſumptum, licet debitum in eo contentum poſſit peti per libellum, non tamen poterit peti executiue ex diſpoſitione ſtatuti quòd inſtrumenta habeant exe-
20 cutionem paratam: iſti enim modi agendi ſunt diuerſi: † quia inſtrumenta quæ fiunt in regno ſecundum formam conſtitutionis inſtrumentorum robur, habent executionem paratam ſi ſint liquida, ut in ritibus magnæ Curiæ Vicariæ, & ſic æquiparantur inſtrumentis habentibus guarantigiam more Tuſcorum: quæ inſtrumenta ſecundum conſuetudinem regni facta, licet non habeant guarantigiam, tamen habent iuramentum, quod habet inſtar guarantigiæ, vt not. Bartol. in leg. 2. in fi. ff. de iureiur. & Ludo. in leg. cum qui. §. ſi iurauero. eo. titul. & Bald. in leg. etiam de execu. rei iud. & etiam ex alio: quia fiunt coram iudice ad contractus coram notario, qui eſt iudex Cartularius. Glo. in leg. 1. ff. de iudi.
21 † quo ad ſcribenda inſtrumenta publica ad quæ ſunt deputati, & de voluntate partium aſſumpti. Bald. in rubri. de fide inſtrum. in 2. col. vbi dixit quòd in hoc habent ordinariam auctoritatem, & proptereà videntur inſtrumenta forenſia facta in iudicio, quia etiam teſtes ſubſcribunt ſe & tunc videntur teſtificari. l. fi. vbi Bal. C. ſi cer. peta. &
23 Bart. in leg. ... quemad. teſt. aper. per illum tex. † Nam æquiparantur iſta inſtrumenta habentia executionem paratam à l. municipali, executioni ſententiæ ſecun. Bar. in leg. Cum vnus. ff. de bo. auc.
24 iudicum poſ. vt Bal. in leg. fi. C. eo. † Et in executione inſtrumenti liquidi quo ad detentionem perſonalem tollitur omnis defenſio vt dixit Bart. in leg. 1. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam. Et fiunt defenſiones in carcere ſecundum prædictum ritum: hoc ideo eſt quia iſta executio fundatur ſuper quadam notorietate ex inſtrumenti publici inſpectione ſecundum doc. in leg. fin. C. edic. diui Hadri. toll. & Bart. in leg. creditores. C. de pig. in fin. & Inno. in capitul. inſinuatione. in fin. de appella. quæ notorietas non reſultat ex ſola inſpectione protocolli quod producatur in iudicio

in

in vim probationis: quia oportet quòd comprobetur eſſe ſcriptum manu propria illius notarij, & quòd fuerit bonæ famæ, & quod re-
25 periatur inter ſchedas & eius protocolla, † quo probato non habebit ſuam executionem paratam ut inſtrumentum ſcriptum in formam publicam. Et ideò ſunt valde diuerſa: quia protocollo non poſſumus vti via executiua vt eſt dictum. Et ad hæc faciunt
26 quæ dicuntur leg. intra dies. ff. de re iud. vbi quàndo † quis habuit ſententiam pro ſe, & petit executionem ipſius ſententiæ an requiritur libellus, & ſic agendo actione in factum, vel debeat im-
27 plorari officium iudicis, vbi doc. † faciunt differentiam an agatur actione in factum vel iudicis officium imploretur vt ibi latè Bald. in
28 leg. etiam de execut. rei iud. † quando quis habet inſtrumentum quod poteſt venire per officium iudicis, vel per ac. in factum: nam in modo agendi vel veniendi ad executionem ſententiæ vel inſtrumenti eſſet differentia vt infra, & ſic in caſu noſtro ſunt diuerſa petere reſumptionem inſtrumenti ad finem vt eo reſumpto poſſit executiue procedi, vel agatur ordinariè ex eo contractu: Et fiat proceſſus ordinarius, & ſic cum ſit diuerſa dicta conſtitutio quæ loquitur reaſſumptionis reſtringatur vt non habeat locum in alio caſu per ſupradicta & per ſing. dicta per And. de Iſer. in conſtitutione regni in cauſa depoſiti: vbi dixit quòd refert an agatur pro depoſito actione directa depoſiti vel vtili ex confeſſione. Quo caſu non ſit locus illi conſtitutioni, per multa iura, & ra-
29 tiones ibi allegatas. Cum conſtitutio baiulos ſit ſtricti iuris. † quia in caſu inſtrumenti reaſſumpti poteſt à captura perſonæ incipi. Bar.
30 in leg ſi quis. C. depo. † Et quòd hoc ſit verum quòd iſta valde differant, quia inſtrumentum eſt probatio probata per lectionem ſcripturæ quia probat id de quo cantat diſpoſitiuè leg. intereſt. de ſolu. quod non eſt vbi protocollum producitur in iudicio ordinario quia expectatur ſententia diffinitiua iudicis; nam quod vna prohibetur alia videtur eſſe permiſſum. C. procu. l. maritus. ff. de mino. l. & ſi ſine. §. ſed quod Pap. & And. in dict. conſtit. in cauſa depoſiti. Si ergo conſtitutio ſtatuit inſtrumenta reſumi quando duo ſunt viui, non prohibet quòd quando omnes ſunt mortui non poſſit produci protocollum in iudicio ad effectum probationis & ſententiæ obtinendæ, quia iſta in ſupradictis differunt, & etiam differunt;
31 † quia ex inſtrumento in formam publicam oriuntur præſumptiones veritatis & ſolemnitatis. leg. cum precibus. de proba. de pac. leg. iuriſgentium. §. quod fere. Item quia iſta ſtatuta diſponentia quòd inſtrumenta habent executionem paratam, ſunt contra iura; ſecundum quæ requiritur ſententia vt fieri poſſit executio leg. ait præ-

tor. §. ſi iudex. ff. de re iud. & leg. minor. 25. ann. ff. de mino. ſecun-
dum Angel. de aretin. in dict. §. ſi iudex, & idem Angel. in leg. ſi
cum dotem. §. eo autem ipſo. ff. ſolut. matri. & Bal. in leg. vbi adhuc.
C. de iure dot. & in leg. 1. de execu. rei iud. & per glo. in leg. ſed ſi
poſſeſſori. §. ſi. de iuretur. niſi ſit inſtrumentum depoſiti. l. pe. C. de-
32 po. † vt dixit Bald. in l. à diuo Pio. §. ſententiam. ff. de re iud. quod
inſtrumenta habentia executionem paratam poſſunt exequi per
quemcunque iudicem, ſi in eius iuriſdictione vigeret ſtatutum
33 de exequendis inſtrumentis. † Item inſtrumenta reaſſumpta tot te-
ſtium auctoritatem habent, quot in eo teſtes fuere, & qui ſe ſubſcri-
pſerunt in l. ſi. C. de fideicom. ſecundum doc. in l. hac conſultiſſima.
34 C. qui teſt. 1. fa. poſ. † & ſic cum inſtrumentum ſumptum habeat di-
uerſos effectus a protocollo, ſequitur, quòd ſtatutum in uno non
ſtatuitur in reliquo leg. Papinianus exuli. de mino. leg. maritus de pro
35 curat. † quia ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio; & iuris varia
diſpo. & ideò dicta conſtitutio hiulos, requirit ſuperuiuere duos te-
36 ſtes de his qui interfuerunt † quia ex quo de maximo præiudicio
agitur veniendo executiue contra debitorem vigore inſtumentis pro
pterea maiorem ſolennitatem & probationem requiſiuit, per not. in
l. ſi. C. ſi cer. pet. per Bal. allegat Bart. in leg. Modeſtinus. de ſolu. & in
auct. de inſtrum. cau. & fid. §. ſi. non habebit locum quando agi-
tur ordinariè coram iudice uigore protocolli non ad reſumendum,
ſed ad fidem rei geſtæ inter partes per not. per Andr. in dict. conſti-
37 tutione in cauſa depoſiti. † Et quia ſtatutum quod loquitur in ca-
ſu ſuo, extra illum non debet porrigere vires ſuas: primo aucto-
ritate Bartol. in leg. 2. §. cum quæſtio. communia de leg. & in leg. certi
conditio. §. quoniam. ff. ſi cert. peta. per Bartol. & Iac. Butr. qui dixe-
38 runt † quòd ſtatutum prohibens probationem per teſtes non pro-
hibet probationem quæ ſit per teſtes & inſtrumenta coniunctim,
nec eam quæ ſit per teſtes ad corroborationem inſtrumenti, &
Ioan. Andr. in titulo de fruc. intereſſe. §. ſi. in addit. quæſtio. Iac.
Butr. glo. & doc. in leg. 2. de verb. ob. & quod not. Bald. in leg.
ſi hæres teſtamento. de ac. empti. & Ang. in leg. qui fundum ad
leg. fal. Et dixit Bald. in leg. Gallus. §. quid ſi tantum de lib. & poſt
39 hum. † quod omiſſum in ſtatutis pœnalibus nos ſupplere non de-
40 bemus: nam † ſtatutū quod habet ſe ad ius commune derogatiuū
non recipit interpretationem à iure communi: ſed ſimpliciter in-
telligitur pro vt iacet: quia verbis ipſius nihil addere, vel detra-
here debemus, leg. 1. §. ſi is qui nauem. de inſtitut. leg. 1. §. re-
petita. C. de emend. iuſt. C. & leg. 1. C. de lati. lib. toll. & de verb.
ob. leg. in conuentionalibus. §. denique. & quod Bald. plenè in leg.

maximum vitium. C. de lib. præte. & idem Bald. in l. non ſine. C. de
41 bo. quæ lib. qui dixit in l. etiam. C. de fur. † quòd non debemus metam ſtatuti excedere, & Bald. in l. pecoribus C. ad l. Aquiliam dixit
42 † quòd ſtatuta dictantia quòd de percuſſione ſanguinis non poſſit concordia fieri, quòd non intelligitur de eo qui aliquem in terram ſubmiſit, & colliſo capite ad lapidem exiuit ſanguis, quia iſte non eſt vſus illo lapide vt inſtrumento. Vnde cum dictæ conſtitu. non conueniant ei qui ordinariè agit pro debito ſuo coram iudice, & producit protocollum quod comprobari & verificari facit per teſtes & alias ſcripturas ad probationem ſuæ intentionis, vt poſſit ſententiam reportare: ergo ſibi non competit ipſius ſtatuti diſpoſitio leg. 4. in §. toties, ff. de dam. infect. ff. de admi. tuto. l. ita tamen ff. de aqua quoti. l. 1. in §. loquuntur de accuſa. l. hos accuſare in §. omnibus, & propterea dico quòd dicta conſtitutio nullo modo comprehendit caſum noſtrum, quia ſublata potentia reſumendi dictum inſtrumentum per mortem omnium teſtium, non eſt extenſus contractus in eo contentus tanquam quid diuerſum ab ipſo inſtrumento per iura primò
43 loco allegata. † Et dixit Iſernia in conſtitutione inſtrumentorum robur, ad hoc propoſitum, quòd quando vna conſtitutio arctat probationes quæ fiunt per inſtrumenta vt falſitas euitetur, non arctat probationes per teſtes, & idem dixit in conſtitutione in cauſa depoſiti, & ſic infert quòd aliud ſit quando vult de ſcheda fieri inſtrumentum publicum, vt requiratur eorum ſubſcriptio, & aliter quomodo contractus ipſe vult aliter probari ſcilicet per protocollum verificatum coram iudice per proceſſum parte vocata,
44 & hoc quia † vt ipſe ibi dicit in fine, quod officium notarij eſt contra ius vt credatur cartæ animalis mortui ſine adminiculo. nec tibi
45 videatur iſta interpretatio quo † ad dictam conſtitutionem: quia ut aliàs dixi conſtitutio principis non trahitur directe nec vtiliter niſi ad ea de quibus loquitur: arg. leg. ſi verò. §. de viro. ſolu. matrim. ſecundum Iſerniam in conſtitutione regni ſi damna clandeſtina in 15. colum. qui etiam dixit in conſtitutione regni ſtatuimus, & in conſti-
46 tutione honorem † quòd conſtitutio contra ius hoc ad alios caſus
47 etiam ſimiles non trahitur † nam quod conſtitutio principis odioſa omiſit proomiſſo habetur ſecundum Iſerniam in conſtitutione iuriſgentium & in conſtitutione vt de ſucceſſionibus. Et dixit idem
48 Andreas in conſtitutione regni proſequenies † quòd conſtitutio principis quæ loquitur in vno caſu circa certam probationem teſtium, ſi eſt odioſa non fit fraus ipſi conſtitutioni; nec circunuenitur alia via, quando ſibi datur intellectus iuri

commu-

communi conſonans, vt res redeat ad ſuam naturam ff. de pact. l. ſi vnus, §. quod in ſpecie in verſiculo militaribus in dicta conſtitutione, & ſic dico quòd erit locus iuri communi & non dictæ
49 conſtitutioni. Reſtat itaque videre † ſi eſt actum iudicio ordinario vt ſup. & etiam protocollum productum & fides protocollo facta quod eſt ſcriptum manu propria notarij qui fuit rogatus cum comparatione aliarum abbreuiaturarum protocolli, ex quibus ſumpta fuere alia inſtrumenta publica & cum ipſis inſtrumentis publicis ſumptis ex ſuis protocollis, & quòd fuerit bonæ famæ, & quòd ad ſcripturas & protocolla eius ſolet haberi recurſus tanquam ad ſcripturas notarij bonæ famæ, & ſolet dari fides, an tunc iudex poterit condemnare debitorem ad ſoluendum per diffinitam ſententiam? in quo dico fore habendam conſiderationem, quòd tale protocollum productum fidem faciat plenam ſeu ſemiplenam, poſtquam fuit per dictas probationes verificatum coram iudice, dico quòd probabit de iure communi per notata in cap. cum P. tabellio. de fide inſtrum. & in leg. chyrografis, de admin. tuto. nam licet dicatur ſecundum opinionem aliquorum quòd non plenè probat, habet locum ex ſua prima inſpectione & non quomodo eſt verificatum per iudicem parte vocata per notata in dicto c. cum P. & in dicta l. chyrografis, in quibus vide in c. præcedenti: vel ſi uis tenere quod non probet protocollum hoc modo verificatum mortuo notario, non poteſt negari quin faciat ſemiplenam, & ſi uiuat principalis cum iuramento ſuppletorio condemnabit conuentum per diffinitiuam ſententiam, & per notata Andreæ in dicta conſtitutione in cauſa depoſiti, vel quando non ſuperuiueret principalis creditor cui poſſet iuramentum deferri vel ſi ſuperuiueret hæres eius qui negotij plenam notitiam haberet vt quia interfuit rei geſtæ qui poſſet iurare per notata Innocen. in cap. in cauſa. de iuramen. calum. & in cap. ex literis, de iureiurand.
50 vbi dixit † quòd licèt iuramentum ſuppletorium non ſit deferendum niſi ſcienti veritatem, quòd tamen ſufficit quocunque modo nouerit veritatem vt poſſit ipſam aſſerere, & doctores in l. admonendi, & in l. bonæ fidei in glo. dixerunt quòd requiritur quòd ipſe habeat ueram ſcientiam per ſenſum corporeum, non autem per firmam credulitatem ſicut teſtis ut ibi, & idem Barto. in leg. maritus, de quæſtionibus, & ubi tertius eſſet qui pro ſuo intereſſe vellet reſumere puta emptor, vel alter qui etiam
51 poſſet recipere tale iuramentum, puto † quòd dicta ſcheda ſit verificata, & etiam facta comparatione multorum contractuum reſumptorum ex ſcheda ipſius notarij cum dicto iuramento, & facta

facta fide quòd illa inſtrumenta inde ſumpta ſemper fuerunt inuenta veridica, & fuit illis data fides in iudicio, & extra, dico quòd per iſtam comparationem fiet ſemiplena probatio, & coadiuuabit, & verificabit protocollum, & augebit eius fidem ad probandum contractum in eo contentum fuiſſe celebratum, per notata in l. comparationes, cum auct. ibi poſita. C. de fide inſtrumentorum, ubi Bart.& Bald. in dicta l. admonendi, & in leg.fin.C.
52 ſi certum petatur. † Nam inſtrumenta & protocolla teſtium adminiculis adiuuantur per notata per glo. in leg. in fin. C.ſi cer.pe. & in l.inſtrumenta,& in l.fi.de proba. & Specula. in titu. de inſtrum. editio.§.inſtrumentum.uerſi. quis locus,vbi Ioan.Andreæ in additionibus, & in §.reſtat.uerſi. quid ſi producatur,per ea quæ habes infra,in cap.rogatus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum ſemel ſumptum ex protocollo, & datum parti, ſi fuerit deperditum poterit iterum reſumi, non obſtante conſtitutione regni Baiulos, ratio ibi. officio iudicis ordinarii, vel delegati.*

2 *Inſtrumentum quando eſt deperditum,& reperitur abbreuiatura,poteſt iterum reſumi,de iure communi.*

3 *Conſuetudo Neapolitana quid ſeruet quando inſtrumentum eſt deperditum.*

4 *Inſtrumentum antiquum uel deperditum non debet refici, ſi non extat protocollum niſi duo teſtes uiuant,qui deponant de tenore inſtrumenti amiſſi,uel antiqui.*

5 *Intellectus ad glo.in auct. de hær. & Falci. §. 1. & auct.de quæſtio.circa prin.& l.chyrographis,de admi. tut.*

6 *Inſtrumenta, & teſtes licèt æquiparentur, tamen diſpoſitio odioſa ſuper inſtrumentis, non comprehendit teſtes, quia non expreſſum in conſtitutione principis,reducitur ad ius commune.*

7 *Protocolla, & abbreuiaturæ notariorum probant, quando fuerunt ſcriptæ, per notarium rogatum, & ſignum notarii fuit in eis appoſitum.*

8 *Inſtrumentum quando fuit ſumptum ex protocollo, & differentia eſt inter protocollum,& ſumptum,protocollum probat.*

9 *Datur fides inſtrumento ſemel in actis producto; quia eius fides fuit ſemel approbata niſi aduerſarius petat edi, ut de falſo redarguat.*

10 *Inſtrumentum comprobatum teſtibus, plenam fidem facit; quia quando teſtes ſe ſubſcribunt uidentur, teſtificari.*

11 *Fides inſtrumenti ſemel exemplati non deficit,ſi perdatur originale, tunc*

enim

enim geſta notarii dicuntur publica, quando fuerunt per notarium publicata.

12 Quando inſtrumentum eſt ſemel à notario completum & ſubſcriptum, et ſignatum, & parti aſſignatum, habuit perpetuam fidem.

13 Scriptura ſemel producta, & copiata in actis, fidem facit, ex quo ſemel fidem aſſumpſit, licet reperiatur deletum quod non nocet.

14 Scriptura dimiſſa in teſtamento, cui teſtator ſtari uoluit, licet non ſit manu teſtatoris ſcripta nec habeat teſtes, probat, quia ſemel uires ſuſcepit per teſtamentum.

15 Inſtrumentum fuiſſe reſumptum, et aſſignatum parti, quomodo probetur.

16 Notario, aliquid dicenti, uel ſcribenti de inſtrumento creditur.

17 Rubricellæ ſcriptæ in margine protocollorum, in his, quæ habent dependentiam à protocollo, probant.

18 Creditur notario, qui in protocollo ſcripſit, tali fuit datum inſtrumentum, ſicut ei creditur de præſentia teſtium in inſtrumento ſcriptorum.

19 Notario creditur de cancellaturis, ſi de eis facit mentionem.

20 In Regno, ſigna facta per notarios in margine, probant reſumptionem aliàs factam de conſuetudine.

21 Conſuetudo in ſolennitatibus inſtrumentorum, & protocollorum attenditur, & illa dicuntur de ſolennitate, quæ ſunt de conſuetudine notariorum.

22 Abbreuiaturæ notariorum à forma communi perfectionem recipiunt, et notarij eas perficiunt in forma conſueta.

23 Quomodo & ſecundo poteſt probari inſtrumentum reſumptum, & parti aſſignatum, & deperditum, quando notarius & teſtes omnes ſunt mortui.

24 Amiſſio inſtrumenti probatur per iuramentum. Sed alia requiruntur ſecundum Bal.

25 Inſtrumentum ſi eſt perditum, & teſtes dicant de hoc fuiſſe confectum inſtrumentum, licet id non producatur, probatum eſt debitum: quia teſtes ſunt originales ſicut inſtrumentum.

26 Alleganti caſum perditionis inſtrumenti, & non probanti caſum, eſt ſaluum ius probandi per aliàs ſpecies probationis.

27 Tenor inſtrumenti non poteſt probari per teſtes quoad plenam probationem, quia ſi eſt inſtrumentum faciens de alio mentionem, ex qualitate perſonarum, poteſt ei deferri iuramentum, & ideò cum protocollo faciet probationem in hoc caſu de reſumptione facta, ex quo fuit aliàs publicatum, & ex eo inſtrumentum ſumptum.

28 Inſtrumentum ſi apparet in protocollo cancellatum, eſt præſumptio quod fuit reaſſumptum.

29 *Protocollum iam ſumptum ſi caſſetur, illa caſſatio probat inſtrumentum ſumptum, & debitum fuiſſe.*

30 *Inſtrumentum quod aliàs fuit ex protocollo ſumptum, & publicatum, ex aliquibus verſiculis perpendi poteſt.*

31 *Probatis multis adminiculis fit probatio, & datur etiam iuramentum ſuppletorium.*

32 *Pars contra quam producitur inſtrumentum ſi illud lacerauit, non ex propoſito, ſed ex quadam animi indignatione, quantum ad vim probationis, ſtabitur iuramento aduerſarij, & lacerans punitur extra ordinem.*

33 *Creditor ex iracundia lacerans inſtrumentum, non perdit ius ſuum, ſed ſi petit reſumi inſtrumentum, debet clarius probare ius ſuum.*

34 *Clauſula, quòd notarius poſſit facere duo, vel plura inſtrumenta, operabitur quòd poſſit facere plura inſtrumenta, cum fuerint perdita, etiam ſine teſtibus, & ſine iudicis authoritate: concluſiue ibi quod non, & ratio, & quomodo intelligatur poteſtas data notario.*

35 *Verba contractus intelliguntur ſecundum naturam ipſius contractus, in quo apponuntur.*

36 *Partes non poſſunt earum proprio conſenſu agere, vt detur fides ſumpto ſine iudice.*

An inſtrumentum ſemel ſumptum mortuo notario & omnibus eo perdito poſſit iterum reſumi ſine teſtibus uiuentibus. Rub. 20.

1 QVotidiana eſt quæſtio † pone quòd fuit ſemel reſumptũ inſtrumentum publicum ex protocollo & aſſignatum parti quæ illud perdidit, & nunc coram iudice petit iterum reſumi debere. Opponitur quòd iudex, notarius, & teſtes omnes ſunt mortui, & per conſequens obſtante conſtitutione regni baiulos, non poſſe reſumi. Et omiſſo an debeat probari perditio, & qualiter: quia infra dicetur. in qua quæſtione, dico quòd dictum inſtrumentum poterit iterum reſumi officio iudicis ordinarij vel delegati de iure communi & ſecundum formam cap. cum P. tabellio. de fide inſtrum. non ob. dicta cõſtitutione, quia conſtitutio ipſa non loquitur in caſu quando inſtrumentum fuit ſemel ſumptum ſolenniter, & poſtea perditum, ſed loquitur quando antequàm fuiſſet reſumptum mortui fuere omnes, quo caſu ius commune ſeruabitur, ut ſentit glo. in d. conſtitutione in verſi. compellantur, & ita reperi in quadam conſtitutione antiqua gloſulam anti-

antiqui doctoris, & credo quòd fuit Bartholomæi de Capua, qui hoc dicit per illam glo. quòd illa conſtitutio non habet locum quando ſemel fuerit ſumptum, & deinde perditum, & petitur iterum reſumi
2 quãdo omnes ſunt mortui, † & videtur de hoc glo. in c. chyrografis, de admin. tuto. quæ dicit quòd quando eſt perditum inſtrumentum, & reperitur abbreuiatura, quòd poterit iterum reſumi, quæ loquitur de iure communi. Tamen Neapolitanus gloſator conſuetudinũ Neapolitanarum uidetur innuere contrarium in glo. conſuetudinis, quæ incipit vbi inſtrumentum in verſi. prorupto, ad finem illius glo.
3 vbi dicit † quòd quando inſtrumentum fuit completum & perfectũ per tabellionem, & de teſtibus ſubſcriptum; & amiſſum, tunc vocata parte coram iudice, & probato contractu, & eius amiſſione, compellitur ad iterum faciendum contractum, uel confeſſionem illius contractus per d. l. chyrografis, in ver. amiſſione, & C. de diſcus, l. ne caſu lib. 10. Tamen gloſator ipſe non loquitur in caſu conſtitutionis baiulos, ſed loquitur, de iure communi ſecundum quod protocollum probat quo ad finem iterum reſumendi: nam dicit probato contractu, & in hoc caſu contractus eſt probatus per protocollum: quando fuit aliàs inde ſumptum inſtrumentum, loquitur enim ſecundum formã cap. cum olim de priuileg. quòd perdito priuilegio, eſt probandus tenor, ſicut etiam perdito inſtrumento debet probari tenor, ut ſupra diximus, & hic probabitur per protocollum, & quòd hoc ſit verum:
4 † & dixit not. Bar. in l. ſi quis ex argentaris. §. nec iterum. ff. de eden. ꝙ vbi petitur reſumi iterum inſtrumentum perditum, vel antiquatum, debet refici ſecundum formam, & ſubſtantiam protocolli: ar. C. de fid. inſtrum. l. illatæ, eſt tex. cum glo. in auct. de tabel. §. Illud, & §. pen. dicens quòd ſi non extat protocollum non debet refici niſi ſaltẽ duo teſtes viuãt qui deponerent de tenore inſtrumenti amiſſi vel antiqui. Quo caſu ſecundum eorum depoſitionẽ refici debet, ita quòd actor iuret per d. l. illatæ, & l. ſicut, & l. quędam. §. nummularios. ff. de edẽd.
5 verſi. cæterum † dicens ſic debere intelligi glo. quæ loquitur indiſtinctè in auct. de hæred. & fal. §. 1. & in auct. de quæſtio. circa prin. & de admin. tut. l. chyrografis, & d. l. ne caſu. Quod probatur ratione, nã ut pluries eſt dictum, conſtitutio ipſa eſt correctoria, & contra iura, quia requirit duos teſtes ſuperuiuere ut poſſit reſumi, & ideo non debet intelligi niſi in caſu quo loquitur per plenè ſcripta per Iſer. in conſtitutione in cauſa depoſiti. Et dixit Iac. Butr. in leg. 1. ff. de fid. inſtrum.
6 † quòd quamuis inſtrumenta & teſtes æquiparentur: tamen diſpoſitio odioſa ſuper inſtrumentis non comprehendit teſtes, nam non expreſſum in conſtitutione principis reducitur ad ius commune. leg. Si mors, de dona. inter uir. & uxo. & l. ſi cum dotem ſol. matr. quod not.

Bar.

Bar.in l.1.§.lex Falcidia.ff.ad l. Falc. & in l. Vranius de fideiuſ.& fac. l.Cæſar.de publica.glo.in auct. de hæred. quę ab inteſt. in prin. nam ideo duo teſtes requiruntur ſuperuiuere, qui teſtificentur quòd contractus fuit inter partes celebratus ad fidem & probationem faciendam de iure gentium,quòd tale inſtrumentum eſt uerum, ut in l. fi. C.ſi cert. pet. & in l. ubi num.ff. de teſti. & in c. in omni negotio. ex
7 tra de teſti. & in l.vt iurisiur.C.eo. conſtat autem † quòd quando inſtrumentum eſt ſemel reſumptum à protocollo per notarium cum ſigno & ſubſcriptione manu iudicis & teſtium , pro vt requiritur per conſtit.regni inſtrumentorum robur,quòd protocollum uires ac robur aſſumpſit,& fuit per notarium publicum,autenticatum,& ſignatum , & data fides perpetua per publicationem & teſtium ac iudicis ſubſcriptionem: ar. d. conſt. inſtrumentorum robur , & dicit Cyn.& Bald. in l.contractus.C. de fid. inſtrumen. quòd protocolla & abbreuiaturæ notariorum probant,quando fuerunt ſcripta per notariũ rogatum,& quando fuit ſignum notarij in eis appoſitum,hoc etiam tenet Bald.in rubrica eiuſdem tituli, hoc tenet Bar.in leg.Si librarius,de
8 reg.iur.vbi dicit † quòd quando fuit ſumptum inſtrumentum ex protocollo,& eſt differentia inter protocollum & ſumptum, quòd protocollum probat:quia fuit ſemel publicatum,& approbatum per notarium,& ei fides impoſita,hoc etiam tenet Bar.in l.Sempronius proculo.de leg.2.hoc tenent omnes doct. vt ſupraſcripſi in c.quidam emit,
9 pro quo fac.lex fi.C.de fid.inſtrum.vbi datur † fides inſtrumento ſemel producto in actis, quia eius fides ſemel fuit approbata niſi aduerſarius petat edi ut de falſo redarguat:niſi doceatur perditum , ubi dicit Bar. quòd hoc caſu protocollum illius inſtrumenti probabit veritatem illius inſtrumenti,& ſequitur Bald.in l. noſtram. C. de teſtam.
10 vbi allegat Bar. † nam inſtrumentum comprobatum teſtibus plenã fidem facit,ut ibi dicit Bald. quia tunc quando teſtes ſe ſubſcribunt videntur teſtificari.l.fi.C.ſi cer. pet.ubi not.Bal. per illum tex. & idem
11 tenet Lud.in l.Sciendum.ff.de uerb.obl.dicens per dictam l. fin.† ꝙ fides inſtrumenti ſemel exemplati non deficit ſi perdatur originale. tunc enim geſta notarij dicuntur publica quando fuerunt per notariũ publicata.Bar. in l.geſta de re iud.& in leg. publicati. C. de teſta.& in
12 auct.de fid.inſtrum.§.Sed ſi inſtrumenta,& in c.cum P.tabellio.† nã quádo ſemel inſtrumentum eſt à notario completum , & ſubſcriptũ, & ſignatum,& parti aſſignatum habuit perpetuam fidem , per not.in l.contractus,C.de fid.inſtrum. adeò quòd ſemel robur aſſumpſit , licet omnes moriantur non perijt fides eius, in auct. de inſtrum.caut. §.Si vero omnis,& glo.not.in l. 1.ff. quemadmo.teſt.aperi. & Inno.in
13 c.2.de fid.inſtrum.† benefacit quod dixit Bar.in l. fin.C. de fid.inſtr.

vbi

vbi dixit quòd ſcriptura ſemel producta, & copiata in actis fidem facit,ex quo ſemel fidem aſſumpſit,licet reperiatur deletum,quod non nocet:ergo iſtud inſtrumentum ſemel aſſumptum ex protocollo, & teſtibus ſignatum,imponit fidem protocollo quòd fuerit,& ſit verũ, & quòd partes ſic contraxerint per publicata,& per not.Bal.in l. Si ita
14 de l.2.qui dixit ar.il ius l.† quòd ſcriptura dimiſſa in teſtamento cui teſtator ſtari voluit, licet non ſit manu teſtatoris ſcripta nec habeat teſtes,probat,quia ſemel uires ſuſcepit per teſtamentum ar.l.cum pater. eo.Ideo dicta conſtitutio baiulos, eſt intelligenda in caſu ſuo ſtrictè, ne quis indebitè locupletetur.l.vt gradatim.§.& ſi lege.ff.de mune.& hono.& ne aliquis damnum patiatur l.2.de noxa.& l.fin.§. in computatione.C.de iure delib.& per not. in leg.Barbarius.ff.de offic.præſid.
15 Probatur † autem iſtud inſtrumentum fuiſſe reſumptum & aſſignatum parti primo per ſcripturam notariorum: quia quando ex protocollo reſumperint inſtrumẽta ſcribunt in margine protocolli factum & aſſignatũ,quæ ſcriptura bene probat:per no.Bar.in d.l.Si librarius,
16 vbi dixit † quòd creditur notario aliquid dicenti vel ſcribenti de inſtrumento:ar.l.apparitores.C.de exac.trib.l.Si quis decurio : de Falc. & l.magis puto.§.ne tamen de rebus eorum,& aliquid per Bar.in leg.
17 admonendi.ff.de iureiur. vbi dixit † quòd iſtis rubricellis ſcriptis in margine protocollorum in his quæ habent dependentiam à protocollo quòd probant per.not.Io. And. in addit.in tit.de inſtr.edit.§.poſtquam in verſi. præſtito autem, in addit. nota quia prudentes, vbi di-
18 xit † quod creditur notario qui in protocollo ſcripſit tali fuit datum inſtrumentum: Sicut ei creditur de preſentia teſtium in inſtrumento ſcriptorum,in auct.de fid.inſtr.§.Si quis inſtrumenta,& per not.per Spec.in tit.de inſtru.edit.§.oſtenſo.in uer.factum, ergo non poteſt iudex ſupplere, vbi ponit de iſtis ſignis inuentis in protocollis, quæ nõ poſſunt intelligi niſi per intellectum ſcribentis, quòd poſſunt per iudicem declarari: nam ſi ipſe notarius uiueret & eſſet dubiũ aliquod in inſtrumento: recurreretur ad ipſum, & ad eius literas, glo.in auct.
19 de hæred.& Falcid.§.Si vero abſint:† quia notario creditur de cancellaturis, ſi de eis facit mentionem per no.in l.fi. C. de edict.diui Hadri. toll. & in l.ſi vnus. C. de teſta. & in leg. 1. de his quæ in teſtamento delen. habent enim de conſuetudine notarij ita ſcribere in margine
20 quando reddiderunt parti inſtrumentum. † Et in regno de conſuetudine ſolent facere certa ſigna videlicet ſ f. & ſ f. quæ ſigna in regno ſecundum communem ſtilum notariorum probant de conſuetudine completionem & aſſignationem inſtrumentorum, & vbi dubitaretur de hoc ex quo ſunt circunſtantiæ inſtrumenti, recurretur ad notarios expertos ar.l.comparationes de fid.inſtrum.& in prima conſtitu-

ſtitutione Digeſtorum, & C. de ſecund. nup. l. hac edictali: de re mili. l. ſemel. lib. 12. & Bar. in leg. ſi quis ex arg. §. ſi initium iure per. ff. de eden. vbi etiam allegat. leg. 1. §. 1. de vent. inſpic. & in corpore de non alie. §. quod autem. Et hoc eſt indubitatum in regno, quòd dicta ſi-
21 gna probant reſumptionem aliàs factam de conſuetudine. † Et facit, quia in iſtis ſolennitatibus inſtrumentorum & protocollorum attenditur conſuetudo Glo. in d. §. ſi initium. ff. de eden. & in l. 1. & 2. quemad. teſtamenta aperi. & illa dicuntur de ſolennitate quę ſunt de conſuetudine notariorum, de quibus in leg. generali, & in auct. vt præpo. not. Imper. in §. ſi qua vero. in verſiculo apud omnes talis obſeruantia cuſtodiatur, & dixit Cy. in leg. contractus.
22 C. de fid. inſtrumen. † quòd abbreuiaturæ notariorum recipiunt perfectionem à forma communi, & notarij eas perficiunt in forma
23 conſueta, in auct. ſcriptũ exemplar. coll. 2. & l. fi. C. de fideicom. † Secundo poterit probari inſtrumentum reſumptum, & parti aſſignatũ: quando notarius & teſtes omnes inſtrumenti eſſent mortui, & ipſum inſtrumentum eſſet deperditum, per alios teſtes literatos qui vidiſſent inſtrumentum reſumptum in formam publicam in poſſe creditoris vel alterius, per not. per Bar. in leg. 2. §. diuus, de iure fiſci. dicens ita intelligi. c. cum olim de priuileg. l. teſtium ad fi. de
24 teſti. & in l. qui tabulas. de iur. & per not. in l. fin. de eden. † & etiam per iuramentum ſecundum Spec. in titu. de inſtr. edit. §. poſtquam. verſi. ſed nunquid, qui loquitur quando vult iterum refici inſtrumẽtum: quia per hoc non derogatur iuri alterius, & Bal. in leg. ſi quis ex argentarijs. §. nec iterum. ff. de eden. dicens quòd amiſſio inſtrumenti probatur iuramento per l. fi. C. de fid. inſtrum. & glo. in cap. cum olim de conue. coniug. licet in contrarium videatur tex. in l. teſtium. C. de teſti. quod ſolum iuramentum non ſufficiat, & in leg. creditores, de pig. ac. vbi vide Bart. & in dicta leg. ſi quis ex argentarijs. §. prohibet. vbi eſt diſtinctio ſi iuramento probetur, & Bal. in rubr. de fide inſtrum. dixit quòd ſi inſtrumentum eſt perditum, & qui habet ius in ſubſtantia facti quod probare intendit: debet refici caſu probato per coniecturas, & iuramentum leg. ne caſu. de diſcus. libro 10. & dixit idem Bal. in leg. 1. C. de fide in-
25 ſtrum. † quòd ſi inſtrumentum eſt perditum, & teſtes dicant, quòd de hoc fuit cõfectum inſtrumentum, licet id non producatur, eſt probatum debitum: non obſtat auct. ſi quis in aliquo, de eden. quia eſt vera in ſumpto: Sed teſtes ſunt originales ſicut inſtrumentum, &
26 dixit glo. & Bal. in l. Sicut. C. de fid. inſtr. † quòd ſi quis allegat caſum perditionis inſtrumenti, quòd ſi nõ probet caſum, eſt ei ſaluũ ius probandi per alias ſpeciales probationes. ubi gl. † ꝙ tenor inſtrumẽti non

S po-

poteſt probari per teſtes quo ad plenam probationem: quia ſi eſt inſtrumentum faciens de alio mentionem ex qualitate perſonarum poteſt ei deferri iuramentum, & ideò cum protocollum faciet probationem in hoc caſu de reſumptione facta ex quo fuit aliàs publicatum, & ex eo inſtrumentum ſumptum per not. Ioan. Andr. in add. Spec. in
28 tit. de inſtr. edit. §. poſtquàm ver. præſtito autem. vbi dixit † quòd ſi apparet inſtrumentum in protocollo cancellatum eſt præſumptio quod fuit reaſſumptum, & idem dicit in verſi. no. quia prudentes. vbi di-
29 xit † quòd ſi protocollum iam ſumptum caſſatur illa caſſatio probat inſtrumentum ſumptum, & debitum fuiſſe, ſecundum Ioan. And. ibi in add. quæ eſt deciſio quæſtionis noſtræ, & dixit Bar. in l. Sciendum
30 de verb. oblig. † quòd aliquibus verſiculis poteſt perpendi quòd inſtrumentum aliàs fuit ex protocollo ſumptum, & publicatum, & probant illa verba, poterit nunc reaſſumi dato iuramento parti probata amiſſione, & hoc etiam tenet Ang. in auct. ſi quis in aliquo. C. de edē.
31 in ſua diſtin. vbi dicit † quòd probatis multis adminiculis fit probatio, & datur etiam iuramentum ſuppletorium, vbi tetigit intellectum glo. dictæ legis ſicut de fid. inſtrum. & vide de hoc ſupra in duobus capitulis ſeq. Et quòd in reſumptione inſtrumenti detur iuramentũ ſuppletorium ſecundum formam. l. in bonæ fidei. C. de iureiur. tenet Specu. in titu. de inſtrum. edit. §. poſtquam, in ver. & patet, & glo. in
32 auct. de inſtrum. cau. §. ſi tamen, in verſic. interuenit † Eo autem caſu quo pars contra quam producitur inſtrumentum illud lacerauit, quãtum ad vim probationis iuramento ſtabitur aduerſarij. C. de proba. l. ſi de poſitione, tamen quoad pęnam iſte lacerans non ex propoſito, ſed ex quadam animi indignatione punitur extra ordinem ſecundũ Ioa. And. in c. Sicut accepimus de fid. inſtrum. & Bal. refert in leg. 1. C.
33 eo. † & vbi creditor ex iracundia lacerauit inſtrumentum, non perdit ius ſuum, & is ſi petit reſumi iterum debet clarius probare ius ſuum, dict. leg. 1. per Bal. nec defertur de hoc caſu iuramẽtum probationis, quia ſua culpa probationem offuſcauit præſertim in facto antiquo, vbi aliquid poſſet eſſe in inſtrumẽto: de quo teſtes nõ recordarentur.
34 ff. de probatio. l. cenſus, & dicta l. 1. in verſi. manifeſte: vbi Bal. † Si verò in inſtrumento ſeu eius protocollo diceretur quòd notarius poſſit facere duo vel plura inſtrumenta, an operabitur tunc iſta clauſula quòd poſſit facere plura inſtrumenta cum fuerint perdita, etiam ſine
35 teſtibus, & ſine iudicis auctoritate. Dic quòd non, † quia verba contractus intelliguntur ſecundum naturam ipſius contractus in quo apponuntur. ff. de præſc. ver. l. inſulam. de dam. inf. l. damni. §. 1. de vſur. l. ſi ſtipulatus. §. 1. & quæ not. in l. ſtipulatio iſta. §. hi. & §. hoc quoque, de ver. ob. Bal. in l. expulſos. C. de ac. emp. intelligitur ergo iſta po-

te-

teſtas data à notario quòd poſſit facere plura inſtrumenta, ſcilicet ſuperuiuentibus teſtibus, & ſecundum formam iuris, ſcilicet conſtitutionis inſtrumentorum robur, nec etiam dicta poteſtas aliquid opera-
36 bitur. † Quia partes non poſſent earum proprio conſenſu agere, ut detur fides ſumpto ſine iudice ſecundum Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. poſtquam. in ver. hæc etiam not. ar. ca. ſi inſtrumentum, extra eo. vbi per Ioan. And. in lec. requiritur ergo tunc iudicis auctoritas, & decretum quòd poſſit reſumere per not. in d. c. cum P. tabellio. & in l. 1. de offic. conſul. & tunc dicta clauſula operabitur ſuper uiuetibus teſtibus. Et ubi alias non poſſet inſtrumentum reſumere ne fieret parti præiudicium ea non citata, & vide ibi in c. bonæ, quòd citantur, & in c. duo adinuicem. ubi ad complementum.

SVMMARIVM.

1 *Notarius an poſſit alij committere reſumptionem inſtrumentorum ſuorum.*

An notarius poſſit alteri committere reſumptionem inſtrumentorum ſuorum. Rubr. 21.

1 VIde † Specu. in tit. de inſtrum. edit. §. poſtremo: verſicu. Item opponitur quòd non eſt inſtrumentum, & an inſtrumentum tunc valeat, vide ibi per Ioan. Andr. in addi. magna. Bal. in l. repetita. de epiſco. & cler. Barto. in l. 1. ff. de fal. Bal. in rubr. de fide inſtrum. Bal. in l. 1. de officonſulis, & ibi Barto. Bal. in l. fin. C. de teſta. Bald. in auctẽn. ſi quis in aliquo. C. de eden. vbi etiam Barto. in l. diuus. §. idem ſenatus. ff. de fal. Ang. in l. 1. C. de ijs qui ſibi aſcrib. vbi tenet cum Bal. contra Bart. Tamen opin. Barto. videtur tutior, & in auctẽn. de tabell. vbi Ange. & Bal. in leg. quædam. §. nihil, de eden. vbi Barto. & Ange. in l. diuus. de fal. Bal. in l. 1. §. ne autem, de caduc. tollen. in rubr. de fide inſtrumen. Cano. in c. cum P. tabellio. de fide inſtrum. vbi Inno. & idem Inno. in cap. quoniam contra. de proba. & habetur in l. fin. §. ſi autem. C. de iure delib.

SVMMARIVM.

1 *Nota facta per notarium, qui deinde fuit effectus iudex ad contractus, poſſunt reſumi per alios notarios, cum auctoritate iu-*

dicis, mortuo eodem notario.

2 *Notarius aſſumptus ad iudicaturam remanet in ſtatu primo notarius.*

3 *Remoto priuilegio, quis remanet in iure communi, niſi propter ſuum delictum perderet priuilegium.*

4 *Priuilegium, quod recipit iterationem, non perditur actu contrario.*

5 *Iudicatus officium non eſt incompaſſibile officio tabellionatus, ſicut non eſt compaſſibile cum decurionatu.*

6 *Aduocati non debent exercere officium tabellionatus, quia eſt uile, & hoc iure utimur in regno.*

7 *Iudex poteſt ſtipulari pro notario dum contrahit, et vnus pro alio ſcribit in protocollis, & datur fides illi protocollo, pro quo ſcribit mortuo eo, quia ſunt collegæ in conficiendo inſtrumento.*

An contractus de quibus fuit rogatus notarius qui deinde efficitur iudex ad contractus, poſſint reſumi per alium. Rubrica 22.

1 AN † ſi reperiantur notæ factæ per notarium, qui deinde fuit effectus iudex ad contractus per regem, & contraxit aliquando vt notarius, poſſint reſumi per alios nota rios mortuo notario eodem cũ auctoritate iudicis? Dic
2 quòd ſic, † quia notarius aſſumptus ad iudicaturam remanet in ſtatu primo notarius, ſecundum Bald. in l. ſenato. ff. de ſena. quia recipiendo iudicaturam non ſe facit alienum à notariatu. qui dicit etiam quòd ſi eſſet aſſumptus ad iudicaturam, & ab ea remotus, re
3 maneret notarius: † quia remoto priuilegio quis remanet in iure cõ muni. ff. de excuſa. tuto. l. ſed & milites, in prin. niſi propter ſuum delictum quis perderet priuilegium. l. 2. C. ſi inge. eſſe dicatur, & l. propter veni. §. fin. ad ſyllan. l. 2. C. de his qui ſpon. mune. & l. 2. de excuſa
4 tio. tuto. † vbi priuilegium quod recipit iterationem non perditur
5 actu contrario ſecundum Bald. ibi. qui dixit † quòd iudicatus officiũ, non eſt incompaſſibile officio tabellionis. ar. leg. iubemus. §. his autem. C. de ſacroſ. ecc. ſicut non eſt incompaſſibile cum decurio. C. de fal. leg. ſi quis decurio. & adde not. in l. vniuerſas. C. de dec. vbi dici-
6 tur † quòd aduocati non debent exercere officium tabel. quia eſt vile, & hoc iure vtimur in regno: vbi multi notarij ſunt iudices ad contractus, & ſtant in vna ſtatione cum aliquo notario, & vnus ſcribit rogitus pro alio, & vnus ſtipulatur pro alio: & alium iudex ſtipulatur pro notario per not. in leg. ſtipulatuo iſta. §. alteri. ff. de verbo. obl.

7 obl. † quòd iudex poteſt ſtipulari pro notario dum contrahit, & vnus pro alio ſcribit in protocollis, & datur fides illi protocollo pro quo ſcribit mortuo eo, quia ſunt collegæ in conficiendo inſtrumento, ſicut dicitur in auc. de tabel. ubi quando diſcipulus ſcribit pro ſtationario & ſicut quando plures notarij ſunt rogati, & vnus ſcribit, & alter ſubſcribit, vt habes ſupra in capitulo, an ſi duo notarij, &c.

SVMMARIVM.

1 *Notarius ſi effectus ſit monachus, & partes uelint reſumi facere inſtrumẽta ex protocollis ſuis, an cogatur illa edere?*
2 *Notarius, factus monachus, nõ poteſt cogi conficere inſtrumenta de nouo, quæ aliàs eſſent nulla, ideo debet ſe abſtinere.*
3 *Sacerdos poteſt eſſe rogatus circa ſpiritualia.*
4 *Caſus in quo inſtrumenta notarij uiui poſſunt reſumi per alterum, mandato iudicis.*

Quando notarius efficitur Monachus. Rubrica 23.

1 NOtarius effectus † eſt monachus, an ſi partes uelint reſumi facere inſtrumenta ex ſuis protocollis, cogatur illa edere? Dic quòd ſic, per not. in leg. prætor. ff. de eden. & poterit compelli coram prioribus notariorum ſecundum Angel. ibi. licet alij contra, quia iudex ſecularis eſt incapax illius iuriſd. per l. 1. ff. de iud. & per not. in c. ſi diligenti. de foro compet. & in leg. ſi quis poſtea de iud. & in l. 1. de pe. ſed alij dicunt quòd cõmuniter monaſterium ad hanc editionem coram proprio iudice. l. 1. §. ſi penes. de tab.
2 exhib. ubi Barto. dixit quòd † notarius factus monachus non poteſt cogi conficere inſtrumẽta de nouo, dicẽs quòd aliàs eſſent nulla: ideo debet abſtinere. c. 1. ne cler. vel mona. de quo in l. 1. ff. de iuſti. & iur.
3 vbi Barto. † ꝙ clericus ſacerdos poſſet eſſe rogatus ſi eſt rogatus circa ſpũalia: tñ an poſſit ex prorogatione, uide Iſer. in titu. quæ ſint regalia,
4 in uerbo poteſtas creandorum. † Et iſte eſt unus caſus in quo inſtrumenta notarij uiui poſſunt reſumi per alterum, mandato iudicis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis, qui dicit non recordari quòd fuerit rogatus in illo contractu, ſecundum caſum ibi propoſitum, & differt ſe ſubſcribere, uel teſtificari*

poteſt compelli ad ſe ſubſcribendum, alia ibi opin. Bald.

2 *Teſtis ſi dicat ſe non recordari, ualet tamen inſtrumentum, quia inſcriptio notarij probat quòd rogatus fuit, & interfuit.*

3 *Notarius qui negat ſe recordari de rogitu, mala fide tenetur de falſo, ſecus ſi bona fide. idem in teſte, quia multi ex infirmitate habent malam memoriam.*

4 *In regno practicatur quòd teſtes qui dicunt non recordari de inſtrumento, & rogitu, coguntur ſe ſubſcribere, quia ſunt inſcripti per notarium in inſtrumento, & fides inſcriptionis teſtium dependet ab auctoritate notarij.*

5 *Praeſumitur pro inſtrumento, ubi eſt ſignum, & ſubſcriptio notarij.*

6 *Notario creditur de inſcriptione teſtium in inſtrumento, vel protocollo ſcriptorum, quia inſtrumentum tot teſtium uicem obtinet, quot in eo ſunt deſcripti.*

7 *Negatio teſtis non minuit fidem inſtrumenti.*

8 *Notarius ſi diceret quòd teſtis fuit rogatus in inſtrumento, & teſtis diceret contrarium, creditur notario.*

9 *Teſtes ſi contradicant protocollo an poſſit reſumi?*

10 *Notarius; qui confecit inſtrumentum ſi eſt perſona ſuſpecta, & unus teſtis contradicat inſtrumento, iſtæ duæ probationes imperfectæ, faciunt unam perfectam contra inſtrumentum.*

Quando teſtis inſcriptus in inſtrumento dicit ſe non recordari, an cogatur ſe ſubſcribere. Rubrica 24.

1 ALiquis vult † reaſſumi facere inſtrumentum ex protocollis notarij prædefuncti in quo viuunt duo teſtes ſecundum formam conſtitutionis regni Baiulos, & vnus eorum dicit ſe non recordari quòd fuerit rogatus in illo cõtractu, & differt ſe ſubſcribere, vel teſtificari, quid eſt fiendum? Dic quòd Ange. in l. cum ab initio. ff. quemad. teſta. aperi. dixit quòd poteſt compelli ad ſe ſubſcribendum, & idem Innocen. in c. cum Ioannes Eremita. de fid. inſtrum. Bal. in l. 1. §. ſed ſi neger. eod. tit. videtur tenere quòd ſtetur inſtrumento ſi eſt inſtrumentum publicũ, dicens ſecus eſſe ſi ſit ſcriptura priuata indigens confirmatione ex dicto teſtis: quia non ſufficit ſecundum gloſſ. in d. §. ſi neger. vbi etiam

2 Bar. dixit † ſi teſtis dicat ſe non recordari, quòd inſtrumentum eſt ualidum: allegat Inno. in ca. cum omnes. de fid. inſtrum. vbi idem tenet Ioan. Andr. & ſic inſcriptio notarij probat quòd rogatus fuit & interfuit,

terfuit, vide aliquid per Bald. vbi §. quidam. ff. de edend. vbi dixit
3 † quòd notarius qui negat ſe recordari de rogitu, mala fide quòd tenetur falſi: ſecus ſi bona fide: vbi dixit idem in teſte: quia multi infirmati habent malam memoriam: ar. l. peregre. ff. de acqui. poſſ. & ita
4 in regno prąticatur: † quia teſtes qui dicunt ſe non recordari de inſtrumento & rogitu: coguntur ſe ſubſcribere: quia ſunt inſcripti per notarium in inſtrumento: hoc ideò: quia iſte teſtis reperitur inſcriptus per tabellionem in protocollo ſeu inſtrumento, & fides inſcriptionis teſtium dependet ab auctoritate notarij. ſecundum Ioan. Andr. in titulo de fid. inſtrum. §. reſtat videre præſertim ſi notarius inſtrumentum illud in formam publicam redegiſſet: quia
5 probat, † & præſumitur pro inſtrumento vbi eſt ſignum & ſubſcriptio notarij in auct. de inſtrum. cau. & fid. §. Sed ſi inſtrumenta, & Spec. eo. titu. §. Sed ſi inſtrumentum in verſi. Item quòd non eſt ſi-
6 gnum, & in §. reſtat. verſicu. Sed quid † & ſic notario creditur de inſcriptione teſtium in inſtrumento, vel protocollo ſcriptorum, & hoc etiam tenet Paul. de Caſt. in conſil. 250. ea ratione: quia inſtrumentum poſt teſtium vicem obtinet quot in eo ſunt deſcripti, vt plenè habetur in l. fin. C. de fideicom. per glo. Dyn. & Bart. in l. hæredes
7 palam. in prin. ff. de teſta. dicens † quòd iſta negatio teſtis nòn minuit
8 fidem inſtrumenti. allegat Innocen. vbi ſupra. † Et vbi notarius diceret quòd ille teſtis fuit rogatus in inſtrumento, & teſtis præſens diceret contrarium, quòd creditur notario ſecundum Innocen. & Ioa. Andr. in cap. cum Ioannes Eremita. de fi. inſtrumen. & Barto. in leg.
9 1. §. fin. ff. quemadmo. teſtamen. aperia. † Et quando teſtes contradicerent protocollo an poſſit reſumi. vide in cap. an ſi mortuo notario. Et adde quòd Ioan. Andr. in additio. Specul. in titu. de inſtrum. edi. §. re-
10 ſtat. verſic. ſed nunquid dixit, † quòd quando notarius qui confecit inſtrumentum eſt perſona ſuſpecta; ſi vnus teſtis contradicat inſtrumento, iſtæ duæ probationes imperfectæ faciunt vnam perfectam contra inſtrumentum. ar. leg. ſancimus. C. de teſta. & leg. rationes. C. de proba.

SVMMARIVM.

1 *Contractus caſſatus in baſtardello per notarium, quia fuerat per ipſum notatus in protocollo & ibi non caſſatus, poteſt reſumi: quia cancellatio limitatur ſecundum caſus cancellationis.*

2 *Inconſulta cancellatio non nocet, et cauſa cancellationis eſt ſecundum communem morem tabellionum.*

3 *Creditor ſi reddat inſtrumentum debiti cancellatum, licet in libro nota-*

latur ſecundum Io. Andr. ibi. & quia in his ſtatur conſuetudini vt d. tit.§.inſtrumentum.in uer.in quibuſdam tamen locis,&c.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum,vel teſtamentum in ſchedis notarij repertum falſum defectiuum,non perfectum,nec completum,an poſſit reſumi, vel exhiberi.*
2 *Teſtatoris voluntas per teſtamentum imperfectum probatur.*
3 *Obligatio naturalis,ex teſtamento imperfecto oritur.*
4 *Si apparet inſtrumentum, vel teſtamentum cancellatum cum interlineaturis, & raſuris, notarius requiſitus reaſſumet cum omnibus interlineaturis, & raſuris, faciendo de illis mentionẽ vt ſic non plus fidei faciat exemplum, quam originale, quòd licet ſit publicatum remanebit ſuſpectum.*
5 *Notarius cogitur publicare teſtamentum primum quamquam teſtator id reuocauit per ſecundum: quia poſſet noſtra intereſſe habere primum, pro redarguendo ſecundum de falſo,vel de nullitate,& ſimiliter.*
6 *Notarius nec debet,nec poteſt ad petitionem teſtatoris lacerare teſtamentum,ita quòd omninò non reperiatur,teſtatore tamen uolente cancellare tenetur notarius de illo facere copiam.*

Quando reperitur teſtamentum vel inſtrumentum falſum & non perfectum, an poſſit peti exhiberi & reſumi. Rubrica 26.

1 DOne quòd † reperitur in ſchedis notarij, vnum teſtamentum vel inſtrumentum falſum defectiuum non perfectum nec completum, & aliquis petit reſumi vel exhiberi. Gloſſ. & Bart. in l. 2. ff. quemadmodum teſtam.aperi.dixit quòd pro teſtamento falſo & non perfecto habet locum interdictum de tab.exhib.per leg.ſi quis legatum. de fal.niſi cõſtet quòd ſit omnino falſum & imperfectum;quia non intereſt alicuius habere illud,quia ratione falſitatis non præſtat commodum;nec etiam pro eo imperfecto poſſet accuſari de falſo: quia crimen non eſt commiſſum. leg. quod falſum. ff. de fal. Tamen dicit quòd pro teſtamento falſo & perfecto poteſt agi ex edicto illo de tabul. exhib.quia intereſt noſtra illud habere vt poſſimus alium accuſare, quia crimen iam perfecit. vbi etiam dicit glo. quòd pro vero & imperfecto agi poſſet, quia poſſet noſtra intereſſe habere teſtamentum verum, licet imperfectum, quia ſim de lib. vt leg. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.

C.de

2 C.de teſta. † vel quia volo probare uoluntatem defuncti, quæ proba
3 tur per teſtamentum imperfectum, leg. fi. de reb. eo. † quia ex teſtamento imperfecto otitur obligatio naturalis quam intendo probare ſecundum glo. in leg.error.de iur. & fac.ignoran.& in leg. 1.de condi.indebi.& in leg.in teſtamento de manu.teſta.& idem dixit Bar.
4 † ſi apparet inſtrumentum vel teſtamentum cancellatum cum interlineaturis & raſuris, quia poteſt peti quòd in publicam formam redigatur per notata, in leg. 1. in fin. quemadmodum teſta. aperian. quo in caſu notarius publicabit vel reſumet, cum omnibus interlineaturis & raſuris faciendo de illis mentionem, vt ſic non plus fidei faciat exemplum quam originale: quod licet ſit publicum remanebit ſuſpectum. per dict. leg. 1. in fin. & facit quod Innocen.in capitul. quoniam contra. de probatio. ſecundum Bartolum in dicta leg. 2. in princip. ff. quemadmodum teſta. aperi. qui etiam
5 dixit in ea. l.§.ſi plura. ſecundum vnam lecturam, † quòd notarius cogitur publicare teſtamentum primum quamquam teſtator id reuocauit per ſecũdum, quia poſſet noſtra intereſſe habere primum: quia volo ſecundum redarguere de falſo,vel de nullitate & ſimilia: & pro-
6 pterea dicit Bartol., † ſe conſuluiſse cuidã notario, quòd ad petitionem teſtatoris non poterat nec debebat inſtrumentum lacerare: Ita quòd omnino non reperiretur, tamẽ tenebitur teſtatore uolente cancellare, quòd licet ſic reuocetur,tenebitur notarius de illo facere copiam per dict.§.ſi plura.& uide Bartol.in leg.ſi quis legatum.ff.de fal. vbi latè,& vide de hoc in c.mortuo notario inueniuntur, & in c. creditor reddit.& in c.partes fecerunt.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum de quo fuerat rogatus notarius mortuus,an poſt lapſum 30.ann.poſſit reſumi,vide ibi late opiniones,& concluſionem.*
2 *Officiũ iudicis,quo petuntur inſtrumenta reſumi,præſcribitur ſpacio 30. ann.ſunt communiter aliæ actiones perſonales, nam officium iudicis actionis verbo continetur,& operatur id quod actio.*
3 *Stante ſtatuto quòd inſtrumenta dotalia exequantur nulla obſtante præſcriptione,nihilominus obſtabit præſcriptio longiſſimi temporis.*
4 *Vbicunque eſt in poteſtate actoris quòd oriatur actio præſcribitur dictæ actioni licet orta non ſit.*
5 *Præſcribens ſimilis eſt ſoluenti.*
6 *Meræ facultati non præſcribitur.*
7 *Liberum arbitrium licet non poſſit præſcribi, tamen vbicunque liberũ arbitriũ producit cauſam & ius agẽdi,tũc liberæ facultati præſcribetur.*

In

8 *In ciuilibus officium iudicis tanto tempore durat, quantum actio cui deſeruit.*
9 *Iura incorporalia præſcribuntur longo tempore, ſicut ipſa bona uel ipſa iura.*
10 *Officium iudicis quandoque tenet realitatem, quandoque perſonalitatem*
11 *Inſtrumentum inducitur ad probationem contractus.*
12 *Inſtrumentum non eſt obligatio, ſed probatio obligationis vel alterius facti.*
13 *Præſcriptio opponitur actioni, uel obligationi, uel iuri ſublato.*
14 *Contra lapſum temporis, poteſt quis ſe iuuare multis remedijs.*
15 *Inſtrumenta reſumuntur nō ſolum ad effectum agendi, ſed etiam ad habēdum titulum contractus rei poſſeſſæ, uel ad oſtenſionem conceſſionis, aut ad probandum uel excipiendum, & ut ibi.*

Præſcriptionis exceptio an poſſit opponi reſumptioni inſtrumenti. Rubrica 27.

1 PEtitur reſumptio inſtrumenti † de quo fuerat rogatus notarius mortuus, opponitur quòd non debet reſumi, quia ſunt elapſi triginta ann. & plus quibus fuerat rogatus notarius & nunquam fuit reſumptum, & ſic opponitur except. præſcriptio. quæ dicitur cauſata negligentia partis reſumptionem non petentis, & ſic dicitur non intereſſe partis quòd reſumatur tanquam officio iud. quo fit reſumptio, & actione per præſcript. ſublata. Modo quęritur an poſſit reſumi obſtante lapſu tanti temporis? Neapolitanus in conſuetudine incip. inſtrumenta conteſta. in glo. in. uer. exemplari. quæ gl. eſt additio. tenet. quòd non poſ-
2 ſit reſumi, † quia officium iudicis quo petuntur inſtrumenta reſumi præſcribitur ſpatio triginta ann. ſicut communiter aliæ actiones particulares. l. fin. C. de conſtitu. pete. nam officium iudicis actionis uerbo continetur. ff. de actio. & obli. leg. actionis verbo. & operatur id quod actio: ergo ei tanto tempore præſcribitur, ſi illi triginta ann. cępetunt currere à tempore quo actio cępit poſſe competere ad debitum repetendum, & ſic cępiſſet intereſſe ſua habere inſtrumentum, dicens quòd ex quo fuiſſet præſcripta actio: amodo non intereſt ſua habere inſtrumentum, & pro hoc facit quod not. Barto. in l. cum
3 ſcitis. C. de agri. & cenſi. libro 11. † quòd ſtante ſtatuto quòd inſtrumenta dotalia exequantur nulla obſtante præſcript. quod nihilominus obſtabit præſcript. longiſſimi temporis, quæ glo. Neapolitani loquitur in dote, & idem in dote uidetur ſentire alia gloſſ. in con-

conſuetud. quæ incipit contra inſtrumentum dotale. in verbo
4 nulla. Et pro hac opin. facit, † quia vbicunque eſt in poteſtate
actoris quòd oriatur actio, præſcribitur dictæ actioni, licet orta non
ſit, ſicut etiam præſcribitur natiuitati facultatis agendi per regu-
lam iuris, qui poteſt. ff. de reg. iur. & per glo. not. in l. cum notiſſimi.
§. 1. de præſcriptio. triginta ann. per not. Barto. in leg. quibus diebus.
in princi. de conditio. & demonſtratio. Et ſic uidetur ex prædictis in-
5 ferri quòd inſtrumentum reſumi non poſſit. † Et facit quia præſcri-
bens ſimilis eſt ſoluenti. leg. ſi pupillo. de adminiſtratio. tuto. Bart. in
leg. fin. §. procurator. ff. rem rat. hab. in quæſtione an tutus præſcript.
triginta ann. ſoluens repetat: in contrarium facit; quia petere reſumi
6 inſtrumentum conſiſtit in mera facultate: & † meræ facultati non præ
ſcribitur. l. uiam publicam. de uia publica. quod eſt uerum quando
mera facultas ad actum deducta non producit, nec parit aliquod
ius immediate in iudiciũ deducibile ſicut eſt actus aditionis hære-
ditatis qui parit adeunti & contra adeuntem actiones actiuas &
paſſiuas, ſicut eſt actus oblationis qui producit pignoratitiam, cui
iuri offerendi præſcribitur dicta leg. cum notiſſimi. in uerſiculo de-
bitum. iſta fuerunt verba Bart. in leg. 1. C. de conditio. ex leg. &
per gloſſ. & Barto. in leg. ſi pignori de vſucap. & in l. ſi rem. §. omnis.
de pign. ac. & quod voluit Bald. in rubr. de condi. ex leg. & uide An
ge. in l. cum notiſſimi. in princ. C. de præſcript. triginta ann. vbi di-
7 cit † quòd licet libero arbitrio non poſſit præſcribi ut in glo. ibi in
princ. Tamen ubicunque liberum arbitrium producit cauſam & ius
agendi, tunc libere facultati præſcribetur. Idem dixit Ange. in
leg. licet. C. de iure deliber. ubi Bald. limitat dictam leg. uiam publi-
cam quòd loquitur in publica facultate, tamen in priuata aut pro-
pria dicit ſecus eſſe per dict. leg. licet. ubi gloſſ. uide etiam Ludo.
Roman. in leg. ſi finita. §. poſtea de dam. infec. & eundem Lu-
do: in leg. quamdiu. de acquir. hæred. Angel. conſilio quinqua-
geſimoquarto. His itaque neceſſarijs ad plenum diſcuſsis, Di-
co, quòd licet magna ſit auctoritas Neapolitani noſtri gloſa-
toris, attamen in contrarium facit: quia quamuis diceretur quòd
inſtrumenta de quibus fuerat rogatus notarius prædefunctus reſu-
mantur officio iudicis, vt in conſtitutione baiulos. in uerbo ad offi-
cium, & in cap. cum P. tabellio. de fid. inſtr. tamen licet ipſum offi-
cium iud. tollatur uel præſcribatur triginta ann. per d. leg. querela.
C. de fal. per quam mouetur gloſſ. ad hoc dicendum. habet locum
8 in criminali: † quia in ciuilibus officium iudicis durat tanto tem-
pore quantum actio cui deſeruit per not. in leg. 4. C. depoſiti, &
in leg. 1. ff. de præto. ſtip. per Bart. in l. quod iuſsit. & in l. Paulus. de re
iud.

iud.& in l.litigator.de fruc.& lit.expen. & aliquando durat triennio vt in fructibus qui tanto tempore pręſcribuntur.glo.in d.l.ſicut.& in l.cum notiſſimi. de præſcr. triginta ann. aliquando durat longo tempore vt in petitione hæred. per quam immobilia auocantur, cui præ-
9 ſcribitur longo tempore. leg. nec vllam de peti. hæred. † Et cum petuntur iura incorporalia præſcribuntur longo tempore,ſicut ipſa bona vel ipſa iura: tenet Angel. conſil. 82. vt ſic limitetur ipſa præſcriptio ſicut bona vel iura quæ petuntur,arg.glo.in leg.fin.C.de edic.diui Hadri. toll.Bald.in leg. 1.ff.de iuriſdict.om. iud.diſtinxit aut in ciuili aut in criminali, & idem dico in hypotheca quæ habet multas vitas in ſuis caſibus, vt dict. leg. cum notiſſimi. §. 1.& leg. 1.& 2.C.ſi aduer. cred. Et ſic ſi in inſtrumento eſſet hypotheca. hoc iud. officium pro reſumendo implorandum, durabit quantum ipſa hypotheca. quod videtur Innocentij ſcriptum. per no. Bald. in dict.l.
10 fin.C.de edic.diui.&c.vbi dixit † quòd officium iudicis quandoque tenet realitatem, quandoque perſonalitatem,& Bart.in leg.ſi tertius. §.ſi prius. de aqua pluuia arcen. dixit quòd officium iudicis,aliquando eſt in rem ſcriptam, & ideo licet eſſent elapſi triginta ann.& ſic eſſet ſublata actio perſonalis: tamen quia reſtat hypothecaria.leg.intelligitur. C.de pign.& dict.leg.cum notiſſimi,& leg.debitor.& leg.hæres.ad Trebell.& leg.ſi pignori.cum ibi not.famil.erciſcun.& ideo ratione hypothecæ poſſet implorari officium iudi.ad reſumendum vſque ad triginta ann. Et ideo ex prædictis omnibus concludo, quòd cum reſumptio inſtrumenti non producat ius in iudicium deducendum: quia ſit ad probationem. dict. cap. cum P.tabellio.& in dict.
11 conſtitutionne, baiulos: nec cauſet vel producat actionem, † quia inſtrumentum inducitur ad probationem contractus. leg.ſeruum filij.§.eum qui chyrographum. de leg. 1. & quandoque contineat probationem rei quandoque eſſentiam rei ad probationem: quia quando fit ad probationem, non continet eſſentiam,& vbi ad contrahendum continet probationem. ar.ff. de pac.leg.labeo.leg. cum tabernā. §.illo.de pigno. fide inſtrum.leg.contractus. de actio.& oblig.leg.nō figura.leg.exigere dotem.de iud.ſecundum Bald.in titul.de inſtrum.
12 edit.in rubr.& dixit Specul. in dicto titul.§. 1.ver. videtur tamen † ꝙ inſtrumentum non eſt obligatio: ſed probatio obligationis, vel alterius facti. Et ideo tunc reſumitur, quia ſoli tunc creditur de iure vel de conſuetudine ſine alio admin. in auct. de fide inſtrum. §. 53.ſed ſi inſtrumenta, & §.ſeq.extra de fid.inſtrum.C.cum dilectus,Innoc. extra eo.c. 1.& Bar.in repe. §.ſi initium tabularum, adeo quòd requiritur quòd teſtes inſcripti deponāt, nec notarius, qui ſi omnes fuerūt mortui,tale inſtrumentum probabit: Inn.extra eo. c. 2.& gl. vbi Ang.

in leg. 2.ff.quemadmo.teſta. aper. Et propterea dico quòd oppoſitio
13 præſcript.contra reaſſumptionẽ inſtrumenti erit impertinens: † quia præſcriptio opponitur actioni vel obligationi vel iuri ſublato: vt in l. fin. ff.pro ſuo, & in leg.omnes in fin.& in leg. Sicut. de præſcrip.triginta ann. Cum ſimi. Quia reſumptio fit ad præparationẽ iudicij auct. Si quis in aliquo, coniuncta.leg. qui accuſare.C.de eden.& ideò non impediet reſumptionem: Sed reſeruabitur reo cõuento ſuper reſumptione cum agetur contra ipſum vigore contractus contenti in inſtrumento reſumpto: maxime quia petens reſumptionem contra pręſcriptionem poſſet ſe iuuare ex impedimentis, & ſic requireret altiorem indaginem, & deberet reſumi per not.in l.nam poſteà de iureiur.in prin.& in c.1.de litis conteſta. & per not. Spec. in titulo de fid.inſtrum. §.poſtquam in verſicu.vbi autem, & in verſic.quid ſi is. vbi dixit quòd fiet reaſſumptio ſaluo iure illius, allegat cap. cum dilecta.de confir.vti. vel inut.& de priuileg.ca. experte. Et aduertendum quòd d.glo. conſuetudinis Ciuitatis Neap. conſiderat intereſſe: quia amodo videtur ſua non intereſſe ex quo actio eſt præſcripta, & non
14 bene: † quia contra lapſum temporis quis poſſet ſe iuuare multis re-
15 medijs, vt in titulo de præſcrip. & vſucap. ac etiam quia † inſtrumenta reſumuntur non ſolum ad effectum agendi: ſed etiam ad habendum teſtamentum contractus rei poſſeſſæ, vel ad oſtenſionem conceſſionis, aut ad probandum vel excipiendum quòd pecunia mihi ſoluta fuerat per me mutuata ſoluenti vt non poſſet repetere vt indebite ſolutam, vel ad probationem prioritatis, vel antiquitatis: quo caſu quanto antiquius eſſet inſtrumentum, tanto efficacius per not.in l.1.§.denique.de aqua plu.arc.& in l. ſi certis an.C.de pac.cum ſimi. & propterea concludo quod fiet reſumptio non obſtante lapſu temporis, per iura pro hac parte adducta ſaluis iuribus partium quæ tanguntur, & vide in c.quæ execeptiones.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio regni, Baiulos, ſtatuit quòd inſtrumenta reaſſumantur cum teſtificatione duorum teſtium qui contractui interfuerint, quæ conſtitutio expreſsè non prohibet reſumi quando non ſuperſunt duo teſtes viui, ſed à contrario ſenſu videtur inferre, quòd ſi duo teſtes non ſuperuiuant, non poſſit reſumi.*

2 *Argumentum à contrario ſenſu videtur habere locũ in ſtatutis, quia contrarius ſenſus eſſe uidetur tex. legis.*

3 *Si ex argumentatione à contrario ſenſu ſequitur abſurditas, uel legum correctio non ualeat, alias ſic.*

Argu-

4 Argumentum à contrario ſenſu, aliquando non eſt validum.
5 Argumentum à contrario ſenſu dicitur coniectura.
6 Caſus omiſſus, qui venit à contrario ſenſu, ſi eſt per l. deciſus, & tanquam omiſſus à l. eſt in diſpoſitione iuris communis, & venit per aliam. l. decidendus.
7 Interpretatio conſtitutionis Regni, per antiquos ſapientes, quæ tamen non fuit obſeruata in cauſis fauorabilibus, ſed obſeruata in cauſis non fauorabilibus, propter negligentiam partis. vt ibi.
8 Exceptio ad conſtitutionem, inſtrumentorum robur, & glo. ibi in contrarium.
9 Minor per reſtitut. in integr. non poterit facere reſumi inſtrumenta, ſi mortui fuerint omnes teſtes, per conſtitutionem regni, Baiulos, & ratio ibi, & ibi etiam opin. contrariæ aliorum.
10 Quomodo intelligatur regula, quòd præſcriptio non currit contra minorem.
11 Pupillo tractanti de lucro currit præſcriptio, ſed reſtituitur, ſecus ſi tractat de damno vitando.
12 Præſcriptio ſtatim currit minori, quando de eo facit mentionem licet reſtituatur: ſecus ſi generaliter loquatur.
13 Statutum ſi dicat quòd qui non petierit debitum inf. annum, poſtea non audiatur, ſi pupillus tractat de lucro, quòd ſibi currat, ſed reſtituatur, ſecus ſi de damno vitando quia non currit, ne dam ̃ni irrationabile patiatur.
14 Præſcriptio ſtatutaria ipſo iure non currit minori, ſed currit adultis, licet reſtituātur. idem dicendum quando eſſet initiata tempore maioris defuncti, ſecus ſi fuiſſet completa in uita defuncti.
15 Iura loquẽtia de perſonis, & cauſis fauorabilibus poſſunt adaptari mulieribus, ſi in eis conſtitutio regni, Baiulos, locum habeat.

An mortuis omnibus poſſit reſumi inſtrumentum cum conſtitutio regni, Baiulos, nihil dicat de hoc. Rubrica 28.

1 Conſtitutio † regni, baiulos ſtatuit quòd inſtrumenta reaſſumantur cum teſtificatione duorum teſtium ad minus qui contractui interfuerint, quæ conſtitutio expreſsè non prohibet reſumi quando non ſuperſunt duo teſtes viui: ſed à contrario ſenſu inferre videtur, quòd ſi duo teſtes non ſuperuiuant non poſſit reſumi. † Quod argumentum a contrario ſenſu uidetur habere locum in ſtatutis, quia contrarius ſenſus videtur eſſe text.
2

legis.

legis.leg.qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſta. & leg.in teſtamento.§. cum inter. ff.de pac. dota. C. de manu.teſta. leg.qui locuples. licet in contrarium faciat,quia eſt potius coniectura quam lex.C.de fur. leg.
3 apud antiquos. † vnde dixit Bald. quòd ſi ex tali argumentatione ſe-
quitur abſurditas, vel ll.correctio non valet, aliàs ſic, per not. in leg.
4 conuenticula.C.de epiſco.& cler. † licet argumentum a contrario ſen
ſu aliquando non ſit validum,vt no.in leg.1.C.de agri.& cenſi. lib.
11.ita dixit Bald. in leg.omnes populi.ff.de iuſtitia.& iu. & in leg.1.
5 C.quæ ſit long. conſuetu. in repet. † & aliàs dicitur quòd eſt conie-
ctura.dict.leg.apud antiquos. vbi Iacob. Butr. & poſt eum Bald. di-
6 xit † quòd aut caſus omiſſus qui venit à contrario ſenſu, eſt per leg.
deciſus, & tanquam omiſſus a leg. eſt in diſpoſitione iuris communis, & venit per aliam leg.decidendus.leg. ſi cum dotem. in princip. ff.ſoluto matrim.& leg. ſi extra notarij de condit.ob.cau. & caſus hic omiſſus, uidelicet mortis, videtur prouiſus per conſtitutionem inſtrumentorum robur, quòd non valet inſtrumentum ſine ſubſcriptione teſtium, & ſic non uidetur poſſe reſumi per dictas conſtitu-
7 tiones, licet in † contrarium dici poſſit quòd remaneat in diſpoſitio-
ne iuris communis, ſecundum quod poterat reaſſumi omnibus mortuis: quod non videtur verum, quia in hoc corrigitur ius commune ſecundum quod ſufficiebat teſtes interfuiſſe & eſſe deſcriptos in inſtrumento per notarium, nec requirebatur eorum ſubſcriptio: & ita ſunt interpretati antiqui ſapiētes regni, ꝙ illa cōſtitutio à cōtrario ſenſu, velit quòd ſi duo teſtes ad minus ſuperuiuant, quòd non poſſit inſtrumentum reſumi: ſed in cauſis fauorabilibus, vt dixi, non fuit obſeruatum, in quibus fuit obſeruatum ius commune in caſu mortis omnium teſtium per curiam Regis,& in alijs non fauorabilibus non poſſet reſumi ſi omnes eſſent mortui propter negligentiam partis quæ non fuit vſa diligentia in reſumi faciendo ſecundum Andr. in dicta conſtitu. & glo. & Andr. in dicta conſtitutione in-
8 ſtrumentorum robur. † vbi excepit vnum caſum, videlicet quan-
do ſubito eſſent mortui teſtes parum poſt confectum inſtrumentum per iura ibi allegata per ipſum,quia non videtur eſſe in negligentia: tamen in contrarium facit gl.in conſtitutione in cauſa depoſiti, quòd non fuerit mens condentis quòd non poſſit reſumi in hoc caſu quando alij teſtes haberi non poſſent, in quo cogita, quia illa glo.eſt val-
9 de not. Ex quibus infero ad quæſtionem quotidie occurrentem. † ſi
conſtitutio,baiulos,habeat locum in minore, vt ſi non fecerit reſumi inſtrumenta ſua, & mortui fuerint omnes teſtes, ſi poſſet facere,reſumi inſtrumentum iure reſti. in integr. in quo breuiter dico quòd cùm dicta conſtitutio videatur inducere quandam præſcriptionem de

nouo,

de nouo, vt ſi pars nõ fecerit reſumi ſupra inſtrumenta tẽpora in dicta
conſtitutione comprehenſa, quòd ſi moriantur omnes teſtes, quòd
non poſſit vlterius reſumi, & quæſtio iſta incidit in illam quæſtio-
10 nem antiquam: † ſi præſcriptio ſtaturaria nouiter inducta liget mi-
nores, vel reſtituantur in integ. quæ quæſtio præſtat argumentum
huius deciſionis. Et fuere de hac opin. quia Cyn. & Bald. in l. fin.
C. in quibus cau. in integ. reſtit. tenent quòd currat ſed reſtituatur, l.
Aemilius, de mino. & ita tenet Innocen. in cap. conſtitutus, de in
integ. reſtit. & non ob. dicta l. fin. quæ dicit quòd præſcript. ipſo
iure non currat minoribus, quia non extenditur ad ſtatuta nouam
præſcrp. inducentia de qua non cogitatur. leg. fin. de reg. cathol.
Alia fuit opinio Bart. contra Innocen. in l. etiam, de mino. & in d.
11 l. fin. † quòd pupillo tractanti de lucro currat: ſed reſtituatur per
d. cap. conſtitutus. ſecus ſi tractat de damno vitando, quia ipſo iu-
re non currit contra eum. d. l. fin. Alia 23. opinio Bald. in leg. ſi ma-
12 ternæ. C. de teſta. defunc. † quòd præſcriptio ſtatim currat minori
quando facit de eo mentionem, licet reſtituatur. ar. C. de ſenten.
aduer. fiſ. leg. prima libro 10. ſecus ſi generaliter loquatur. & ſic
vera opin. Barto. licet Bald. in l. omnes populi ſequatur ſimpliciter
13 Barto. & Innocen. referens Bart. tenere † quòd ſi ſtatutum dicat
quòd qui non petierit debitum ſupra annum poſteà non audiatur,
quòd ſi pupillus tractat de lucro, quòd ſibi currat, ſed reſtitua-
tur, ſecus ſi de damno vitando quia non currit, ne damnum irra-
tionabile patiatur. ar. l. fin. ff. ſi ſer. ven. dicens eſſe æquam opin. li-
cet de rigore iuris currat, ſed reſtituatur. ar. de hæred. & falc. §. pu-
pillus, quia tale ſtatutum innouat ius commune: licet idem Bald.
14 in cap. 1. §. porrò. teneat † quòd ipſo iure præſcriptio ſtatutaria
non currat minori: tamen currat adultis, ſed reſtituantur, ar. d.
cap. conſtitutus: & idem videtur dicendum quando eſſet initiata tem
pore defuncti maioris ſecundum Ludo. in l. naturaliter. ff. de acqui-
ren. poſſeſſio. tamen ſi fuiſſet completa in vita defuncti. vide in leg.
cum filius. §. in hac de verb. obliga. per quæ iura poterit cum res in-
15 ciderit cauſa decidi. † Quæ iura poſſunt adaptari mulieribus vt ſu-
pra dixi de perſonis & cauſis fauorabilibus, ſi in eis dicta conſtitutio
locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum reſumptum in formam publicam per notarium roga-
tum à partibus, & parti aſſignatum ſignatum, & roboratum ac
teſtibus ſubſcriptum, ſi reperiatur in aliquo defectiuum, & nota-*

rius ſit mortuus, poterit iterum reſumi per alium notarium mandato iudicis & citata parte, quæ lædi poſſet, & ut ibi.

2 *Error uel imperitia notarij non debet contrahentibus nocere.*

3 *Notarius tenetur apponere in inſtrumento ea, quæ ſunt de natura contractus, etiam ſi non ſint dicta, & ea, quæ ſolent apponi.*

4 *Notarius non ponens in inſtrumento clauſulas, ſecundum quòd moris eſt, poteſt puniri de falſo.*

5 *Notarius qui dedit parti inſtrumentum defectiuum, ſi uiuit tenetur iterum perficere, & dare parti.*

6 *Edens non liberatur, per minus legitimam editionem.*

7 *Practica circa reſumptionem inſtrumenti defectiui.*

Defectiuum inſtrumentum iam ſumptum an mortuo notario poſſit peti iterum reſumi per alium. Rubrica 29.

1 NOtarius † fuit rogatus à partibus de quodam inſtrumento, qui reaſſumpſit inſtrumentum in formam publicam, & parti aſſignauit ſignatum & roboratum, ac teſtibus ſubſcriptum: deinde inſtrumentum reperitur defectiuum, quia deficit aliqua clauſula de ſubſtantialibus ipſius inſtrumenti, an ſi notarius eſt mortuus poſſit inſtrumentum iterum reſumi & qualiter? Dico quòd poterit iterum reſumi per aliũ notarium mandato ſiquidem iudicis, & citata parte, quæ lædi poſſet: per not. in auct. ſi quis in aliquo. C. de eden. vbi Cy. & Guliel. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. & in l. de vnoquoque. ff. de re iud. Inno. in c. fi. de fid. inſtru. & in c. Alber. de teſti. Bar. in aut. vt Spon. larg. §. ſi quis in aliquo: & iudex adhibeat cauſæ cognitionem, an notarius fuerit ſolitus in ſuis contractibus illam clauſulam apponere, & præſertim in proximis præcedentibus, & ſequentibus contractibus, per ea quæ habes in c. an notarius habens poteſtatem reaſſumendi vel publicandi, & in c. tabellio. de inſtrumento rogatus & ſtipulatus inſtrumẽtum, & an illa clauſula ſit de conſuetudine ciuitatis, vel ſit de iure, &
2 obmiſſa ab eodem † errore uel imperitia notarij, quæ non debet contrahentibus nocere per no. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. per
3 Dy. in l. fin. de fideiuſſ. & in leg. fin. ff. de mag. conue. † nam ipſe tenetur apponere in inſtrumento ea quæ ſunt de natura contractus, etiam ſi non ſint dicta, leg. generaliter in fine de fide inſtrumen. & tenetur apponere ea quæ ſolent apponi ſecundum Barto. in leg. de die. ff. qui ſatiſdare cog. per leg. quod ſi nolit. §. quia

aſſidua.

aſſidua. ff. de ædi. edic. Adeò quòd dixit Cyn. & doct. in l. iubemus, C. de teſta in fi. † quòd ſi notarius non poneret clauſulas ſecundum quòd moris eſt; quòd poſſet puniri de falſo, & eſt glo. not. in l. pignus in bonis. C. de pign. act. quòd tenetur notarius clauſulas neceſſarias apponere in inſtrumento, nec propterea dicitur eſſe in culpa, niſi apponeret inſolita per not. in leg. ex ea parte. ff. de verborum oblig. & in leg. ſolita. de remiſſ. pig. & faciunt ea quæ habentur in leg. ex conducto. §. uis maior. ff. loca. & in §. ex ijs. inſti. de teſta. in l. nec paſſim. C. de iuris & fac. igno. † nam ſi notarius uiueret & dediſſet parti inſtrumentum defectiuum, vel non perfectum teneretur iterum perficere, & dare ſecundum Barto. per illum tex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. fin. cum leg. ſequen. ff. de eden. Quod ſequitur Bald. ibi. & leg. ſequen. vbi † edens non liberatur per minus legitimam editionem. † Et erit tunc practica quòd reſumatur ex protocollo aliud inſtrumentum; per alterum notarium mandato iudicis, & cauſa cognita, & ſuppleantur ea quæ deficiebant, & iſta practica non erit tuta, quia ſi reperitur poſtea inſtrumentum aliud ſumptum per notarium, rogatum ſine dicta clauſula quæ deficiebat, faceret vacillare fidem ſecundi inſtrumenti. Tamen melius erit quòd fiat ſecundum inſtrumentum per notarium per iudicem deputandum, & in ipſo inſeratur totus tenor primi inſtrumenti ſumpti per notarium mortuum, & decretum iudicis, & inſeratur illa clauſula quæ deficiebat in primo inſtrumento, in hoc ſecundo mentionem faciendo quòd ita decretum eſt per iudicem & mihi mandatum, & idem faciet notarius ad reſumendum aſſumptus: quia primo debet ponere protocolli tenorem, & deinde ſuas extenſiones quas ſolitus erat apponere notarius prædefunctus. in alijs inſtrumentis de hoc ſpecialem mentionem faciendo, quæ omnia bene not.

4

5

6

7

SVMMARIVM.

1 *Quietatio debiti, ſcripta per notarium qui confecit inſtrumentum, in margine protocolli, & non reſumpta in publicam formam, an probet ſolutionem, mortuo notario, & teſtibus.*

2 *Inſtrumentum auctorizat non particula ſcripturæ, ſed notarii auctoritas, interuenientibus ſolennitatibus debitis.*

3 *A poſtilla reperta in protocollo notarii, ipſius manu ſcripta, & cancellata, de voluntate teſtatoris cancellata præſumitur, & conſultè.*

pore libri, leg. cancellauerat. ff. de ijs qu... ..ſta. dele. & leg. 1. §. 1.
2 eodem tit. & C. de teſta. leg. ſi vnus † quia inſtrumentum autorizat non particula ſcripturæ: ſed ipſius notarij auctoritas, interuenientibus ſolennitabus debitis, in auct. de tabellio. circa princip. ita conſuluit Angel. conſilio 159. incipien. viſo puncto prædicto:
3 conſuluit etiam Paul. de Caſtr. conſil. 37. † quòd ſi reperiatur in protocollo notarij aliqua apoſtilla manu notarij ſcripta, & cancellata, quòd præſumitur de uoluntate teſtatoris cancellata, & conſultè: per not. per Bart. in l. proximè. de ijs quæ in teſtamen.
4 delen. & in dicta leg. ſi vnus, † quia ſi reperiatur apoſtilla in teſtamento manu notarij non præſumitur appoſita falſo. ar. leg. noſtram. C. de teſtam. per Bal. & iſta eſt pluſquam apoſtilla: quia eſt contractus quietationis, cum omnibus circunſtantijs, & cum teſtibus, & eſt protocollum, & hoc tenuit Ioan. Andr. in additio. Specul. in titulo de inſtrumento. in verſic. oſtenſo: in additio. magna, quando reperitur aliqua ſcriptura cancellationis in
5 protocollo cum die, cauſa, & teſtibus: † tamen de iure conſtitutionis regni eſt dubium: quia non creditur protocollo niſi ſit ſumptum in formam publicam: tamen putarem quod ſi inſtrumentum debiti non fuiſſet ſumptum in formam publicam, quod tunc cum non faceret plenam probationem ut ſupra diximus, quòd reſumi non poſſet, quia reperitur caſſatum per dictam quietationem, quæ licet non plenè probaret, impediret reſumptionem fieri per ſupradicta, & ſi debitor uiueret eſſet locus delationi iuramenti, per ea quæ dixit Bal-
6 dus, in auct. ad hæc. de lati. lib. tol. † vbi dixit, quod ſi eſſet vnus teſtis de veritate cum cancellatione eſſet debitor meus: & ſi dicta quietatio haberet per ſe aliquas præſumptiones vel veriſimilitudines tanto magis, vt quòd debitum fo-
7 ret antiquum. † Si tamen inſtrumentum reperiatur ſumptum in manu creditoris, & extaret illa quietatio in protocollo in qua omnes mortui: eſſet maius dubium. tamen ego nunquam pronuntiarem pro creditore quando notarius fuiſſet bonæ famæ qui dictam quietationem ſcripſiſſet. prout maxime, quando creditor eſſet aliqualiter ſuſpectus homo ſolitus debita bis exigere, & malæ conſcientiæ. ar. not. in l. non omnis. §. à
8 Barbaris. de re milit. cum ſimil. † quia in regno dictæ quietationes quæ reperiuntur in margine protocollorum ſcriptæ, & protocollum callatum manu notarij bonæ famæ cum teſtibus, cum die, & cum cauſa, de conſuetudine probant, licet omnes teſtes
9 ſint mortui. † Et quando extaret inſtrumentum publicum in manu

creditoris inde ſumptum , & ageret, & produceretur inſtrumentum in iudicio , conſulo debitori quòd dicat , quòd illud inſtrumentum eſt falſum , & non probat : quia non apparet protocollum , nec deſcriptum in protocollo , nec fuit de tanta quantitate , & non eſt ſumptum ex aliquo protocollo , nec cum protocollo concordat, & petat mandari creditori vt protocollum producat , & aliàs non detur fides inſtrumento. Qui creditor ſi protocollum producat, & inueniatur caſſatum cum illa quietatione : tunc ratione productionis protocolli factæ per
10 creditorem , in quo eſt illa quietatio non dabitur † fides inſtrumento: quia producens aliquam ſcripturam videtur fateri omnia in ea contenta eſſe uera. auct. ad hæc. C. de fide inſtrumen. per Innocen. in cap. cum olim. de cenſi. & de excep. c. cum venerabilis , etiam ſi ſcriptura producta non ſit ſolennis , vt ibi per eum , & l. rura. C. de omni agro deſer. vbi glo. & ſi creditor dicat non teneor producere , producas tu. replicabit debitor, inſtrumentum quod produxiſti non eſt verum , & eius fides in dubium reuocatur , & eſt ſuſpectum , niſi tu ei fidem imponas, eius fides vacillat , & non eſt exequendum , per l. iubemus. C. de probatio. & ſic tenebitur producere , & ſi non fecerit , vacillante fide inſtrumenti , debitor erit tutus. Et quòd iſta quietatio ſcripta in margine protocolli cum die , loco , & teſtibus probet, vide quæ habes infra in cap. mortuo notario inueniatur abbreuiatura. Et non obſt. conſtitutio baiulos , quia hic non agitur nunc de reſumenda illa quietatione in formam publicam , ſed de probanda illa cancellatione protocolli facta à notario coram teſtibus, & ſic ſumus in iure communi , & in caſu omiſſo à dicta conſtitutione per ea quæ ſupra pluries diximus. Quibus additur
11 quòd Ang. conſi. 159. incip. viſo puncto prædicto conſuluit, † ſi emptio reperitur ſcripta in margine libri notarij habens alia ſua eſſentialia, quòd non minus ei creditur quàm ſi eſſet in corpore libri. per dict. l. cancellauerat , & l. 1. §. 1. ff. de his quæ in teſtam. delen. & l. ſcimus. C. de teſta. Quia non particula membranæ auctorizat ſcripturam notarij , ſed ipſius notarij auctoritas interuenientibus ſolennitatibus debitis. in aucten. de tabell. circa princ. quia non refert an in collo cartæ an in alia parte ſcripta ſit ſcriptura notarij ſecundum Ang. in d. conſ. & vide ſupra in cap. an inſtrumentum cancellatum in protocollo &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtator poteſt relinquere ſua protocolla alicui de quo confidit: quia protocolla ſunt notarii proprietate, vtilitate autem eius cuius intereſt.*

2 *Hæres aliquid percipiens ex protocollis tenetur illud dare ei cui legata ſunt protocolla.*

3 *Perceptum ex protocollis non eſt fructus ſecundum Bart. quia ſemel percipitur, & ſic non tranſitur ad fructuarium bonorum ſuorum, ſecus in aliis ſcripturis, de quibus ſæpius percipitur fructus.*

4 *Notarius ſi legauerit vſumfructum omnium bonorum ſuorum, id quod percipitur ex protocollis, non eſt uſufructuarii: cum exemplatio fiat tantum ſemel. niſi expreſſe legaret vſumfructum protocollorum ſuorum, & ut ibi, & videas ibi opin. Bald. & Imo. in contrarium.*

Si notarius legat alicui ſua protocolla, &c. Rubrica 31.

1 TEſtator † reliquit ſua protocolla alicui, de quo confidit, quod poteſt facere. l. vbi. §. nihil. ff. de eden. vbi Bald. & l. quadam. §. is autem, & Specul. in titulo de inſtrumen. edit. §. oſtenſo. ver. quid ſi aliquis: hoc ideo, quia protocolla ſunt notarij proprietate: vtilitate autem cuius intereſt. eodem titulo. l. argentarius, cui debet fieri editio protocollorum recepta mercede competenti, vt ibi not. per Innocen. in cap. 1. de ſimo. & Bald. in l. fin. C. eod. & erit competens merces ſecundum Bal.
2 l. iudicis arbitrio ſecundum conſuetudinem regionis. † & hoc caſu, ſi hæres aliquid percipiat ex protocollis tenebitur illud dare ei cui ſunt legata protocolla ſecundum Bart. in dicta leg. vbi. §. nihil. & facit. leg. 1. & 2. C. de vſu & vſufruct. leg. & leg. hactenus, de
3 vſur. tamen Barto. tenuit † quòd id quod percipitur ex protocollis non ſit fructus in dicto §. nihil. quia ſemel tantum percipitur, & leg. diuortio. ff. ſoluto matrimo. & ſic dicit, quòd non tranſibit ad fructuarium bonorum ſuorum ſecus: eſt in alijs ſcripturis, de quibus ſæpius percipitur fructus, & idem Barto. in
4 dicta leg. diuortio. dixit conſuluiſſe, † quòd ſi notarius legauerit vſumfructum omnium bonorum ſuorum, quòd id quod

percipitur ex protocollis non ſit vſufructuarij, cum exemplatio fiat tantum ſemel. Et idem videtur in effectu tenere, Ange. in dicto §. nihil, niſi expreſſe diceret quòd legat vſumfructum protocollorum ſuorum, ne aliàs legatum inutile ſit: ſed Bald. in dicta l. diuortio. tenet contra Barto. & in l. 1. C. de fruct. & litis expen. & idem Imo. ibi allegans tex. in l. vſufructu legato. C. de vſufruct. & Ludo. ibi etiam tenet cum Bald. dicens, quod Barto. conſuluit contra caſum. in l. vxori. la 2. de vſufruct. leg. qui tex. facit pro Barto. & facit. lex. vxori. & lex. 1. eodem titulo, & dixit ibi Ludo. quod vſufructuarius habebit non ſolum fructus ſed etiam redditus & prouentus omnes, per tex. in dicta l. vſufructu leg. & vide Ang. in d. §. nihil, qui ſe inuoluit, & ibi etiam moderni ſe inuoluunt.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, qui non poſuit ſubſtantialia in inſtrumento vel examinauit teſtes non dato iuramento uel parte abſente, uel poſt dicicita, & teſtificata, an ſit puniendus de falſo.*

2 *In delictis ſpectatur uoluntas cum actu, ſine exitu.*

3 *Vxorem alterius illegitimam cognoſcens punitur.*

4 *Aſcribens ſibi in teſtamento ita demum punitur, ſi idem teſtamentum perficiat, non aliàs.*

5 *Teſtamentum vel inſtrumentum ſi eſt imperfectum non eſt quærendum de falſo, quia quod nullum eſt falſificari non poteſt.*

6 *Notarius, ſi ex errore, uel culpa, amiſerit ſubſtantialia inſtrumentorum, et pars læſa fuerit, tenetur ad intereſſe.*

7 *Notarius conficiens inſtrumentum, de iure, inualidum, uel falſum, tenetur pœna falſi.*

8 *Teſtis licet non iurauerit, aut etiam extra articulum depoſuerit, et ſic non iuratus, tenetur falſi.*

9 *Notarius ſi facit inſtrumentum falſum peccans in forma intrinſeca, quia non habet nomen Imperatoris, vel nomina teſtium, non incidit in pœnam falſi. ſecus ſi peccaret in forma extrinſeca. ut ibi.*

Sub-

Subſtantialia ſi non poſuit notarius in inſtrumento. Rubrica 32.

1 AN ſi. † notarius non poſuit ſubſtantialia in inſtrumentis,
quæ not. in auct. vt propo. Roma. Impera. & in l. fin.
C. de contrahenda & committen. ſtipul. vel examina-
uit teſtes non dato iuramento, vel parte abſente, vel
poſt didicita teſtificata, quibus caſibus nõ valet eorum
depoſitio. leg. ſi quando, & leg. iuriſiur. C. de teſti. an ipſe notarius,
propterea erit de falſo puniendus? aliqui quod ſic ratione cona-
tus, leg. ſi quis ſeruo. C. de ſeruis fugit. & leg. 1. C. ſi qua præd.
poteſt. leg. 1. in princ. ff. de extraordin. cri. in leg. 1. in fine. ff. quod
2 quiſque iur. † & quia in delictis ſpectatur voluntas cum actu ſine
exitu. l. 1. §. diuus. ff. de ſicar. & eodem titulo. l. is qui cum telo. &
3 ar. l. ſi vxori. ff. de adulte. † vbi punitur cognoſcens vxorem alterius
illegitimam. Alij contra. quid enim obſuit conatus &c. leg. 1. ff.
quod quiſque iur. leg. ita quidem. ſi mancip. ita fue. alie. l. ſi quis
4 legatum. ff. de falſ. † ubi abſcribens in teſtamento ita demum pu-
nitur ſi idem teſtamentum perficiat non aliàs. ſic in propoſito
5 ſi teſtamentum vel † inſtrumentum eſt imperfectum, non erit
quærendum de falſo: quia quod nullum eſt falſificari non po-
teſt. ar. de penu. leg. l. ſi quis. §. teſtamentum, & quod not. ad
leg. Corne. de fal. leg. diuus. quod eſt verius: & contraria loquun
tur in eo quod eſt aliquod, licet aliquo modo poſſit infirmari.
dicta, leg. ſi quis legatum. Secundo reſpond. vt in leg. ſi quis in
graui eſt odium hæredis, vt ibi. uel poteſt dici quod licet non ha-
buerit effectum puniatur: quia per eum non ſtetit. dict. leg. ſi
quis ſeruo. de fur. & dicto §. diuus, & leg. 1. de parricid. in fine.
Eo autem caſu quo potuit perficere, & noluit, non tenetur. l. qui fal-
ſum. de falſ. Tamen prima opinio uidetur verior, quia punitur, ſi per
eum non ſtetit, & mitius. l. ſi fugitiui, & l. prima in princ. de extra-
ordin. crimi. in princ. & in fine. & in dict. l. ſi quis ſeruo. eſt ratio ſpe
cialis, & in l. 1. ff. quod quiſque iur. ſecundum Tancredum de
6 Corneto in ſuis allegationibus. † Si autem ex errore vel culpa
omiſerit ſubſtantialia inſtrumentorum, & pars læſa fuerit, tene-
tur ad intereſſe, vt per Barto. in leg. de tabulis. ff. de tabu. ex-
hiben. & facit. lex. fin. de mag. conue. C. & vide Barto. in leg.
ſi librarius. de regu. iuris, & latè Angel. in leg. prima de ſepul. &
7 in c. vbi etiam Bal. dixit, † quod notarius conficiens inſtrumentum de
iure

iure inualidum, vel falſum, quòd tenetur falſi. vbi etiam per
8 Cyn. & Barto. in l. ſi quis legatum. de fal. vbi dixit † quòd licet teſtis non iurauerit, aut etiam extra articulum depoſuerit: &
9 ſic non iuratus, quòd tenetur falſi. † vel etiam ſi notarius fecerit inſtrumentum falſum, peccans in forma intrinſeca: quia dicit habere diem, nomen Imperatoris, vel nomina teſtium, quòd non incidit in pœnam falſi: ſecus ſi inſtrumentum peccaret in forma extrinſeca, vt quia non eſſet decretum iudicis in venditione rei minoris, propter quod poſſet annullari, quia ſufficit quòd habeat ſua eſſentialia, ſecundum Ange. ibi. & vide laté Barto. in l. ſi quis legatum, & in leg. eam 15. C. eodem. & Ioan. Andr. in regula non eſt ſine culpa. ad fin. in mercuria. & quod Bald. dixit. in l. ſi poſt. de iur. & fac. igno. & quod habetur in l. in fraudem. §. neque inſtrumenta. de iur. & fac. igno.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta an poſſint reſumi, mortuo notario, cuius manu, reperitur abbreuiatura cancellata, ſub his uerbis, ſcriptum, & cancellatum de partium voluntate, ex qua abbreuiatura nullum fuit factum inſtrumentum? uide ibi.*

2 *Scriptura notarii, qui atteſtatur cancellatum de uoluntate partium, facit protocollum ſuſpectum, ſicut vnus teſtis, qui contra illud deponeret.*

3 *Vox notarii denigrat fidem inſtrumenti.*

4 *Vtile, per inutile non uitiatur.*

5 *Non eſt credendum tabellioni, cum eſt quæſtio an contractus interceſſerit, an uero a contractu ſit receſſum.*

6 *Inſtrumentum cancellatum probat debitum fuiſſe.*

7 *Cancellatio non perimit teſtamentum, quia cancellatio uidetur facta à tabellione contra bonam fidem, ideo uires non habet.*

8 *Notarius ſi dixerit, cancellatum, quia ſcriptum per errorem, vel quia ſoluit, quoad partem, cui non eſt ſatisfactum, non eſt ſoluta obligatio.*

9 *Cancellationes ſunt de corpore inſtrumenti, ideo non requirunt diem, & conſulem, ſecus ſi ſint à latere, & non incorporatæ, quia tunc debent habere omnia ſolennia.*

Inſtru-

Inſtrumentum cancellatũ in protocollo ubi dicitur de partium voluntate factum eſſe an poſſit reſumi. *Rubrica 33.*

1 MOrtuo † notario inuenitur abbreuiatura cancellata, ex
qua nullum fuit factum inſtrumentum, & reperitur
manu notarij ſcriptum in tali abbreuiatura, ſcriptum
& cancellatum de partium voluntate, & pars petit in-
de reaſſumi inſtrumentum. Quæro an poſſit? videtur
quòd non, quia ex illa cancellatione fit ſuſpecta. l. prima de edic.
diui Hadria. tollen. l. fin. ad legem Aquil. nam producens iſtam ſcri-
pturam ſuſpectus eſt. l. ſub-mus. C. de probationibus, & quia ex
tali cancellata ſcriptura nihil poteſt renuntiari. l. & poſt. §. primo.
ff. de iudi. fac. Gloſ. in auct. ſi quis in aliquo. de edendo. & l. pri-
2 ma & ſecunda. de his quæ in teſtamen. delen. † Et quia ſcriptum
notarij atteſtatur cancellatum de uoluntate partium facit protocol-
lum illud ſuſpectum ſicut vnus teſtis qui contra illud deponeret. l.
prima, & doct. præle. l. ſecunda. ff. quemadmodum teſtamenta ape-
3 riantur. † Nam vox notarij denigrat fidem inſtrumenti: argumen.
l. ſi quis decurio. C. de falſis in auct. de fide inſtrumen. & caut. §. ſi
uerò moriatur, & §. ſi uerò nullus, & facit. l. ſi chirographum. ff.
de probatio. Quomodo ergo poterit per alium notarium in for-
mam publicam reſumi ſi rogatus de abbreuiatura atteſtatur (custo-
dia rerum) caſſatum de uoluntate partium argum. in auct. de tabul. §.
nos autem. uer. non fingitur. In contrarium facit, quia illa ſcriptu-
ra tabellionis caſſata & cancellata non fuit facta coram partibus vt
eſſe debuit in auth. de inſtrumen. cau. §. oportet in auct. ut propo-
natur nomen Imperatoris: & cum non ſit facta in publicam formam
4 non impedit quo magis conficiatur inſtrumentum, † quia utile
5 per inutile non uitiatur. † Nec eſt credendum tabellioni cum eſt
6 quæſtio an contractus interceſſerit: an uerò in contractu ſit † re-
ceſſum: & pro hac parte, facit, quia inſtrumentum cancellatum
7 probat debitum fuiſſe. leg qui tabulis. ff. de furt. † & facit,
quia cancellatio non perimit teſtamentum, de his quæ in teſtamen-
to delentur per totum, & quia cancellatio uidetur facta a tabellio-
ne contra bonam fidem: ideo cancellatio uires non habet. leg. 1.
ff. de fide inſtrumen. leg. diuus de cuſtodia reorum. ad quæ ac-
8 cedat: quia Bald. in leg. noſtrum. C. de teſtamen. dixit. † quod
ſi notarius dixerit cancellatum: quia ſcriptum per errorem: uel
dicat

dicat cancellatum : quia ſoluit, quòd quo ad partem cui non eſt ſatisfactum non eſt ſoluta obligatio, argum. ff. de
9 fur. leg. fullo. §. qui tabulas. vbi dixit, † quod cancellationes ſunt de corpore inſtrumenti, non requirunt diem & conſulem. l. 1. ff. de his quæ in teſtam. delentur. ſecus ſi ſint à latere & non incorporatæ, quia debent habere omnia ſolemnia.

LAVS DEO.

TRACTATVS
DE EXECVTIONE
Inſtrumentorum

D. ANTONII A CANARIO.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones iuſtæ, an poſſint obijci contra publicum inſtrumentum, ſtante ſtatuto quod, &c.*
Verbum generale omnia comprehendit.
Genus tantum valet, quo ad omnia; quantum ſpecies quo ad ſpeciem.
2 *Promittens nullam exceptionem opponere, intelligitur de malitioſa, & non de legitima.*
3 *Exceptiones iuſtæ, an poſſint opponi, ſi dictum ſit quòd non poſſit opponi niſi exceptio falſitatis, & ſolutionis.*
4 *Exceptiones quæ opponi poſſint, ſtatuto dictante quòd exceptione falſitatis, & ſolutionis non obſtante, inſtrumenta publica executioni demandentur.*
5 *Statuto dictante, quòd publica inſtrumenta executionem habeant paratam nulla niſi ſolutionis, & falſitatis exceptione obſtante, an poſſint obijci aliæ exceptiones iuſtæ.*
6 *Sententia, iuramentum, & confeſſio de iure communi executionem habent paratam.*
7 *Clauſula, & poſt prædicta, in fine contractus poſita, quid operetur.*
Gabella non ſoluitur de præcepto in confeſſum, ſtatuto ſtante quòd de omni ſententia condemnatoria ſoluatur gabella.
8 *Inſtrumenta guarentigiata, vbi fundentur & ubi confeſſionata, & vbi ſimplicia.*
9 *Statuta loquentia de executione inſtrumenti guarentigiati non exorbitant à iure communi.*
10 *Electio Papæ non ex toto ſubijcitur iuri poſitiuo.*
11 *Excluſio generalis exceptionum ad proceſſum non excludit ſpeciales exceptio-*

ceptiones procedentes à ſtatuto uel iure communi.

12 *Statuta ſecundum ius commune ſunt interpretanda, & reſtringenda.*

13 *Exceptio quæ poſt ſententiam opponi poſſit.*

14 *Exceptiones, quæ poſt ſententiam contra ſententiam opponi poſſint.*

15 *Cognitio ſummaria adhibetur in ſententiæ executione.*

Exceptiones quæ admittantur in ſummarijs cognitionibus.

16 *Exceptio peremptoria duplici ratione opponi poteſt contra inſtrumenta.*

Exceptiones quæ cõtra inſtrumentum opponi poſſunt, an etiam poſſint opponi contra executionem inſtrumenti.

17 *Inſtrumenta de iure communi, an aliquo caſu habeant executionem paratam.*

18 *Exceptiones à iure ciuili introductæ cenſentur excluſæ, ſtatuto ſtante quòd inſtrumenta ſecundum ius gentium executionem ſortiantur.*

19 *Exceptiones quæ, & quando indaginem altiorem requirere cenſeantur.*

20 *Statuto diſponente quòd exceptio contra inſtrumentum ſit ſtatim probanda, an aliæ exceptiones non reiectæ debeant probari intra terminum iuris communis.*

21 *Exceptio nullitatis cõtra executionem inſtrumenti oppoſita an poſſit eam impedire.*

22 *Exceptio altiorem requirens indaginem non admittitur in cognitione ſummaria.*

Obligatio uiribus carens, nulla lege firmari poteſt.

23 *Præceptum non dicitur quod non rite præcipitur.*

24 *Exceptio præſcriptionis inducta à iure communi uel ſtatuto, an poſſit contra inſtrumentum obijci.*

25 *Exceptio ſimulationis, an poſſit opponi cõtra inſtrumentũ, aut contractũ.*

Statutum dictans exceptionem contra inſtrumentum non opponendam exceptionem contra contractum non excludit.

26 *Hæres contra inſtrumentum defuncti uenire non ualens, inſtrumentum eſſe ſimulatum opponere poteſt.*

Nomine carere debet, quod effectu caret.

27 *Simulationis multæ ſunt ſpecies.*

28 *Contractus iuſtus dicitur ſi ex una cauſa promittatur, quòd ex alia debebatur.*

29 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quo caſu opponi poſſit.*

30 *Inſtrumentum aſſerens eſſe ſimulatum ſpeciem ſimulationis exprimere debet.*

31 *Exceptio ſimulationis cum quali diſtinctione poſſit opponi.*

32 *Inſtrumenta non liquida, an poſſint executioni mandari.*

Inſtrumentum duobus modis liquidari poteſt.

Inſtru-

33 *Inſtrumentum non liquidum obligationem uelatam continet, quæ tam teſtibus, quàm inſtrumentis detegi poteſt.*

34 *Modus ſecundus inſtrumenti liquidandi, qualis.*

Inſtrumentum liquidari poteſt ante executionem petitam, & etiam poſt in proceſſu petitæ executionis.

35 *Exceptiones perſonam concernentes, an poſſint opponi, non obſtante ſtatuto de exceptionibus non opponendis.*

36 *Minor iurans ſe maiorem & confeſſus debitum quando teneatur.*

37 *Filiusfamilias, aſſerens ſe patremfamilias, & iurans ſuper contractum, an poſſit poſtea de nullitate opponere.*

Obligatio non oritur ex contractu ipſo iure nullo.

38 *Filiusfamilias ratione iuramenti poteſt ad ſoluendum compelli, licet repetere poſsit.*

39 *Filiusfamilias quando exceptionem Macedoniani poſsit opponere.*

40 *Exceptio Macedoniani non poteſt opponi contra creditorem ignoranter cum filiofamilias contrahentem.*

41 *Ignorantia quando præſumatur, & quando non.*

42 *Exceptio Macedoniani quare contra creditorem filiofamil. mutuanti opponatur.*

43 *Exceptioni ne quis conueniatur ultra quam facere poſsit, renuntiari non poteſt.*

44 *Inſtrumentum quod executioni mandari debet intra decem dies ſecundum formam ſtatuti, opponi poteſt quòd non ſit factum ſecundum legem, non dubium. C. de legi.*

45 *Diſpoſitio iurata in inſtrumento deducta, an debeat executioni mandari.*

46 *Periurium eſt crimen eccleſiaſticum.*

47 *Iuramenti cauſa quando coram iudice eccleſiaſtico tractari debeat & quando coram ſeculari.*

48 *Petitio reſtitutionis in integrum, an impediat executionem publici inſtrumenti.*

Executio ſententiæ dicitur fieri iuſte à qua appellatum non fuit.

49 *Euidens eſſe non poteſt, niſi id de quo apparet, aut incontinenti apparere poteſt.*

50 *Sententiæ duæ conformes ſi latæ ſint, petitio reſtitutionis in integrum nõ poteſt executionem impedire, ſi petens reſtitutionem caueret.*

51 *Clerici, an ligentur ſtatutis, & conſuetudinibus laicorum.*

52 *Inſtrumentum in quo filius abſque patris aſſenſu ſe obligauit, an habeat executionem paratam.*

53 *Filio ſine conſenſu patris non licet litem conteſtari, nec totius cauſæ recipere præceptum.*

Filius

Filius quando,& pro quibus in iudicio agere poſſit.

54 Patri per filium in Caſtrenſibus uel quaſi non quæritur vſusfructus.

Præceptum guarẽtigiæ interlocutoria quædam dicitur,quæ in ſcriptis non profertur.

55 Filius latitans, & contumax quo caſu banniri poſſit, & aduerſus eum executio fieri.

56 Executio perſonalis fieri poteſt contra filiumfamilias debitorem, uigore ſtatuti diſponentis,quòd,&c.

Exceptiones quæ obligationi inſunt, an poſſint opponi contra inſtrumenti executionem,& nu.57.

58 Statuto exceptionum excluſiuo non obſtante, poſſunt opponi exceptiones quæ obligationi in inſtrumento deductæ inſunt tacite vel expreſſe.

Exceptio quando obligationi ineſſe dicatur.

59 Exceptio pretij non ſoluti quando poſſit per uenditorem opponi,& quando per emptorem exceptio rei non traditæ.

Emptor ad pretium condemnatus non poteſt excipere rem non eſſe ſibi traditam.

60 Exceptio pretij non ſoluti, aut rei non traditæ, licet peremptoria ſit: tamen cum inſtrumento naſcitur, & opponi poteſt in executione.

61 Exceptio pretij non ſoluti, & rei non traditæ contractu celebrato ex mora emptoris & uenditoris naſcitur.

62 Exceptiones quę contra inſtrumentum non opponuntur,an poſſint ad executionem opponi, ſtante ſtatuto, quòd,&c.

63 Executio inſtrumenti fit contra hæredem defuncti ſicut contra defunctum, ſi ipſe hæres inuentarium non confecerit.

64 Mulier habens inſtrumentum, quo vir confeſſus fuit ſe dotem recepiſſe, an poſſit ipſius inſtrumenti executionem petere ſoluto matrimonio,uigore tacitæ ſtipulationis de reſtituendo.

Tenor proprius inſtrumenti dicitur quod ex illo præſumitur.

65 Contrahentes uelle cogitare & agere cenſentur quod lex ipſa diſponit.

66 Executio,an poſſit fieri contra hæredes debitoris per inſtrumentum obligati,ſtatuto ſtante quòd inſtrumenta mandentur executioni.

67 Statutum quòd debitor pro debito ciuili poſſit ad inſtantiam creditoris perſonaliter carcerari an ualeat.

68 Inſtrumenta, an poſſint ex partium conuentione executionem paratam habere.

69 Conuentio partium quòd liceat creditori capere debitorem, & captum in carcere priuato retinere,quare non ualeat.

70 Debitor de fuga ſuſpectus ex pacto capi poteſt in cauſa ſuſpicionis.

71 Executio inſtrumenti vel ſententiæ ſi petatur, an finiatur intra viginti

ti

ti dies ſtatuto ſtante quòd inſtantia finiatur curſu tacito.

72 *Inſtrumentum factum Peruſij per notarium Peruſinum de contractu facto inter Peruſinum & Canarienſem ubi debeat executionem ſortiri.*

73 *Inſtrumenti publici appellatione quid contineatur.*

74 *Inſtrumentum publicum qualiter definiatur.*

75 *Reo non habenti inſtrumentum ſecum ad probandum exceptiones, an ſuccurratur aliquo remedio.*

76 *Statutum diſponens inſtrumentum manu publica ſcriptum executioni mandandum, an habeat locum in ſumpto iudicis auctoritate.*

77 *Auctor producens protocollum notarii mortui & petens eius executionem ſicut publici inſtrumenti, an ſit audiendus.*

78 *Petitio executionis, an procedat ſi petatur executioni mandari inſtrumentum, in quo debitor ſe obligauit procurationi creditoris.*

79 *Debitor, an ſit ſtatim in mora conſtitutus ſi inſtrumenta vim rei iudicatæ habeant.*

80 *Tempora quæ dantur iudicatis & confeſſis, an concedantur pro inſtrumentorum executione.*

81 *Citatio in executione ſemper facienda eſt coram iudice nouo.*

Citatio an ſit neceſſaria in executione inſtrumentorum.

82 *Conductio prima ſi facta ſit per publicum inſtrumentum executionem paratam habens, an finito tempore conducto cenſeatur tacite renouata cum uirtute inſtrumenti.*

Fideiuſſor obligatus per inſtrumentum, quod executionem ſtatim mereatur, an agere poſſit.

83 *Appellare an poſſit is contra quem executio inſtrumenti petitur.*

84 *Appellatio ab interlocutoria eſt ipſo iure nulla.*

85 *Appellari quando poſſit à ſententia de exequendo.*

86 *Appellatio ab executione, an ſit nulla quoad omnes effectus ſuos.*

87 *Proceſſus qualis eſſe debeat in cauſa appellationis.*

Sententia interlocutoria dicitur qua inſtrumentum exequendum pronuntiatur.

88 *Monitio iudicis facta hæredi de legatis ſoluendis, interlocutoria dicitur.*

89 *Emptor rei emptæ fructus petere poteſt ſequeſtrari, uenditore appellante à ſententia lata, de exequendo uenditionis inſtrumento.*

Officium iudicis implorare poteſt, qui ab exceptionibus proponendis excluſus eſt.

90 *Debitore munito exceptione à ſtatuto excluſa, an poſſit creditor lite pendente executionem petere.*

91 *Executio facta lite pendente, & facta inhibitione, an ualeat, & quando.*

92 *Officium iudicis non poterit implorari, ſtante ſtatuto quòd nulla exceptio aut defenſio admittatur.*

93 *Debitori exacto habenti iuſtas exceptiones per ſtatutum excluſas, quo ſubueniatur remedio.*

94 *Aeſtimationis ratio, an ſit habenda à tempore moræ ſi petatur executio inſtrumenti continentis debitum frumenti, &c.*

85 *Creditor, an poſſit uia ordinaria agere poſt decennium, ſtatuto ſtante quòd poſt id tempus non poſſit executio peti.*

96 *Clericus debitori laico per inſtrumentum obligato ſuccedens, an poſſit aſtringi coram iudice laico.*

97 *Contractus hodie per mutum celebrati, an ſint ualidi.*

COlligam quæſtiones quaſdam per numerum circa materiam executionis inſtrumentorum, ſecundum formam ſtatutorum, quæ communiter ſunt per Italiam. Confidens non in modulo mei rudis ingenij, ſed in gratia illius, qui affluenter dat, & non improperat.

1 PRimo, Quæro. Dictat ſtatutum † quòd contra publicum inſtrumentum nulla exceptio poſſit opponi, an aliquæ iuſtæ exceptiones opponi poterunt, & videtur quòd non: quia uerbo generali omnia comprehenduntur. ff. de leg. primo leg. ſi cui ſeruos omnes. C. ſine cenſu vel reliq. leg. omnes. ff. de leg. præſtan. leg. prima §. & generaliter. 28. diſtinctio. ſi Romanorum de maior. & obed. ſolitæ, & vbi lex non diſtinguit, nec nos debemus diſtinguere. ff. de arbit. leg. prima §. nondum, et ff. de pub. leg. de pretio, et quod ibi not. et tantum ualet genus, quo ad omnia, quantum ſpecies, quo ad ſpeciem. ff. de adminiſt. tut. leg. ſi duo. de leg. 3. ſi chorus. in prin. de uſu et habit. leg. ſi ita. C. de quad. præſ. l. 2. de pręſcrip. 30. ann. l. ſi omnes: quę iura ad hoc alleg. Dyn. in cap. generi. de regu. iur. lib. 6. Et pro iſta parte uidetur text. in cap. ex parte tua. de offi. deleg. in 2. reſponſo. In contrarium eſt ueritas quòd ſolum exceptiones friuolæ uidentur excludi. argum. ff. qui et à qui. appell. non licet. l. 1. §. interdum. de appell. cap. paſtoralis, &c. ut debitus, et eſt text. iuncta glo. ff. de petit. hære. leg. et non tantum. §. ſi pro emptore. quod ui, aut clam. leg. 1. §. et parui. refert, et in d. cap. ex parte iuncta gloſſ. quæ incipit, ſupple. et 12. quæſt. 2. ſine exceptione. in 1. gloſſ. et in cap. licet canon. de elec in gloſſ. ſuper. uerbo, in exceptione. poſt prin. et not. in c. cum quis de reſti. ſpo. in fi. primæ gl. et quod ſuper ea addit Ioan. And. allegans iura quæ alleg. glo. in d. §. & parui refert, et hoc
2 in his terminis tenet Cyn. in leg. ita pudor. ff. de adulte. † Pro hoc quia idem dicimus in promiſſione conuentionali, quando quis

pro-

promittit nullam contrariam exceptionem opponere, quia intelligitur de malitioſa, nam legitimas opponere poterit pacto non obſtante, ita dicit Specu. in tit. de obligatio. & ſolu. §. 1. verſic. inſtrumentum: ſuper verb. nullam aliam contrariam exceptionem. alleg. ff. de pac. leg. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. de elec. cap. cauſam quę de præſcrip. cum adeo, & dictum cap. ex parte. hoc idem eſt in reſcripto, quoniam quantumcumque præciſe reſcribatur, iudex debet legitimas exceptiones admittere, ſecundum Hoſtien. in ſumma de offic. deleg. §. quòd ſi eius officium. verſicu. item ad officium eius pertinet. Alleg. d. cap. ex parte, & cap. ſuper eo. eod. titu. & de iud. cap. exhibita, & de præb. cap. fin. niſi executio tantummodo demandetur, de offic. deleg. cap. paſtoralis, §. quia vero, ſecundum eum, & idem tenet in d. cap. ex parte dicens, exceptiones dilatoris, moratorias, & ſic friuolas, vel parui præiudicij, non autem peremptorias per dicta generalia verba excludit, vt refert Ioan. Andr. in d. capi. ex parte ſuper ſecunda gloſſ. ad hoc facit etiam de procur. capitulo qui ad agendum libr. 6. Et quod ibi notat Ioan. And. in nouella, & quod not. Spec. de eo qui renuntiauit omnibus exceptionibus, in titu. de renun. & conclu. §. 1. verſ. pone ergo, & verſic. ſi quis. Non obſtant allegata in contrarium, quia procedunt, vbi non eſt præſumptio in contrarium: nam generalitas præſumptionibus reſtringitur. ff. de pec. l. qui peculij, & not. in d. capi. ex parte in gloſſ. ſupple. conſtat ex multis generalia verba reſtringi, quæ diffuſe ponit Ioan. And. in d. c. in generali. in mer.

3 Secundo. † Quæro ſi non poſſit opponi, niſi exceptio falſitatis, & ſolutionis, An aliæ iuſtæ exceptiones opponi poterunt? Non videtur; quoniam exceptio firmat regulam de reg. iur. l. 1. in fin. primæ glo. cum ergo certi ſunt caſus exceptuati, in reliquis regula firma manet, & ſtatutum loquens de certis exceptionibus taxatiue, ad alias extendi non poteſt. C. de pact. qui fil. diſtra. l. 2. & quod no. in cap. in argumentum de reg. iur. lib. 6. per Dy. iſta proprietas, niſi, eſt dictiones taxatiuæ, quæ excludit quicquid non includit ex vi ſermonis. ff. de neg. geſt. leg. qui aliena. §. libertus. In contrarium eſt veritas. tex. eſt iuncta glo. in leg. ita pudor. C. de adult. Et hoc in terminis tenet ibi Cyn. pro hoc rationes, & iura ſupra proximæ quæſtionis pro hac parte alleg. Non obſtant contraria: quoniam licet exceptio firmet regulam, non ampliat, vt includat vltra quam alia de ſe regula includeret, vt leg. generali. ff. de auro, & argen. legat. vbi hoc tenet Barto. & eſto quòd dictio taxatiua excludat quicquid non includit, illud quod excludit, remanet ſub regula, & quo ad excluſa nihil operatur, niſi prout virtus regulæ importat, vt dicta leg. 2. C. de

pact. qui fil. diſtra. Vnde in propoſito eſto quòd ſtatutum diſponat, quòd non poſſit aliqua exceptio opponi, niſi ſolutionis, & falſitatis, quoad ad alias tamen habetur ac ſi nulla fuiſſet excepta, cũ remaneat ſub regula, quæ licet ſit generalis, non tamen excludit exceptiones legitimas, vt dictum eſt ſupra proxima q. Qua ratione attenta, hoc idem dicendum eſt, ſi ſtatutum diceret, quòd nulla exceptio poſſit opponi, niſi ſolutionis & falſitatis, & nulla alia poſſit opponi, quia eo modo quo prima generalitas reſtringitur, ſic & ſecunda. Sed contra prædicta in hac & præcedenti quæſtio. videtur dictum Bar. in dicta leg. 1. §. & parui refert. ff. quod vi aut clam concludentis exceptiones procedentes ex aliquo capitulo ſtatuti opponi poſſe: exceptiones, vero procedentes ex aliquibus partibus iuris, non. Sol. ibi dictum Bar. debet intelligi quando ſtatutum diſponit, quòd inſtrumẽta publica executioni mandentur, & quòd nulla exceptio poſſit opponi, niſi ſolutionis, &c. non autem quando ſtatutum loquitur ſimpliciter, quòd nulla exceptio poſſit opponi, niſi, &c. Rationem huius & declarationem videbis ſtatim in 3 q.

4 TErtio. Quæro † pro prædictorum & dicendorum intelligentia clariori. Dictat ſtatutum, quòd non obſtante exceptione falſitatis, & ſolutionis, & alijs quibuſcunque publica inſtrumenta executioni mandentur, uel firma, vel valida habeantur, an aliæ iuſtæ exceptiones opponi poterunt? Reſpon. Neque nominatæ, neque aliæ opponi poterunt, quæ ſint pares vel minores expreſſis, vt no. But. in d. c. ex parte in gl. ſupple. in fi. & Ioan. And. poſt Hoſt. ſuper ea. ad hoc de procur. qui ad agendum, & quod nota. Bar. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. Differt hæc quæſtio à præcedentibus, quoniam in præcedentibus exceptuati caſus ponuntur exceptiuè & reſtrictiuè, unde non ampliant generalitatem: hic ponuntur dilatiuè, & ampliatiuè, & ſic clara eſt ſtatuentis intentio.

5 QVarto. Quæro † ſtatutum dictat, quòd inſtrumenta publica habeant executionem paratam, & nulla exceptio poſſit opponi, niſi ſolutionis falſitatis, &c. an aliæ iuſtæ exceptiones opponi poterunt? aduerte in his terminis debet intelligi, quia ſic communiter ſtatuta loquuntur, licet ſimpliciter ſtatuta loquantur. Bart. in dicta §. & parui refert, diſtinguit, quia, aut aliæ exceptiones deſcendunt ex aliquo capitulo ſtatuti eiuſdem ciuitatis, & illæ poſſunt opponi. argum. d. §. & parui refert, cum ſua gloſſ. & in d. leg. ita pudor. non enim eſt ueriſimile, quòd ſe per illa generalia verba voluerit corrigere, vt ff. de cond. & demon. leg. nam & eo. & C. de inoſ. teſtam. leg. ſi quando. Si uerò exceptiones tales deſcendunt ex alijs partibus iuris, tunc dicit quòd non poſſint opponi, quia debemus

inhæ-

inhærere uerbis ſtatuti, quamquam duris, vt leg. proſpexit. ff. qui
& à qui. leg. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exercitor. ſecundum eum,
quem licet per alia uerba, in effectu ſequitur Ant. de Bu. in d. c. item
cum quis, de reſt. ſpo. ubi epilogat omnia dicta Bar. in d. §. & parui
refert. Contra primam partem diſtinctionis facit terminatio ſupra 1.
& 2. q. Ideo quia in hac quæſtione conſiſtit plurimum intelligen-
tia huius materiæ.
6 † Sciendum eſt quòd de iure communi ſententia iuramentum, &
confeſſio executionem paratam habent. Primum probatur, C. de exe-
cutio. rei iud. leg. 1. & leg. ſi vt proponis. ff. de re iudic. l. à diuo. Pios
§. ſic exequuntur, & leg. ſi cum nulla. ff. ad Turpi. l. 1. §. fi. & in Spec.
de exec. ſenten. §. 1. per totum. De ſecundo uidelicet confeſſione iudi-
ciali, eſt tex. de confeſſis. leg. 1. ibi, nam & ſoluere cogitur. ff. de re iud.
l. ſi debitorib. & l. poſt rem, uidelicet, quando emanat in iudicio non
oblato libello, vt no. in d. l. 1. & l. ſi debitoribus, probatur & l. 1. C.
eo. tit. per Doct. & in l. 1. C. de lit. cont. Et ſi dicatur, qualiter hoc pro-
cedit, cum in l. ſi debitorib. ff. de iud. dicatur, quòd ſit præceptum. Re
ſpondeo, quòd illud præceptum non eſt ſententia, ſed tendit ad execu
tionem, ſecundum Barto. in d. l. 1. De tertio uidelicet iuramento, eſt
tex. in l. fin. C. de fideiuſſo. & in leg. ſed & ſi poſſeſſori. ff. de iuſt. & iu
re, & in d. l. poſt rem, vbi hoc tenet Bar. & intellige de iuramento
voluntario iudiciali, non in neceſſario, vt leg. nam & poſtea. §. fin. ff.
7 de iureiur. Et hinc dicit Barto. in leg. 2. ff. de iureiurand. † quòd ſi in fi-
ne contractus apponeretur iſta clauſula, & poſt prædicta, quia de præ-
dictis poſſet dubitari, dictus promiſſor detulit dicto ſtipulatori iuſiu
randum, vt ſi iurauerit ſe debere recipere, quod teneatur, qui
ſtipulator ſtatim ſibi delato iuramento debere recipere iurauit, tunc
tale inſtrumentum de iure communi mandetur executioni, & mi-
ratur Bart. quòd conſuetudo hunc modum non adinuenit: habet
ergo confeſſio & iuramentum vim ſententiæ, non tamen proprie
dici poſſunt ſententia, ſecundum glo. in dicta leg. 1. ff. de re iud. per
quam dicit Bar. ibi quòd ſi ſtatutum dicit, quòd de qualibet ſenten-
tia cōdemnatoria ſoluatur gabella, quòd de confeſſione, ſeu præcepto
in confeſſum non ſoluetur gabella. Ex his ſtatuta Italiæ diſponentia
inſtrumenta publica executioni mandari habent fundamentum:
8 † nam inſtrumenta guarentigiata, quæ in certis partibus executioni
mandantur, fundantur in præcepto notarij habentis iuriſdict. ordi-
nariam inter conſentientes, qui in iure appellantur chartularij, de
quo facit mentionem gloſſ. de iudic. leg. 1. & tex. in leg. rem non no-
uam. C. eo. & ubi ad quem in integ. reſt. poſtu. leg. fin. Inſtrumenta
vero confeſſionata fundantur in confeſſione emanante corã notario,

vt præmittitur inter conſentientes ordinariam iuriſdictionem habente. Inſtrumenta vera ſimplicia, quæ habent executionem paratam ex forma ſtatuti capiunt fundamentum per ſimilitudinem prædictorum.

An autem de iure communi reperiatur, quòd inſtrumenta publi-
9 ca habeant executionem paratam, vide infra q. ſeptima. † Ex his patet, quòd ſtatuta loquentia de executione inſtrumenti guarenigiati, ſeu confeſſionati non uidentur à iure communi exorbitare. Statuta vero loquentia de executione inſtrumentorum ſimplicium ſic, & hoc tenet Ange. in l. ſi prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudica. quod facit ad plura, ſtatuta uero redigunt inſtrumenta ad uires ſententiæ confeſſionis, & iuramenti, & amplius diſponunt, quòd nulla poſſit obijci exceptio, quominus illa executionem paratam habeat, & vires rei iudicatæ, & conſequenter ex natura actus diſpoſiti excludit omnes exceptiones proceſſum concernentes, vt quia non ſit oblatus libellus, lis conteſtata, iuratum de calumnia, ſententia lata, & ſimilia, & omnes alias quas excludit res iudicata, confeſſio & iuramentum. C. ſent. reſcin. non poſſ. leg. peremptorias. C. de præſcrip. long. tempor. leg. cum emptor. Exceptiones autem quas non excludit res iudicata, confeſſio & iuramentum, dicta ſtatuta per dicta verba generalia intelliguntur excludere, probatur hoc aperte in c. licet de vitanda de elect. vbi conſideratur, quòd quandoque datur inhabilitas actus geſti de iure naturali & poſitiuo: & tunc reiectio omnium exceptionum hanc non tollit, quia reiectio omnium exceptionum fit contra actus quatenus aliquid recipit eſſe & non eſt, ſi omni iure deficit. Ideo ſi opponeretur in terminis d. c. licet de uitanda, quòd Cardinales qui elegerunt, non fuerunt Cardinales, admitteretur hæc exceptio: ſimiliter in propoſito, ſi diceretur; inſtrumentum publicum quarentigiatum, vel confeſſionatum, ut dicam infra 11 q. Quandoque datur habilitas actus geſti, ſeu cauſæ agentis, ſaltem inſpecto iure naturæ, licet deficiat iure poſitiuo: & tunc ſi actus eſt talis cuius validitas ponderatur de iure naturali, obiectus exceptionis concludentis effectum inhabilitatis actus geſti, ſeu cauſæ agentis, iure poſitiuo non admittitur. Si uero eius validitas ponderetur ſecundum ius poſitiuum, vt quia eſt actus qui ſubijcitur iuri poſitiuo, & admittitur exceptio, vt patent hæc ex d. cap. licet de uitanda, quod loquitur in actu electionis Papæ, in qua proceditur ſecundum me-
10 rum ius naturæ, † quia eius electio non ſubijcitur ex toto iuri poſitiuo. Et ideo non admittitur exceptio ex iure poſitiuo procedens. Modo in propoſito ex diſpoſitione ſtatuti ponderatur actus iuris exequendi, non actus iuris procedendi, & reiectio exceptionis venit

ad

ad ius exequendi, non autē ad ius procedendi; Ideo nō poſſunt reijci ex natura actus diſpoſiti: exceptiones vero concernentes ius exequendi ſic, non obſtante generali exceptionum executionem concernentium reiectione per dicta ſupra. in 1. & 2. quæſt. Diſtinctio igitur Bart. in terminis noſtræ q. vera eſt, videlicet, quod exceptiones procedentes ex aliquo capitulo ſtatuti, opponi poſſunt; procedentes uero ex diſpoſitione iuris communis non. Ratio, quoniam ſtatutum ex quo deſcendit exceptio, conſiderat inſtrumentum exequibile, & propterea non obſtante reiectione generali exceptionum, opponi poſſunt iuſte, procedentes à ſtatuto: ſed ius commune ex quo exceptiones deſcendunt, non conſiderat inſtrumentum exequibile, quia de iure communi inſtrumenta non merentur executionem, ideo non poſſunt opponi ad ius exequendi introductum a ſtatuto. Sed ſi ſtatutum non introduceret ius exequendi, bene opponi poſſent,
11 & ſic loquitur 1. & 2. q. † Concluſio igitur eſt, quod generalis excluſio exceptionum ad proceſſum non excludit ipſe tales exceptiones à iure communi, ſeu ſtatuto procedentes per dicta in 1. & 2. q. Et eadem ratione generalis excluſio ad ius exequendi non excludit iuſtas exceptiones, quæ ad executionem poſſunt opponi, ſiue procedant à ſtatuto, ſiue à iure communi: ſed actus diſpoſitio bene poteſt excludere exceptiones concernentes proceſſum, & etiam executionem, vt dicam infra quæſtio 6. quo caſu per generalitatem reiectionis exceptionum non importatur ultra naturam actus diſpoſiti, quo minus iuſtæ exceptiones opponi poſſint ſiue à iure cōmuni, ſiue a ſtatuto, vt dictum eſt procedentes: & hoc vult clare Ioann. And. in titulo de ſenten. §. vt autem, in addition. ad Speculat. ibi & maxime cum procedat nullitas ex vi alterius ſtatuti, &c. & dicam infra quæſtio. 11. hoc etiam voluit Franc. Accur. vt patet infra quæſt. 18. vbi eius verba refero pro hoc, quia ſtatutum ius ciuile eſt. ff. de iuſt. & iure, & in leg. omnes populi, & ſic ſicut generalis diſpoſitio iuris ciuilis omnium exceptionum excluſiua legitimas non excludit, ſic
12 nec diſpoſitio ſtatuti. † Pro hoc quia ſtatutum debet interpretari ſecundum ius commune. C. de noxa. leg. ſi ſerui veſtri, & reſtringi ne quis damnū indebite patiatur. ff. de iur. patrona. leg. adigere. §. quamuis, & ſpecialia generalibus derogant, ſiue præcedant, ſiue ſequantur. ff. de reg. iur. leg. in toto. & l. quòd quæſitum. §. pen. ff. de fundo inſtruct. per Bartol. vnde in terminis noſtræ propoſitæ quæſtionis concluſio eſt, quod exceptiones quæ nōn excluduntur ex natura actus diſpoſiti, per dictam generalitatem non intelliguntur excluſæ, unde omnes exceptiones quæ opponi poſſunt ad executionem, ſeu ad ius exequendi, ſeu ad rem iudicatam, opponi poterunt

eont a inſtrumenta huiuſmodi, non obſtante generali exceptionum ſerectione, per iura alle. ſupra in 1. & 2. q. Exceptiones uero quæ opponuntur ad proceſſum, non quia illæ excluduntur ex natura actus diſpoſitis dum ſtatutum diſponit, quòd inſtrumenta habeant executionem paratam, & de illarum excluſione ſenſit ſtatutum, non de iſtis exceptionibus, quæ opponi poſſunt ad ius exequendi, & nunc habes intellectum huius materię. Et adde quod de exceptione peremptoria dico infra q. proxima, in fi.

QVinto. Iuxta præmiſſa Quæro quę ſunt exceptiones, quæ poſſunt opponi poſt ſententiam in executione, ubi attendendum eſt, quòd quædam exceptiones opponuntur poſt ſententiam, non cōtra ſententiam, ſed contra actionem primam. † Et in iſtis ſi quidem
13 aliqua earum oritur poſt ſententiam, uel oritur uel renouatur in ipſa ſententia, tunc poteſt opponi poſt ſententiam, ita loquitur ff. de tranſact. leg. poſt. ff. ad Macedon. leg. tam & ſi. Declaro, mulier tuta Velleiano condemnatur exceptione non oppoſita, certe in ipſa ſententia mulier intercedit pro alio, & de nouo in ipſa ſententia obligatur, merito poteſt opponere exceptionem poſt ſententiam, quia in ipſa ſententia oritur & renouatur, facit l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. de re iu. Si uero exceptio habuit originem ante ſententiam, tunc regula eſt quòd non poſſit opponi poſt ſententiam, ut dicta l. peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſſ. Fallit in minore qui petita reſtitutione in integrum poſt ſententiam poteſt opponere, vt ff. de minor. leg. minor 25. an. omiſſam. Fallit in milite qui reſtituitur ipſo iure, vt poſſit opponere exceptionem leg. 1. C. de iur. & fac. ignoran. Fallit in Macedoniano odio creditorum, vt dicta leg. tam & ſi. Fallit in alijs qui reſtituuntur ex clauſula generali, uel iuſta cauſa abſentiæ, ut l. fi. ff. de reſtit. in integrum, ſecundum Bar. in d. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. quæ enumerat multos alios caſus, cuius verba quaſi ad litteram ſunt prædicta.

14 † Quædam uero exceptiones opponuntur poſt ſententiam contra ipſam ſententiam, & hic aduertendum, aut de illa exceptione liquet nullo alio probato extrinſecus, ut quia fuit prolata nulla præcedente inſtantia, uel fuit condemnatus dominus, vbi deberet condemnari procurator, & ſimilia: & tunc etiam impeditur executio, ut l. 1. C. de exec. rei iudic. & ff. eod. leg. ſi cum nulla. Si uero requiritur alia probatio extrinſecus, & tunc aut iſta probatio requirit altiorem indaginem, & non impedit executionem, ut leg. fina. C. de ordin. cognition. & leg. ſecunda. C. de fal. & de in integ. reſtitutio. capi. auditis. Si uero illa exceptio poſſet probari incontinenti, tunc impeditur executio, caſus eſt in leg. fina. C. ſi ex falſ. inſtrument. nam illa lex loquitur quando iam in alio iudicio inſtrumenta erant probata

ita falſa quòd falſitas erat prompta & manifeſta. Hæc diſtinctio
15 probatur per rationem: † nam in executione ſententiæ adhibetur cognitio ſummaria, ut leg. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudica. ſed in ſummarijs cognitionibus admittuntur exceptiones, quæ poſſunt probari incontinenti, non illæ quę requirunt altiorem indaginem, ut leg. tertia. §. ibidem. ff. ad exhiben. & leg. ille à quo. §. ſi de teſtamento, ad Trebellian. & leg. is à quo. in princip. vt in poſſeſſio. legato, & quando dicatur exceptio probari incontinenti, vide infra quæſtione nona. Ex hoc habebis practicam quando formas exceptiones contra executionem ſententiæ, quia debes dicere quas paratus ſum incontinenti probare, quia ſi non poſſet probari incontinenti, iudex poſſet eam reſpuere: quod eſt notandum, & menti tenendum ſecundum Bartolum in d. leg. final. C. ſi ex falſ. inſtrument. cuius uerba fere ad litteram ſunt prædicta, & idem licet non ſic diffuſe ponit in d. leg. prima. C. de iure & fact. ignorant. & probatur proxima diſtinctio in leg. ſecunda. C. de edict. diui Adriani tollend. Quando autem exceptio dicatur habere altiorem indaginem, uide infra in nona quæſtione. Ex his habes quæ exceptiones opponi poſſunt in executione inſtrumenti in terminis proximæ quæſtionis, plurimas tamen ſpecialiter ſubdam in hoc tractatu. Aduerte tamen, quòd licet contra ſententiam exceptio peremptoria opponi poſſit, ut leg. peremptorias. C. ſenten. reſcind. non poſſe. & ſupra dixi hac eadem quæſtione contra inſtrumenta opponi poteſt duplici ratione.

16 † Prima, quia oritur cum inſtrumento, quòd non contingit in ſententia. Secunda, quia ad excludendas exceptiones, inſtrumentum non habet vim ſententiæ, quia nulla cauſæ cognitio præiudicialis pręceſſit. ſecundum diſtinctionem præmiſſam, & hoc tenet Bal. in d. l. peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſſe.

SExto. Quæro. Dictat ſtatutum quòd contra executionem inſtrumenti nihil poſſit opponi, non autem dicit contra inſtrumẽtum, & ſic differt à quarta quæſtione, an poterunt opponi exceptiones, quę opponi poſſunt contra inſtrumentum. Reſpondeo, Non, ſecundum Bart. in l. ſi filius. ff. quod cum eo, quod dictum debet intelligi quãdo ſic ſtatutum diſponit, quòd ex natura actus diſpoſiti exceptiones contra executionem excludantur, uel quando ſtatutum diſponeret, quòd executio inſtrumenti fieret non obſtante exceptione, quæ poteſt in executione opponi: nihilominus iuſtæ exceptiones executionem impedientes, ſeu quæ in executione poſſunt opponi, non intelligerentur excluſæ, & intellige dictum Bart. ut dixi ſupra in quarta quæſt.

Septimo.

17 SEptimo. Quæro, † An ſit reperire caſum, quòd de iure communi
inſtrumenta habeant executionem paratam. Reſpondeo, Sic:
quando in contractu apparet iuramentum delatum vel præſtitum, vt
dixi ſupra in 4. quæſtione. Item inſtrumentum depoſiti habet execu
tionem paratam, ſecundum Bartolum in leg. penultima. C. depoſiti,
per illum tex. ibi dum dicit, illico eum reddere modis omnibus com
pellatur, & ibi, quod celerrime reſtituatur, & ibi, quanto citius, &c.
quod etiam apparet ex eo, quòd exceptiones quæ requirunt altio-
rem indaginem, non poſſunt in eo iudicio opponi. Sed in extraordi
nario reſeruatur. Bald. tamen ibi tenet, quòd iudiciarius ordo requi-
ratur, & conſuetudo obſeruat, quod tutius puto.

OCtauo. Quæro quid ſi ſtatutum diſponit, quòd inſtrumenta
18 ſecundum ius gentium requirantur. † Reſpon. Omnes exce-
ptiones à iure ciuili introductæ ex natura actus diſpoſiti excluſæ in-
telliguntur, vt dicto cap. licet canon. & dictum eſt in 4. q. ſupra. Et
propterea teſtamentum factum in Barbaria coram duobus teſtibus,
quia præſumitur ibi ius gentium obſeruari, valet ſecundum Bar. qui
dicit ſic ſe conſuluiſſe in l. ius autem ciuile. ff. de iuſt. & iu. & executio-
ni mandetur in Italia, vbi vigeret ſtatutum.

NOno. Quæro. Dixi in 5. q. quòd exceptiones requirentes altiorẽ
indaginem nõ poſſunt opponi poſt ſententiam, nec impediũt
executionem ſententiæ, & ſimiliter inſtrumentorum habentium exe-
cutionem paratam, vt eſt tex. ſecundum Bar. in l. pe. C. depoſiti.

19 † Quæro quando exceptiones dicantur requirere altiorem indagi
nem, & ſic dicantur non poſſe incontinenti probari. Reſpon. Secundũ
Bar. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. quando examinari non poſ-
ſunt intra tempus, intra quod examinatur executio ſcilicet an reperiã-
tur bona mobilia uel nomina, dicit text. in l. ſi is à quo. ff. vt in poſſ. le.
Vel clarius, illæ dicũtur requirere altiorẽ indaginem, quæ nõ poſſunt
examinari intra tantum tempus, intra quantum proceſſus principalis
expediretur, etiam ſi talis exceptio non opponeretur, per d. leg. ſi is à
quo. ſecundum Bar. in extrauag. ad reperi. in verbo, ſummariæ, ex quo
patet, quòd ſi executio inſtrumenti deberet fieri ex forma ſtatuti reali
ter, & perſonaliter ad uoluntatem creditoris, vt vidi in aliquibus ciui-
tatibus, quòd tunc nulla exceptio probanda admitteretur, niſi ea quę
momento probari poſſet, forſitan per aliud publicum inſtrumentũ:
& propterea cautus debet eſſe exceptionem opponẽs, quòd ſe offerat
eam incontinenti probare, aliàs iuſte reijci poſſet, vt dictum eſt in ex
cipente contra ſententiam in d. 5. q.

DEcimo. Quæro, quid ſi ſtatutum diſponit, quòd nulla exceptio
contra inſtrumentum opponi poſſit, niſi ſolutionis, & falſita-

tis,

dis,&c. cõſtat quòd in his duabus ſi opponantur, debet obſeruari ius commune, cum nihil ſtatutum ſuper earum probatione diſponat. ff. 20 de lib. & poſth. l.commodiſſime.c. ſuſceptum,de reſcr.lib.6. † Quid ſi ſtatutum diſponit,quòd debeat intra certum terminum probari, & opponuntur aliæ exceptiones,quæ per prædicta nõ intelliguntur reiectæ,vt eſt dictum in.1.2.& 3.q.an debebunt probari intra terminum iuris communis, vel intra terminum ſtatutum ad probandum exceptionem falſitatis & ſolutionis. Reſpon. quòd intra terminum ſtatutum exceptionibus, ſcilicet nominatis prædicta no. Bar.in l.ſi legatũ, in prin.de annu.lega.& quod no.glo.in l.fin.§.ſi à locis,ſuper uer.con ſumantur.C.de iure deli.

21 VNdecimo.Quæro,An retentis terminis 4 q.poſſet opponi exceptio nullitatis. † Reſpondeo. Solutio apparet in d.4.q.uidelicet, quòd quando ex parte eius qui opponit exceptionem nullitatis, nil eſt probandum, vt quia inſtrumentum non eſt publicum,uel caret annis Domini,indictione,teſtibus,vel ſubſcriptione, vel obligatio in inſtrumento deducta eſt nulla,& tunc exceptio nullitatis impedit executionem,vt l.1.§.& parui refert.ff. quod vi,aut clam.per Bar.& ff.de re iu.l.2.§.condemnatum.C. de procu.l. licet. C.de ſen.quæ ſine cer. quan.l.2.& ſic intelligunt Inno.de offic. deleg. c. cum in iure, & leg. ſi cum nulla.ff.de re iudi. & leg. 1. C. de excep.rei iudic.Quandoque eſt aliquid probandum, & tunc aut iſta cognitio habet altiorem indaginem: quod qualiter intelligitur, dictum eſt ſupra in 9.quæſtio. & tunc non impedit executionem,vt l.fin.in ſi.C.de ord.cog.C.de fal.l. 2.C. depoſiti.l.pe.ſecundum intellectum Bar.aut non habet altiorem indaginem,quia tunc poteſt incõtinenti probari,& tunc impedit executionem,ut l.iudicati.C.ſi ex fal.inſtru.& de iudi.l.ſi prætor.§.Marcellus, qui expreſsè hoc probat referendo ad primum caſum illius l. vt glo.facit,& probatur per rationem, quia in executione inſtrumenti ſicut in executione ſententiæ requiritur cauſæ cognitio, vt leg.à
22 diuô.§.ſi ſuper. de re iudic. † Sed in cognitione ſummaria exceptio quæ requirit altiorem indaginem, non admittitur, ut l.3.§.ibidem. ff.ad exhi.C.de edi.diui.Adri.tol.l.2. Sed illæ, quæ non requirunt altiorem indaginem ſic, ut leg.ille à quo.§.ſi de teſtamento. ff. ad Trebell. ſic diſtinguit Barto. in exceptione nullitatis contra ſententiam, in dicto §. condemnatum, & latius in leg. fin. C. ſi ex fal.inſtrumen. vt dixi in quinta quæſtione hoc idem tenet Ioan. Andr. in titu. de execut. ſentent. §. vltim. 16. in addit. ad Specul. & domini de Rota in eorum deciſione 281. Non enim per dictum ſtatutum firmatur obligatio quæ nulla eſt: nam obligationes, quæ carent proprijs vitibus, nec officio iudicis, nec magiſtratus, nec lege firmari poſſunt, ff.de

ff. de act. & obl. l. obligationes, facit ff. de teſtamen. mili. leg. prima. Inſt. eo. titu. & propterea de nullitate obligationis patente, uel quæ ſtatim poſſit probari, opponi poteſt, ut quia contractus ſit factus cõtra legem, ut leg. non dubium. C. de ſacr. ſan. eccle. leg. iubemus. §. ſane; & omnis nullitatis exceptio undecunque proueniens, ſecundum prædictam diſtinctionem, ſiue proueniat à iure, ſiue ab aliquo capitulo ſtatuti: & propterea Ioan. Andr. in titu. de ſenten. §. ut autem, uerb. hoc autem notandum, in addi. ad Specu. ſequens Nico. de Mat. qui, ut ipſe refert in quæſt. quæ incipit, Statutum eſt in ciuitate, tenuit quòd ſi ſtatutum eſt in ciuitate, quod contra præceptum factum in confeſſum non poſſit excipi, niſi de falſitate vel ſolutione poterit opponi exceptio nullitatis, & maxime cum procederet nul-
23 litas ex forma alterius ſtatuti, † allegat quòd præceptum non rite factum non dicitur præceptum. ff. de contra. leg. non quem vis, cum concordantijs alle. de cle. non reſ. cap. tuæ, in gloſſ. 2. & ſuffragio ſuper ea. Et ſic patet quòd non eſt facienda vis an procedat exceptio ex ui alterius ſtatuti, an ex vi iuris communis; vt videtur voluiſſe Bartol. in dicto. §. & parui refert de quo dic. ut dixi in quarta quæſt. Hinc etiam Ioan. And. in prealleg. uerb. 16. de ſenten. excommu. §. vltim. refert Roſ. Bono. in ſua quæſt. 45. & Guil. de Suza. poſt eum terminaſſe, quòd ſi vnum ſtatutum dat certam formam ſententiandi, & aliud iubet intra tempus ſententiam executioni mandari, non obſtante aliquo ſtatuto, ſententia in qua conſtat formam primi ſtatuti non eſſe ſeruatam, executioni non mandabitur, nec primum ſtatutum cenſetur ſublatum allegat. ff. de uerbor. oblig. leg. doli cauſa, & ff. de leg. 3. leg. ſi quis in principio teſtamenti, quod uerum eſt, quia exceptio reſpicit formam executionis, non formam ſententiandi, & nunc clare intelligis per dicta in 4. q. & hoc in exceptione nullitatis patente ſeu alia non patente, vt vult Barto. in dicto §. & parui refert, dum dicit opponi poſſe non obſtante ſtatuto, quòd inſtrumentum non eſt inſtrumentum publicum, uel caret annis Domini, indictione, ſubſcriptione, quæ concernunt nullitatem: uel quia inſtrumentum non eſt guarentigiatum, ſiue confeſſionatum, quæ concernunt ſubſtantiam inſtrumenti, & ſolemnitatem à ſtatuto requiſitam, ergo idem in alijs exceptionibus non patentibus, quæ probari poſſunt incontinenti, cum à pari iudicentur, vt in hac quæſt. & in 5. dictum eſt, ſecundum ipſum, abſque diſtinctione proueniant à ſtatuto uel à iure communi.

Dvodecimo. Quæro, An attentis dictis terminis contra inſtrumentum poſſit opponi exceptio præſcriptionis inductæ à iu-
24 re communi, uel ab alio ſtatuto. † Reſpon. Sic: ſi probari poſſit incon-

incontinenti uel liqueat ex inſtrumento, aliàs non, ut dictum eſt ſupra in præcedenti quæſt. Item in exceptione pacti de non petendo & in exceptione ſolutionis. hoc in executione ſententiæ tenet Ioan. And. in titu. de execu. ſen. §. fin. verſi. in utroque, & uerſi. 16 in fin. Itē in executione nouationis, & contrarij laudi. Primum ponit Specu. in titu. de exec. ſen. §. fin. ver. in utrumque. Bald. in leg. 2. C. de exec. rei iudi. Idem de exec. tranſactionis, dicit Specu. in d. tit. ver. 12. quod intellige quando valet tranſactio: nam ſuper inſtrumento confeſſionanato, ſeu guarentigiato uel alio executionem merente, niſi in dubiū reuocetur, tranſigi non poteſt, ſicut nec ſuper ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, de qua nulla habetur hæſitatio, ſecundū Bart. C. de tranſact. l. ſi cauſa cognita. ff. eod. titu. leg. ſi poſt rem. §. 1. ff. de condi. inde. leg. eleganter. §. 1. Ioan. An. latius in tit. de arbitrio. §. 1. uer. arbitrator uero ad fin. in addi. quæ incipit, Eſt ſciendum, & idem in compromiſſo: quod uerum intellige niſi partes tranſigerēt uel compromitterent cum clauſula, non obſtante inſtrumento, quoniam tūc viderentur inſtrumento renuntiare, ſecundum Bald. C. de tranſact. l. ſi diuerſa. Idem in alijs exceptionibus executionem ſententiæ impedientibus, conuenientibus executioni inſtrumentorum, vt metus doli, & alijs quæ Specu. ponit in dicto titul. de execu. ſenten. Idem in exceptione non numeratæ pecuniæ, ſecundum. Cyn. in leg. in contractibus. C. de non numer. pecun. in quarta, quæſtio. in princip. & idem Bald. ibi.

25 DEcimotertio. Quæro, † quid in exceptione ſimulationis? Bar. in leg. 1. §. & parui refert, & dicit quòd ſimulatio bene facit deficere contractum, quia cum deficiat conſenſus, non eſt ille contractus qui ſimulatur, ſed eſt ille qui vere agitur, ut in toto tit. C. plus uale. quod agi. Sed tamen bene eſt inſtrumentum publicum. C. ſi quis alteri. l. 1. & l. quamuis, & l. cum proponas. Eſt ergo inſtrumentum publicum, tamen dicitur contractus ſimulatus, vnde iſta exceptio non poſſet opponi, niſi à ſtatuto permitteretur, quia non impugnat inſtrumentum, ſed impugnat uires contractus contenas in inſtrumē to, ſecundum eum. Ex cuius theorica habes quòd ſtatutum prohibens exceptionem opponi contra inſtrumentum, non excludit exceptionem contra contractū, & econtra, & ſic multum ſunt attendenda uerba ſtatuti, ut dixi in 5. quæſt. Bald. autem in propoſita q. in leg. 1. C. plus uale. quod agi. dicit, quòd aut eſt ſimulatio probata per præſumptionē iuris & de iure, & poteſt opponi, ut C. de donat. ante nup. aut. ſed iam neceſſe: aut eſt ſimulatio probanda, & tunc refert: aut obijcitur contractui, & non poteſt opponi: aut obijcitur rogitui tabellionis, quia dicitur quòd rogatus fuit ſimulate, & poteſt opponi,

dicendo

dicendo quòd notarius fuit ſimulate rogatus, quia partes finxerunt ſe rogare, cum non intenderent eum rogare; uel dicendo quòd teſtes fuerunt ſimulate adhibiti. per hoc enim dicitur, quòd inſtrumentum non eſt inſtrumentum, quia deficit ſolemnitas in ſubſtantia rogitus, ut in authent.de Tabell. §. nos autem. Et ideo ſalua ſemper ueritate, quę debet eſſe ſemper in proponente, & opponente, reſpici debet forma excipiendi, quod ſecundum eſt diligenter notandum. Idem autem Bald. in leg. fin. §. in compu-
16 tatione. circa fin. C. de iure delibe. dicit, † quòd hæres, qui ex forma ſtatuti non poſſit uenire contra inſtrumentum defuncti, poteſt opponere, quòd inſtrumentum eſt ſimulatum, quia inſtrumentum ſimulatum non eſt inſtrumentum, cùm non faciat fidem ſimulatione probata, unde licet ſuperficialiter appareat eſſe inſtrumentum, tamen ſubſtantialiter nec intellectualiter eſt inſtrumentum: nec enim proprie dicitur eſſe, quod abuſiuum eſt, ut ff. de ſuis & legi. l. item prætor, & inſtrumentum quod non habet uim probandi, non eſt proprie inſtrumentum: quia dicitur ab inſtruendo. ff. de uerb. ſig. l. notionem §. inſtrumentorum. Statutum enim debet intelligi de inſtrumentis efficacibus, non de nullis, ut patet. ff. de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. teſt. ff. quo te ſt. ap. l. 2. §. 1. nã illud qđ caret effectu, etiã nomine caret ut C. de probat. l. cum precibus niſi ſtatutum remoueret expreſſe exceptionem ſimulationis, quia non propter iniquitatem ſtatuti recurretur ad ſubſidium eccleſiæ; ſecus ſi ſtatutum non remoueret exceptionem, ſed aſſignaret certum terminum, qui non dicitur iniquitas, ſed iuſtitia poſitiua, ut ff. de poſtu. l. 1. §. mixtum. in uerbo, ratus: ſecundum eum, cuius uerba ſunt prædicta. Aduerte pro cla
17 riori intelligentia huius quæſtionis. † Simulatio eſt genus continens plures ſpecies: nam quandoque ſingulariter agitur unus contractus, ſed in ueritate agitur, quòd nihil ualeat. Interdum agitur, ꝙ ualeat, ut alius contractus non vt ſingulariter celebratus. Interdum celebratur unus contractus ſingulariter, ſed agitur ut modico tempore duret. Interdum celebratur contractus figuraliter prætextu alicuius. Exemplũ primi membri. Si aliquis timet tyrannum, uel uult effugere onera cõmunis, uel aliquid ſimile, facit alienationẽ bonorũ ſuorũ uel partis ipſorum in alium, cum in ueritate agebatur inter eos, quòd non foret alienatio, ſed ſolum fiebat ad reparandum. Hanc puto appellari chartam ad apparat factam, hoc eſt ad apparandum, ſeu ad reparandum, & de hac quæſtione loquitur. ff. de contrahen. emp. l. nuda. ff. de regu. iur. l. imaginaria. ff. de ritu nup. l. ſimulate, & de aqua plu. arc. l. emptor. quo caſu non ualet, ut dictis iuribus patet. Exemplum ſecundi membri, quando celebratur contractus uenditionis, & agitur
con-

contractus pignorum, & tunc ualet, quod in ueritate agitur, non ꝙ ſimulate concipitur.C.plus ual.quod agi.per totum.C. de contrahen. emp.l.empti fides,& no.in d.l.nuda,& d.l.imaginaria. Exemplum tertij membri,quia forte emptor debet reuendere cito, ut ff.de manu.l. 4.§.ſi ab ignoto. Hæc tria poſuit Bart. magiſtraliter in quodam ſuo conſilio quod incipit, In nomine domini amen. factum tale eſt Pet. Nico. Exemplum ultimi membri, ſi promitto ex cauſa mutui pro ſa
28 lario patrocinij præſtando. † Circa quod membrum aduerte, quia interdum promittitur ex cauſa mutui, uel alterius iuſti contractus, quod debebatur ex alia iuſta cauſa iam præterita & finita, ut ſi promitto ex cauſa mutui quod debebam ex cauſa iuſti patrocinij præſtiti, tunc tenet contractus.C.ſi cer.pet.l. ſi ex pretio. ff.eo.l. ſingularia nec poteſt dici ſimulatus,quia obligationis ſubſtantia non deficit,& debitum ex una cauſa poteſt in aliam conuerti, ut dictis iuribus patet. Et propterea eſto quòd ex forma ſtatuti poſſet opponi exceptio ſimulationis, hoc caſu ſimulationis exceptio opponi non poſſet, quia, ut dictum eſt, non eſt contractus ſimulatus, ſecundum Barto. hoc tenentem in dicta leg. ſi ex pretio. Quandoque promittitur illud, quod tamen debetur ex iuſta cauſa futura, tunc cauſa non ſecuta opponi poteſt exceptio ſimulationis, quoniam etiam ſi promittitur ex cauſa mutui, ex cauſa futura, cauſa nonſecuta intra biennium, opponi poteſt exceptio ſimulationis.C.de poſthu.l.ſi ſub ſpe-
29 ciem. ubi hoc per Barto. & Bald. concludentes, † quòd ubi ex forma ſtatuti poteſt opponi exceptio ſimulationis contra inſtrumentum huiuſmodi, poteſt opponi etiam exceptio non numer. pecu. in caſu quo de iure talis exceptio detur. Quandoque promittitur illud quod nõ debetur ex cauſa præſenti uel futura turpi uel inhoneſta uel nulla, tũc habet locũ exceptio ſimulationis, uel exceptio ſine cauſa, uel etiã iniuſta cauſa,ut leg.1.C. de condictio. ob tur.cau. & d. leg.ſi ſub ſpeciem, ſecundum Bar. ſubdens quòd quando ex forma ſtatuti permittitur opponi exceptio ſimulationis, debet intelligi quando promittitur ſpe futuræ cauſæ non ſecutæ: & tamen alia cauſa in inſtrumento exprimitur vel prætextu alicuius cauſæ iniuſtæ uel turpis: & hæc eſt vera exceptio ſimulationis, non quando debitum ex una cauſa iuſta promittitur ex alia iuſta cauſa, ſecundum eum ibi, & in d.l.ex pretio. Sic igitur ex prædictis apparet, quòd plures ſunt ſpecies ſimulationis, & uerbum ſimulationis, multipliciter poteſt intelligi, ex quo
30 liquet † quòd dicens inſtrumentum ſimulatum, ſiue agendo, ſiue excipiendo,debet ſpeciem ſimulationis exprimere: aliàs nulla alia facta declaratione, ille contra quem dicitur ſimulatus, debet obtinere, ut leg.1.in princ.ff. de eden.& l. Pomponius ſcribit ſi frumentum. ff. de

rei

rei uendi.in fin.quæ loquitur in agente, & idem in excipiente, ut l.1. §.labeo.ff.de flumi. de leg. 1.l. Titiæ textores.in princ. idem in probante obſtaret, ut ff. de nou.ope.nunc.l.non ſolum.§.ſed ut probari. & ibi nota.C.de peti.hæred.l.ſi poſt motam.quod no.in gl. ſuper uerbo, probaretur, & eſt expreſſum de probat.in c.in præſentia, & ſic concludit Bar.in prælleg.conſilio, ſubdens in eodem, quod conſtitutio precarij non facit ceſſare ſimulationem, quando aliàs contractus præſumitur fictitius, quia ſicut præſumitur fictus contractus, ſic actus conſtitutionis precarij.alle.l.1.C.de ſuffra.& idem in renunciatione exceptionis ſimulationis. ff.de noua.l. doli. uer.uerſum. Sed an exceptioni ſimulationis huiuſmodi poſſit renuntiari, poſuit latius Barto.in l.nemo poteſt de leg.1.Et modum proponendi & articulandi ſimulationem poſuit.C.de pact.in l.pacta nouiſſima. Et an ex contractu ſimulato transferatur dominium uel poſſeſſio, poſuit in l.emptor.ff.de aqua plu. arc. Quæ ſtudio breuitatis huius tractatus omitto. Ad ſolutionem igitur quæſtionis longius utilitatis cauſa euagatus, rediens concludo, † quod ſimulationis exceptio proprie ſumpta opponi poteſt cum diſtinctione, an ſit patens, & ſi nõ ſit, an poſſit inconuinenti probari uel non, ut dixi in 5.q. Quæ autem ſit exceptio ſimulationis proprie patet ex prædictis, quia illa eſt, quæ inſtrumẽtum annullat, ſeu eneruat ipſo iure, uel quæ exceptionis, non illa quæ uiribus ſubſiſtit: fateor, quod ſi petatur excipientẽ habere declarare ſpeciem ſimulationis, quod procederet iudicium in ſpecie probata.C.de anna.exce.l.1.Ex his etiam patet, quod ſi ſtatutum permitteret exceptionem ſimulationis opponere, quod omnem ſpeciem ſimulationis opponeret, quæ uidelicet annullaret, uel eneruaret inſtrumentum ipſo iure, uel ope exceptionis, &c. & ſic etiam exceptionem non numeratę pecuniæ, & omnes ſimulationis ſpecies huiuſmodi poſſent opponi, & probari ſecundum ius commune, ſiue requireret altiorem indaginem, ſiue non: quia intelligitur ſtatutum cauſa ſimulationis exceptionem permittere, quę opponatur ad proceſſum, ut patet ex dictis 4 q.

31 (margin number beside "tus, rediens concludo")

DEcimoquarto. Quęro, An retentis dictis terminis 4. q. opponi

32 poſſit, quod inſtrumentum non eſt liquidum. † Aduerte pro intelligentia uidendum eſt, An inſtrumenta quæ non ſunt liquida poſſint executioni mandari? uerbi gratia, promiſiſti mihi damna, ſeu intereſſe, & dicendum eſt quod ſic: quoniam obligatio prædicta omni reſpectu eſt præſens, & non dicitur habere diem neque conditionem, ſicut quando quantitas legata debet alterius arbitrio declarari, ut no.in l.1 ff.de lega. 2.ubi per dictam rationem hoc tenet Bar. in ultim.q.& Bald.in l.2. C. de execu.rei iudi. debebunt tamen liquidari

ſecundum

ſecundum eos. Modus autem liquidandi, ſeu practica eſt duplex. Primo quod actor petat inſtrumentum non liquidum exequi, & in proceſſu executionis liquidari inſtrumentum, hunc modum tradit Barto. in l. 1. ff. de edend. per ibi not. & in l. 2. C. de ſenten. quæ ſine certa quantitate, videlicet incontinenti petita executione inſtrumenti producat articulos pro liquidatione ad probationem damni vel intereſſe, quæ probatio non requirit libellum, vel litis conteſtationem, ſeu alium ordinem iudiciarium, ſed procedatur ſummarie ſecundum formam leg. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudica. ſicut in executione ſententiæ latæ in iudicio vniuerſali, & no. in dicta leg. prima, ſecundum Barto. in dicta leg. ſecunda. C. de ſent. quæ ſine cer. quantit. & leg. ſi cum exceptionem. §. hæc autem actio. ff. quod metus cauſa, & C. de pign. leg. 3. in quarta, quæſtione & Bald. in dicta leg. 2. C. de execu. rei iudi. & fiet talis probatio per omne genus & ſpeciem probationis.
33 † Nam inſtrumentum non liquidum continet obligationem velatam, quæ poteſt detegi, tam teſtibus quam inſtrumentis, de teſt. cap. ſicut nobis, ſecundum Bald. ibidem ſubdens vero, quòd omnis exceptio in examine liquidationis opponi poſſit, non obſtante ſtatuto exceptionum excluſiuo, de quo magis, cuius ſtatuti beneficio non guaderet inſtrumẽtum pendẽte liquidationis articulo, quia ſtatutum non dicit, quòd non poſſit opponi contra liquidationem, ergo ſtamus iuri communi, & cum liquidatio requirat cauſæ cognitionem pars citari debebit, ſecundum eum, & hoc intelligit, vt dictum eſt in obligatione pura ad eſſe deducta, licet non liquida, vt in exemplo propoſito, ſi promiſiſti mihi damna & intereſſe, ſed in obligatione deducenda ad eſſe per liquidationem: verbi gratia, promiſiſti mihi non uenire contra promiſſionem certam ſub pœna mille, nam non poſſum petere executionem ad mille, niſi liquidetur, & probetur te veniſſe contra promiſſionem: certe ad liquidationem, ſeu probationem huiuſmodi, quòd ueneris contra promiſſionem, requireretur libellus litis conteſt. & ſententia, per quam obligatio per iudiciariũ ordinem liquidata deducatur ad eſſe, ſecundum Bar. in d. leg. 3. C. de pig. in 3. q. verſi. ſed qualiter liquidabitur.
34 † Secundus autem modus ſiue practica liquidandi eſt, quòd actor petat prius inſtrumentum liquidari, & eo liquidato liquidatum pronunciari, & illud exequi. Hanc practicam ſentit Bartol. in leg. perinde. §. nondum. ff. ad l. Aqui. & Bald. tradit in d. leg. 2. C. de exec. rei iu. & tutum puto quod eo liquidato exequi, ſed ſi executio non peteretur, ſed ſi ſimpliciter peteretur liquidari, eo liquidato peti poſſet executio: probatur optime in ſimili in cle. auditor. de reſcrip. in fi. 1. gloſſ. Poteſt igitur ante petitã executionẽ liquidari inſtrumẽtum, & poſt in proceſſu executionis

petitæ. Vltimum plus laudo, & præualet in obſeruantia, vtroque tamen caſu articulus liquidationis ideſt inſtrumenti puri, licet non liquidi per prædicta pariter examinetur & decidatur videlicet, ſine ordine iudiciario, vt dictum eſt ſupra. Et ex his habes quòd exceptio ſimulationis poteſt indiſtincte opponi, ſtatuto prædicto non obſtante, quod intelligi debet inſtrumento, & liquido, & puro.

35 DEcimoquinto. Quæro. † Retentis terminis ſæpe dictis, An opponi poterunt exceptiones concernentes perſonam, ut puta non potes eſſe in iudicio: quia minor, excommunicatus, uel bannitus, & ſimilia. Reſpond. quòd ſic: quia iſta non prohibentur opponi per ſtatutum prohibens opponi exceptiones contra inſtrumentum, quia non reſpiciunt inſtrumentum, ſed perſonam agentis, arg. l. filio. ff. de inof. teſt. & Bar. in d. §. & parui refert. adde infra in proprijs quæſtionibus ſubdo

DEcimoſexto, Quid ſi minor iurauit ſe maiorem & ſic contraxit, uel præceptum in ſe recipit? Nico. de Mat. vt refert Io. An.
36 in ti. de ſen. §. vt autem, ver. hoc autem alleg. ſupra in 11. q. tenuit, † quod ſi minor iurauit ſe maiorem, confeſſus debitum recepit præceptum, ſi ipſe minor fuit in dolo, & creditor in bona fide tenuit præceptum ratione doli & ſacramenti, per leg. 1. §. an in pupillum. C. depoſiti. Si uero creditor ſciebat ipſum eſſe minorem, & ſic de dolo ipſius cõqueri non poteſt. ff. de actione emption. leg. 1. C. de in integrum reſtitution. mi. l. de tute. de re iud. cap. ſcienti, lib. 6. & alterius ſtatuti quod annullat obligationem minoris aliter factam, & forma ſeruata nõ fuit, dicit præceptum nullum, & maxime ſi errauit tunc putans ſe eſſe maiorem. ff. de confeſ. l. non fatetur, ad idem. ff. de pact. l. ſi cum te. ff. de actio. emp. leg. ſi hæres, ſicut ergo una lex per aliam determinatur, ſic ſtatutum ſtatuto, & etiam lege; aliàs ſequeretur quòd pręceptum factum furioſo, pupillo, prodigo, cui interdictum erat bonis, exequẽdũ foret, qd foret abſurdũ. Vt igitur pręceptũ valeat, oportet duo concurrere ſcilicet perſonam quæ præciperet, & perſonam cui præcipi potuerit. ff. de ſupe. titn. leg. 1. & leg. naturali. §. 1. & ſecundum hoc defuit tam lege quàm ſtatuto: dicit tamen quòd in dubio præſumit eum in dolo qui dicit ſe maiorem, per l. quid enim. ff. de dolo. huic non ob. auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uen. loquitur enim de iuramento ſuper contractu. Iuramentum autem de quo loquimur, fuit ſuper quadam aſſertione. Item hoc de præſenti, illud de futuro. non ob. etiam l. ſi alterius. C. ſi mi. ſe mai. dixer. quia loquitur de contractu qui tenebat contra quem petebatur reſtitutio, non quòd diceretur nullum, ſecundum Io. And. in addi. prędicta.

Decimo-

probetur per aliquas coniecturas, ut d.l. ſi quis patrem, & l. 1. & pe. Aut non intendit conſequi aliquid contra iuris diſpoſitionem, & tunc præſumitur iuſtitia. Ratio differentiæ eſt, quia in primo caſu debuit inquirere, ut no. in dicta l. penul. In ſecundo non debet eſſe curioſus inueſtigare, ar. ff. de noua. l. doli. in fi. ſecundum Bald. qui etiam latius loquitur in d.l. 1. C. ad Maced. In dubio igitur alijs præſumptionibus ceſſantibus præſumitur creditorem ſciuiſſe contrahentem eſſe filiumfa. & ex hoc patet, quod hæc exceptio reſpectu probationis ſcientiæ non requirit aliquam indaginem, cum iuris præſumptione ſcientia prǽſumatur, & communiter opponi poteſt, non obſtante ſtatuto: reſpectu uero probationis facti, uidelicet an pater uiueret, tunc etiam idem quod opponi poterit, quia uana ſimplicitate decipitur qui contrahit cum filiofam. ſi credit eum patremfa. niſi ex prǽſumptionibus liqueat contrarium, vt d.l. ſi quis patrem, & ſic dicta exceptio reſpectu opponentis non requirit altiorem indaginem.

42 † Poteſt igitur hæc exceptio opponi, quia de ea iuris præſumptione liquet, & nullam requirit indaginem. Secundo opponi poteſt ex eo, quia inſtrumento liquet eum filiumfam. dum dicit Seius Marti. habuit & recepit à Sempronio mutuo, & ex cauſa mutui decem: nam ſi non uiueret, inſtrumentum eſſet falſum, niſi ad euitandum falſitatem intelligeretur olim, ſecundum Barto. ff. ſi certum peta. l. eius qui in prouincia, alle. quod no. ff. ſol. matrimo. leg. diuortio, & leg. inſula, in fin. ff. de acq. rer. domin. Et conſtat autem quòd exceptio, quæ conſtat inſtrumento, opponi poteſt, ut dicam infra in 26. q. Amplius cum ſaltem incontinenti poſſit probari, habetur perinde ac ſi ineſſet, argu. C. de edi. diui. Adria. tol. l. 2. & hoc ſentit Bald. ibi dum dicit quòd præceptum diui Adriani dicitur præceptum guarentigiæ. Tertio ex eo conſtat exceptionem huiuſmodi opponi poſſe quia dicta exceptio non opponitur contra inſtrumentum, ſed contra perſonam agentis, & de iure perſonæ agitur non de iure contractus: ergo non excluditur à ſtatuto, argu. leg. filio. ff. de inof. teſt. & dixi ſupra in 15. q. Quarto probatur efficacius: per dictum ſtatutum non excluduntur exceptiones quæ naſcuntur cum inſtrumento, ſed exceptio Mac. oritur cum ſententia uel inſtrumento, ut ff. ad Mac. l. tam & ſi, & dictum eſt in d. q. 15. ergo opponi poteſt, ſicut dicimus quòd opponi poteſt exceptio non confecti inuentarij, & exceptio ne quis conueniatur ultra quam facere poſſit, ut dicam infra in 28. q. Hác

43 opi. reperio quod tenuit Fran. Ac. in d.l. 1. quod ui aut clam. † quia dictę exceptioni non poteſt renunciari, ut d.l. tam & ſi, & ff. de pactis. l. ſi unus §. illum, & de minorib. l. ſi iudex, ergo nec per ſtatutum. C. de decretis decurio. ſuper rubrica, lib. 10. Itē quia exceptio Macedoniani eſt

X 3 ſpecia-

ſpecialiter inducta à lege ſine hominis miniſterio, & ſic per generalem prouiſionem ſtatuti non tollitur. Nam ſpecialia generalibus derogant, vt ff. de regu.iu.l. in toto, etiam ſi ſpeciale præcedat & generale ſequatur, vt eſt videre de cautione iudicio ſiſti, quæ per ius authenticorum debet à quolibet præſtari, ſed per ius digeſtorum ſolum ab illo qui non poſſidet immobilia. ff. qui ſatiſda.cogan. leg. ſciendum, in princip. bene facit qd not. C.de adulter.l.ita pudor, iſta ſunt fere eius verba, hoc idem tenuit Bar.ff.quod cum eo.l. ſi filius, quia talis exceptio non eneruat inſtrumentum, ſed exceptionem inſtrumenti, hoc idem tenuit idem Bart.in conſulendo, in conſilio quod incipit, Statuto cauetur, quòd inſtrumentum, &c.

44 † Vbi dicit quòd ſi ex forma ſtatuti debet inſtrumentum mandari executioni intra decem dies abſque exceptione, quòd poterit opponi, quod eſt factum contra l.non dubium.C.de legib.& l.iubemus.§. ſane de ſacroſanc.eccle.nec tollitur per tale ſtatutum exceptio nullitatis. Inſtitu.de milita. teſtam.§.1.ff.de mil.teſtam.l.1.& leg.nemo poteſt. ff. de lega. 1. de hoc ſupra in 11. q.Et etiam opponi poteſt exceptio Velleiani, quæ etiam poſt ſententiam opponitur. ff. ad Maced.l. tam & ſi, non obſt.l.omnes populi, quia ſtatutum loquens de contractu, intelligitur de ualido, & ſic allegando leg.tam & ſi, tenet expreſſe idem in exceptione Mace. de qua loquitur illa lex. Hanc etiam opi. tenet Bald. C. ad Mace.leg. fin.ibi dum dicit, quòd ubicunque lex remouet potentiam à perſona contrahentis talis exceptio, ſeu defenſio poteſt opponi poſt modum, ut dicta leg. tam & ſi.teneas menti hanc regulam, dicit ipſe, ſiue ſumus in diſpoſitione iuris communis, ſiue in diſpoſitione ſtatuti, quia eadem eſt ratio vtrobique ſecundum eum, & hanc opi. ueram puto etiam in contractu per filiumfam. inito, per ea quæ dixi ſupra in proxima præcedenti quæſtione.

DEcimonono Quæro, Quid in exceptione Velleiani. Reſpondeo. Idem quod in exceptione Macedoniani per rationes in præcedenti quæſtione tactas, & ita tenent Docto.ſupra in proxi. quæſt. alleg. in Velleiano ſicut in Macedoniano, fundantes ſe per l.tam & ſi, quę in exceptione Macedoniani, & Velleiani loquitur, ut patet ex prędictis. In contractu tamen iurato, dic ut colligitur ex allegatis ſupra in 17. quæſtione.

45 VIgeſimo. Quæro. Retentis noſtris terminis, † ſi diſpoſitio in inſtrumento deducta fuerit iurata, An exequetur? Reſpon. Tres ſunt caſus. Interdum iuramentum eſt nullum, ſicut diſpoſitio iurata. Interdum iuramentum eſt validum, & ualidat diſpoſitionem iuratam. Interdum iuramentum eſt validum, ſed non ualidat diſpo-

37 DEcimoſeptimo. Quæro. Retentis terminis ſupra dictis, † quid in filiof.& adult. aſſerentibus ſe patremfam. & illum eſſe curatorem qui non erat,& iurantibus ſuper contractu,an poterunt opponere de nullitate vigore alterius ſtatuti cuius formam non ſeruauerunt, ut eſt dictum ſupra prox. q. Ioann. And. in add. prima, dicit quòd Iac.de Bel.in q. quæ incipit, lege Peruſina, tenet quòd ſtatuto prohibente fieri, & annullante ſi fiat contractus per filiumfa.ſine cõſenſu patris, uel per adultum ſine curatore, licet primus contrahendo mentitus fuerit ſe patremfa.cum non eſſet, vel ſecundus mentitus fuerit eſſe curatorem illum qui non erat, contractus tamen non tenebit propter ſtatutum, quod non ſolum prohibet, ſed annullat, & ſic non oritur obligatio ex contractu qui ipſo iure non ualet, alle. l. non dubium.C.de legi. leg. quid enim.ff.de dolo, & quod no. in l. quacunque.§.ſi.ff.de publ.& in l.ſi curatorem, in glo.quæſtio iuris. C.de in inte.re.prædictam enim l.quid enim, ſic inducit, ſi contra pupillũ qui uictus fuit, datur actio de dolo, ergo non tenuit cõtractus, aliàs daretur actio ex contractu, non de dolo. eo. titu. l. 1. §. ait prætor, contaria dicit procedere, cum ſtatutum annullat, fortius ſi exceptionem uel actionem dat. ſuper eo uero quod arguitur, quòd iuramentum eorum ualidat contractum, diſtinguit inter filiumfa. & adultũ. De primo ſimpliciter tenet, quòd non: quia roborari per id non poteſt contractus qui non tenet per ſtatutum, cum principale à ſuo acceſſorio non veſtiatur, nec reguletur. ff.de vulgar. & pup. leg. ex pupillari, tunc quia iuramentum eſt contra bonos mores, ponderata l.prima, in prin.ff.ad Mace. inducit regulam cap. non eſt obligatorium,lib. 6. Et hoc uerius puto hac ratione,per illud quod Barto. no.
38 ff.de fideiuſſ.leg. ſi quis pro eo. † dicens ratione iuramenti filiumfa. compelli ad ſoluendum, ſed repetere poſſe, ſicut quando debitor iurat uſuras ſoluere, quoniam hoc caſu iuramentum eſt contra bonos mores ex parte creditoris, & ex parte filijfam. ponderata ratione l. 1. ff. ad Maced. ille uero ex parte debitoris tantum non creditoris. Item poſt ſolutionem filio non datur repetitio. ff. de condictio. indeb.l. qui exceptionem: debitori vero ſoluenti vſuras, ſic, ut d. cap. debitores. Ratio poteſt eſſe quòd in filio poſt ſolutionem ceſſet uotũ mortis patris,& ſic iuſte remanet ſolutum, ſed in ſoluente vſuras non ceſſat turpitudo per ſolutionem; ideo magis effectum habet, & ſic remanet penes creditorem turpiter cum peccato, & ſine iuſta cauſa, ex quo etiam patet uerius eſſe, quàm id quod concludit Ant. de Bu. in cap. cum contingat, de iureiur. dicens contractum filijfa. iuramento ualidari. De minore autem idem Ioan. Andr. in addit. prædicta diſtinguit ius canonicum à ciuili, vt de iure ciuili non

ualidetur ratione prædicta, & de iure canonico ſic, per d. decre. cum contingat, plenius de hoc in auth. ſacramenta pub. An autem inſtrumenta iurata huiuſmodi mereantur executionem ſtantibus terminis 4.q. infra 20.q. dicam.

Decimooctauo. Quæro, An retentis noſtris terminis per filiumfa. poſſit opponi exceptio Macedo. † Hæc quæſtio fuit magna
39 cauſa huius tractatelli, præſertim ſi ſe patremfa. eſt mentius, differt hæc quæſtio à præcedenti, quia præcedens loquitur an poſſit opponere de nullitate ab alio ſtatuto inducta, hæc an poſſet opponere exceptionem Macedonianam à iure communi inductam. videtur dicendum quòd non poſſit opponi: quoniam ex contractu mutui inito cum filiofami. oritur naturalis & ciuilis obligatio, licet per exceptionem elidatur. ff. ad Mace. l. 1. & l. quia naturalis, & in pluribus ll. illius titu. quæ exceptio per ſtatutum videtur excludi. Aduerte interdum non liquet de exceptione Mace. quia creditor negat illum filiũfami. & tunc idem, quoniam exceptio non requirit altiorem indagi
40 nem: pro cuius quæſtionis deciſione ſciendum eſt, † quòd contra creditorem ignoranter cum filiofam. contrahentem exceptio Macedonia. opponi non poteſt, vt C. ad Macedon. l. 1. & ff. eod. titu. l. 3. & pe. Sed contra ſcienter contrahentem ſic: videamus ergo cui incumbat onus probandi, an filio excipienti, an creditori mutuanti & agenti, & videtur filio, per regulam leg. 1. & l. ei qui. ff. de probatio. & quia ignorantia præſumitur. ff. de probatio. l. uerius, & quia ſic eſt in alijs exceptionibus ſupra dictis, vt in exceptione nullitatis, ſecundum Ioan. And. in titu. de execu. ſenten. §. vltim. verſic. 16. alleg. ſupra in 11. q. Hic conſiderandum puto, quòd incumbit onus creditori filij, quia probata paternitate, præſumitur patria poteſtas. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. l. filium diffinimus, & paternitas præſumitur, quia nemo eſt ſine patre, niſi contrarium probetur, ut leg. ſi quis patrem. ff. ad Mace. Secundo vero caſu idem dico, quòd ſcientia paternitatis præſumitur in creditore, per dicta leg. prima, C. ad Macedo. & leg. 4. & leg. pe. ff. eo. titu. quoniam vel ſciuit, vel ſcire debuit eum filiumfam. & ſibi imputet ſi non inueſtigauit, ut dictis iuribus patet, neque enim creditor credere debuit ipſi filio aſſerenti ſe patremfam. quia exceptio Mace. eſt inducta in odiũ, fœneratorũ ſeu creditorum, vt d. leg. 1. ff. ad Macedon. Nec obſtat quòd ignorantia præſumitur: Quia aut quæritur de ignorantia, aut de eius ſcientia.

41 † Primo caſu ignorantia præſumitur, niſi ex aliquibus indicijs per ſe uel per accidens notis ſcientia inferatur, ut not. C. de peri. tu. leg. ſi tutor. Secundo caſu, aut quis ratione ignorantiæ uult iuſtificare, & ualidare actum, uel inualidare, & tunc non præſumitur iuſtitia, niſi probe-

diſpotionem iuratam. Primo caſu clarum eſt, inſtrumentum executionem non mereri, iiſdem rationibus; quibus diſpoſitio principalis, vt dictum eſt in 11. quæſt. quia ex iuramento nullo quis obligatur, vt in regula, non eſt obligatorium, de re iur. lib. 6. Secundo caſu clarum eſt, inſtrumentum exequendum eſſe, cum ſit validum, vt ſtatim patebit. Tertio caſu non uidetur, quia ſtatutum loquitur de executione inſtrumenti non iuramenti, &c. ff. ſolut. matri. leg. ſi uero. §. de viro, & quia ſi ſtatutum annullat iuramentum, licet non teneat, tamen ei non dat priuilegium executionis. Contrarium puto. Pro cuius deciſione videndum qui ſit iudex in cauſa iuramenti, quo verſatur alterius intereſſe, quæſtio proprie eſt ad propoſitum. Circa quod Io. And. referens plures opi. in ca. C. laicus de foro comp. lib. 6. ſuper vltim. glo. finaliter concludit diſtinguendo forum pœni-
46 tentiale a iudiciali, quo ad primum † dicitur non eſſe dubium periurium fore crimen eccleſiaſticum, ſic loquitur 22. quæſtione 1. præiudicandum quod ſcripſit idem Ioan. And. de purga. cano. nos de inter. ſuper prima glo. De ſecundo de quo agimus diſtinguitur, an agitur ex iuramento vt ſeruetur, An excipietur ex illo. Primo caſu ſi conuenit laicum, uterque eſt competens iudex eccleſiaſticus & ſecularis, ſicut de ſacrilegio dixit idem Ioan. in capit. cum ſit, de foro compet. Eſt autem hæc ratio ſecundum eum quo ad eccleſiaſticum, quia periurium directe reſpicit Dei irreuerentiam, quæ proprie eſt religioni chriſtianæ contraria, quod autem laicus ſit competens, eſt text. in cap. licet de iureiur. & ſic forus accumulatur, quo caſu electio eſt actoris, coram quo iudice agat: de quo plene per Ioan. Andr. poſt diſpoſitionem Iaco. de Bel. in cap. 1. de priuile. lib. 6. in uerba, priuilegio in nouella. Ad hoc in proœmio forum. in §. penult. & leg. fi. C. vbi in rem actio. in auth. habita C. ne fi. pro pa. & quod no. de foro compet. cap. fin. Secundo caſu ſi contra agentem in ſæculari foro contra laicum excipiatur de iuramanto, laicus iudex cauſæ de hoc cognoſcet, & diffiniet, in qua diffinitione ſeruare debet ius canonicum, & ad hoc per eccleſiam cogi poteſt, & ſic loquuntur prædicta, & ſic practicatur, decre. quamuis, de pact. lib. 6. & auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven. Si tamen hoc reduceretur in dubium probabile, an ſit iuramentum ſeruandum necne, remittendum eſt hoc ad eccleſiaſticum iudicem, & ſic dicit poſſe intelligi opinionem Hoſtien. quam ibi refert, & de qua in c. tuam de ordi. cog. & latius tenet Ant. de Butr. in cap. cum ſit generale de foro com-
47 pet. qui † dicit etiam quod illud quod dictum eſt, agi poſſe ratione iuramenti coram eccleſiaſtico, eſt uerum inquantum agitur contra iurantem: inquantum vero ageret contra hæredem, licet validetur

contractus uel ad ipſum tranſeat ratione iuramenti, vel contra ipſum etiam tranſeat obligatio, ut teneatur obſeruare, quod tenebatur defunctus ex iuramento, de quo per eum in cap. cum contingat, de iureiurando, agetur tunc coram ſeculari, & hoc tenet Ioan. Andr. de paroch. cap. fin. ſecundum eum. Si ergo diſpoſitio in inſtrumento deducta ſit nulla, & iuramentum validum, iudex laicus poterit adiri, & ipſius iuramenti executio peti, quoniam æque ſicut diſpoſitio continetur, ita iuramentum in inſtrumento, & non materia, quæ dicitur in inſtrumento meretur executionem, ſed & ipſum publicum inſtrumentum quodcumque ualidum contineat. Cautus tamen debet eſſe hoc caſu aduocatus, ne petat executionem inſtrumenti virtute conuentionis, ſeu promiſſionis quæ nulla eſt, ſed uirtute iuramenti. Puto tamen quòd ſi ſimpliciter petat exequi inſtrumentum, intelligitur petere executionem uirtute iuramenti, argumento ff. de iudi. leg. ſi qui intentione ambigua, & quod nota. per Docto. in cap. examinata, de iudi. nec oblig. ſtatutum annullans iuramentum, quia nullum, & conſequenter generalis diſpoſitio ſtatuti diſponentis, quòd inſtrumenta publica executioni mandentur per ipſum quod nullum eſt non reſtringit. Quando autem iuramenta quibus uerſatur alterius intereſſe de quo agimus ſint nulla, & quando ſint ualida, & firment diſpoſitionem iuratam, eſt longa, & diffuſa materia ad materiam præſentis tractelli non pertinens, quam ponit Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Fal. plenius in auth. ſacramenta puberum. C. ſi ad uer. uen. pleniſſime in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & An. de Butri. in c. cum contingat, de foro competen.

48 Vigeſimoprimo. Quæro, An noſtris terminis retentis, † in integrum reſtitutionis petitio executionem impediat. Bar. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iu. concludit idem quod concluſit in exceptione nullitatis, de qua dictum eſt in 11. quæſt. Aduerte nunquid reſtitutio in integrum impediat executionem ſententiæ, & conſimiliter publici inſtrumenti, dicas. Aut loqueris de executione facta ante petitam reſtitutionem, aut de fienda. Primo caſu non reuocatur executio facta infra tempus, infra quod licuit appellare per uiam attentati, uel nullitatis, de appel. capitulo non ſolum, in princ. libr. 6. Ratio differentiæ eſt, quia appellatio innititur in re iuſtitiæ; reſtitutio uero innititur æquitatis iure: habet tamen mixtam gratiam non dico à iudice, ſed à iure inuentam, unde iuſte fit executio ſententiæ, à qua non extitit appellatum, & hoc tenet Ioan. An. in titu. de ſuppli. §. differt. in addi. ad Specu. ubi etiam ponit quid differat à ſupplicatione. Secundo uero caſu, aut executio foret

irreuocabiliter, & non poteſt interim fieri executio, vnde non poſſet poni in carcerem, vigore talis inſtrumenti, pendente reſtitutionis cauſa,& no.in ſimili in leg. 2.C.de ap.reci.& hoc tenet Bald.C.de in inte.reſti.poſt leg.vnicam. Aut executio eſt reuocabilis, & tunc aut opponens non offert ſe probaturũ incontinenti, & non impeditur executio, ut Bald.vult in d.leg.unica, & Barto.in d.§.condemnatum, dum vult non impediri ſi requirit altiorem indaginem ſententiæ executio,& in leg.pe.ff.de auct.tut.dum vult reſtitutionem in integrum
49 executionem non impedire, niſi cauſa reſtitutionis ſit euidens. † Euidens enim eſſe non poteſt, niſi de ſe appareat vel incontinenti apparere poſſit, & ſic intelligitur Bald. in auth. quæ ſupplicatio. C.de preci.impe.offe. & quod dicit idem Bald.in leg. ſi cauſa cognita. C.de tranſa. per illum text. qui debet intelligi quando cauſa reſtitutionis debeat ſuſpendi, quia eſt euidens, aliàs non: qua ratione dicit Bald. in leg. prima in fin. C. ſi aduer. liber quòd ad impediendam executionem ſententiæ per petitionem reſtitutionis in integrum, requiritur duplex probatio, una ſummaria ad obtinendum uentilationem cauſæ & reſtitutionis. Secunda plenaria ad obtinendum victoriam cauſæ principalis, ex quibus patet, quòd ſi petens non offert ſe probaturum, incontinenti de læſione, non impeditur executio, per prædicta, & per ea quæ dicta ſunt in quarta,& quinta,quæſt. Vnde cautus debet eſſe reſtitutionem petens, quod offerat ſe incontinenti probaturum, ut dictum eſt in quarta, & quinta, quæſt.prædictis, & etiam in 11. Aut offert ſe probaturum incontinenti, & tunc aut loquimur in petitione reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam latã per principem, & non impeditur executio, ſi executionem petens caueat in caſu, quo ſuccumbat, ut in cap. ſuſcitata, ſecundnm intellectum Hoſtien. & intellige, quod ſententia habeat aliam præſum-
50 ptionem, quam illa quæ ſurgit ex ſententia. † Et propterea ſi latæ forent duæ conformes ſententiæ, non putarem reſtitutionem impedire executionem ſi petens reſtitutionem caueret, per dictũ cap. ſuſcitata, & fortius ſi forent tres ſententiæ conformes, argu. cle. 1. de re iudic. Si uero non ſit præſumptio pro ſententia, tunc puto quòd executio impeditur, quoniam uerba rubri, & nigri. C. de in inte. reſ.pet.innuunt expreſſe, quòd reſtitutione in integrum poſtulata nondum conceſſa, nihil debeat innouari, quod tenet ibi Accur. & Specu.in titu. de reſtitutione in integrum. §. ult.in princ. & Ioan.An. in addi. prædicta ſuper dicto.§.differt. de ſuppli. & non ſolum pendente cauſa reſtitutionis in integrum contra ſententiam nil debet innouari, ſed pendente cauſa reſtitutionis in integrum ad appellandum, & ideo non poteſt his caſibus innouari, aliàs ueniunt

reuocanda

rei uendi.in fin.quæ loquitur in agente, & idem in excipiente, ut l.1. §.labeo.ff.de flumi. de leg. 1.l. Titiæ textores.in princ. idem in probante obſtaret, ut ff. de nou.ope.nunc.l.non ſolum.§.ſed ut probari. & ibi nota.C.de peti.hæred.l.ſi poſt motam.quod no.in gl. ſuper uerbo, probaretur, & eſt expreſſum de probat.in c.in præſentia, & ſic concludit Bar.in prætalleg.conſilio, ſubdens in eodem, quod conſtitutio precarij non facit ceſſare ſimulationem, quando aliàs contractus præſumitur fictitius, quia ſicut præſumitur fictus contractus, ſic actus conſtitutionis precarij.alle.l.1.C.de ſuffra.& idem in renuntiatione exceptionis ſimulationis. ff.de noua.l. doli. uer.uerſum. Sed an exceptioni ſimulationis huiuſmodi poſſit renunciari, poſuit latius Barto.in l.nemo poteſt de leg.1. Et modum proponendi & articulandi ſimulationem poſuit.C.de pact.in l.pacta nouiſſima.Et an ex contractu ſimulato transferatur dominium uel poſſeſſio, poſuit in l.emptor.ff.de aqua plu. arc. Quæ ſtudio breuitatis huius tractatus omitto. Ad ſolutionem igitur quæſtionis longius utilitatis cauſa euagatus, rediens concludo, † quod ſimulationis exceptio proprie ſumpta opponi poteſt cum diſtinctione, an ſit patens,& ſi nō ſit,an poſſit inconuinenti probari uel non, ut dixi in 5.q. Quæ autem ſit exceptio ſimulationis proprie patet ex prædictis, quia illa eſt, quæ inſtrumētum annullat, ſeu eneruat ipſo iure, uel quæ exceptionis, non illa quæ uiribus ſubſiſtit: fateor, quod ſi petatur excipientē habere declarare ſpeciem ſimulationis, quod procederet iudicium in ſpecie probata.C.de anna.exce.l.1.Ex his etiam patet, quod ſi ſtatutum permitteret exceptionem ſimulationis opponere, quod omnem ſpeciem ſimulationis opponeret, quæ uidelicet annullaret, uel eneruaret inſtrumentum ipſo iure, uel ope exceptionis,&c. & ſic etiam exceptionem non numeratæ pecuniæ, & omnes ſimulationis ſpecies huiuſmodi poſſent opponi, & probari ſecundum ius commune, ſiue requireret altiorem indaginem, ſiue non: quia intelligitur ſtatutum cauſa ſimulationis exceptionem permittere, quæ opponatur ad proceſſum, ut patet ex dictis 4 q.

31 (margin note beside "tus , rediens concludo")

DEcimoquarto. Quæro, An retentis dictis terminis 4. q. opponi
32 poſſit, quod inſtrumentum non eſt liquidum. † Aduerte pro intelligentia uidendum eſt, An inſtrumenta quæ non ſunt liquida poſſint executioni mandari? uerbi gratia, promiſiſti mihi damna, ſeu intereſſe,& dicendum eſt quod ſic: quoniam obligatio prædicta omni reſpectu eſt præſens, & non dicitur habere diem neque conditionem, ſicut quando quantitas legata debet alterius arbitrio declarari, ut no.in l.1.ff.de lega.2.ubi per dictam rationem hoc tenet Bar. in ultim.q.& Bald.in l.2. C. de execu.rei iudi. debebunt tamen liquidari ſecundum

ſecundum eos. Modus autem liquidandi, ſeu practica eſt duplex. Primo quod actor petat inſtrumentum non liquidum exequi, & in proceſſu executionis liquidari inſtrumentum, hunc modum tradit Barto. in l. 1. ff. de edend. per ibi not. & in l. 2. C. de ſenten. quæ ſine certa quantitate, videlicet incontinenti petita executione inſtrumenti producat articulos pro liquidatione ad probationem damni vel intereſſe, quæ probatio non requirit libellum, vel litis conteſtationem, ſeu alium ordinem iudiciarium, ſed procedatur ſummarie ſecundum formam leg. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudica. ſicut in executione ſententiæ latæ in iudicio vniuerſali, & no. in dicta leg. prima, ſecundum Barto. in dicta leg. ſecunda. C. de ſent. quæ ſine cer. quantit. & leg. ſi cum exceptionem. §. hæc autem actio. ff. quod metus cauſa, & C. de pign. leg. 3. in quarta, quæſtione & Bald. in dicta leg. 2. C. de execu. rei iudi. & fiet talis probatio per omne genus & ſpeciem probationis. † Nam inſtrumentum non liquidum continet obligationem
33 velatam, quæ poteſt detegi, tam teſtibus quam inſtrumentis, de teſt. cap. ſicut nobis, ſecundum Bald. ibidem ſubdens vero, quòd omnis exceptio in examine liquidationis opponi poſſit, non obſtante ſtatuto exceptionum excluſiuo, de quo magis, cuius ſtatuti beneficio non guaderet inſtrumētum pendēte liquidationis articulo, quia ſtatutum non dicit, quòd non poſſit opponi contra liquidationem, ergo ſtamus iuri communi, & cum liquidatio requirat cauſæ cognitionem pars citari debebit, ſecundum eum, & hoc intelligit, vt dictum eſt in obligatione pura ad eſſe deducta, licet non liquida, vt in exemplo propoſito, ſi promiſiſti mihi damna & intereſſe, ſed in obligatione deducenda ad eſſe per liquidationem: verbi gratia, promiſiſti mihi non uenire contra promiſſionem certam ſub pœna mille, nam non poſſum petere executionem ad mille, niſi liquidetur, & probetur te veniſſe contra promiſſionem: certe ad liquidationem, ſeu probationem huiuſmodi, quòd ueneris contra promiſſionem, requireretur libellus litis conteſt. & ſententia, per quam obligatio per iudiciariū ordinem liquidata deducatur ad eſſe, ſecundum Bar. in d. leg. 3. C. de
34 pig. in 3. q. verſi. ſed qualiter liquidabitur. † Secundus autem modus ſiue practica liquidandi eſt, quòd actor petat prius inſtrumentum liquidari, & eo liquidato liquidatum pronunciari, & illud exequi. Hanc practicam ſentit Bartol. in leg. perinde. §. nondum. ff. ad l. Aqui. & Bald. tradit in d. leg. 2. C. de exec. rei iu. & tutum puto quod eo liquidato exequi, ſed ſi executio non peteretur, ſed ſi ſimpliciter peteretur liquidari, eo liquidato peti poſſet executio: probatur optime in ſimili in cle. auditor. de reſcrip. in fi. 1. gloſſ. Poteſt igitur ante petitā executionē liquidari inſtrumētum, & poſt in proceſſu executionis

X petitæ.

probetur per aliquas coniecturas, ut d.l. ſi quis patrem, & l. 4. & pe. Aut non intendit conſequi aliquid contra iuris diſpoſitionem, & tunc præſumitur iuſtitia. Ratio differentiæ eſt, quia in primo caſu debuit inquirere, ut no. in dicta l. penul. In ſecundo non debet eſſe curioſus inueſtigare, ar. ff. de noua. l. doli. in fi. ſecundum Bald. qui etiam latius loquitur in d. l. 1. C. ad Maced. In dubio igitur alijs præſumptionibus ceſſantibus præſumitur creditorem ſciuiſſe contrahentem eſſe filiumfa. & ex hoc patet, quod hæc exceptio reſpectu probationis ſcientiæ non requirit aliquam indaginem, cum iuris præſumptione ſcientia præſumatur, & communiter opponi poteſt, non obſtante ſtatuto: reſpectu uero probationis facti, uidelicet an pater uiueret, tunc etiam idem quod opponi poterit, quia uana ſimplicitate decipitur qui contrahit cum filiofam. ſi credit eum patremfa. niſi ex præſumptionibus liqueat contrarium, ut d. l. ſi quis patrem, & ſic dicta exceptio reſpectu opponentis non requirit altiorem indaginem.

42 † Poteſt igitur hæc exceptio opponi, quia de ea iuris præſumptione liquet, & nullam requirit indaginem. Secundo opponi poteſt ex eo, quia inſtrumento liquet eum filiumfam. dum dicit Seius Marti. habuit & recepit à Sempronio mutuo, & ex cauſa mutui decem: nam ſi non uiueret, inſtrumentum eſſet falſum, niſi ad euitandum falſitatem intelligeretur olim, ſecundum Barto. ff. ſi certum peta. l. eius qui in prouincia, alle. quod no. ff. ſol. matrimo. leg. diuortio, & leg. inſula, in fin. ff. de acq. rer. domin. Et conſtat autem quòd exceptio, quæ conſtat inſtrumento, opponi poteſt, ut dicam infra in 26. q. Amplius cum ſaltem incontinenti poſſit probari, habetur perinde ac ſi ineſſet, argu. C. de edi. diui. Adria. tol. l. 2. & hoc ſentit Bald. ibi dum dicit quòd præceptum diui Adriani dicitur præceptum guarentigiæ. Tertio ex eo conſtat exceptionem huiuſmodi opponi poſſe quia dicta exceptio non opponitur contra inſtrumentum, ſed contra perſonam agentis, & de iure perſonæ agitur non de iure contractus: ergo non excluditur à ſtatuto, argu. leg. filio. ff. de inof. teſt. & dixi ſupra in 15. q. Quarto probatur efficacius: per dictum ſtatutum non excluduntur exceptiones quæ naſcuntur cum inſtrumento, ſed exceptio Mac. oritur cum ſententia uel inſtrumento, ut ff. ad Mac. l. tam & ſi, & dictum eſt in d. q. 15. ergo opponi poteſt, ſicut dicimus quòd opponi poteſt exceptio non confecti inuentarij, & exceptio ne quis conueniatur ultra quam facere poſſit, ut dicam infra in 28. q. Hanc

43 opi. reperio quod tenuit Fran. Ac. in d. l. 1. quod ui aut clam. † quia dictę exceptioni non poteſt renunciari, ut d. l. tam & ſi, & ff. de pactis. l. ſi unus §. illum, & de minorib. l. ſi iudex, ergo nec per ſtatutum. C. de decretis decurio. ſuper rubrica, lib. 10. Itē quia exceptio Macedoniani eſt

ſpecialiter inducta à lege ſine hominis miniſterio, & ſic per generalem prouiſionem ſtatuti non tollitur. Nam ſpecialia generalibus derogant, vt ff. de regu.iu.l. in toto, etiam ſi ſpeciale præcedat & generale ſequatur, vt eſt videre de cautione iudicio ſiſti, quæ per ius authenticorum debet à quolibet præſtari, ſed per ius digeſtorum ſolum ab illo qui non poſſidet immobilia. ff. qui ſatiſda. cogan. leg. ſciendum, in princip. bene facit qd not. C. de adulter. l. ita pudor, iſta ſunt fere eius verba, hoc idem tenuit Bar. ff. quod cum eo. l. ſi filius, quia talis exceptio non eneruat inſtrumentum, ſed exceptionem inſtrumenti, hoc idem tenuit idem Bart. in conſulendo, in conſilio quod incipit, Statuto cauetur, quòd inſtrumentum, &c.

44 † Vbi dicit quòd ſi ex forma ſtatuti debet inſtrumentum mandari executioni intra decem dies abſque exceptione, quòd poterit opponi, quod eſt factum contra l. non dubium. C. de legib. & l. iubemus. §. ſane de ſacroſanc. eccle. nec tollitur per tale ſtatutum exceptio nullitatis. Inſtitu. de milita. teſtam. §. 1. ff. de mil. teſtam. l. 1. & leg. nemo poteſt. ff. de lega. 1. de hoc ſupra in 11. q. Et etiam opponi poteſt exceptio Velleiani, quæ etiam poſt ſententiam opponitur. ff. ad Maced. l. tam & ſi, non obſt. l. omnes populi, quia ſtatutum loquens de contractu, intelligitur de ualido, & ſic allegando leg. tam & ſi, tenet expreſſe idem in exceptione Mace. de qua loquitur illa lex. Hanc etiam opi. tenet Bald. C. ad Mace. leg. fin. ibi dum dicit, quòd ubicunque lex remouet potentiam à perſona contrahentis talis exceptio, ſeu defenſio poteſt opponi poſt modum, in dicta leg. tam & ſi. teneas menti hanc regulam, dicit ipſe, ſiue ſumus in diſpoſitione iuris communis, ſiue in diſpoſitione ſtatuti, quia eadem eſt ratio vtrobique ſecundum eum, & hanc opi. ueram puto etiam in contractu per filiumfam. inito, per ea quæ dixi ſupra in proxima præcedenti quæſtione.

DEcimonono Quæro, Quid in exceptione Velleiani. Reſpondeo. Idem quod in exceptione Macedoniani per rationes in præcedenti quæſtione tactas, & ita tenent Docto. ſupra in proxi. quæſt. alleg. in Velleiano ſicut in Macedoniano, fundantes ſe per l. tam & ſi, quę in exceptione Macedoniani, & Velleiani loquitur, ut patet ex prę dictis. In contractu tamen iurato, dicetur colligitur ex allegatis ſupra in 17. quæſtione.

45 VIgeſimo. Quæro. Retentis noſtris terminis, † ſi diſpoſitio in inſtrumento deducta fuerit iurata, An exequetur? Reſpon. Tres ſunt caſus. Interdum iuramentum eſt nullum, ſicut diſpoſitio iurata. Interdum iuramentum eſt validum, & ualidat diſpoſitionem iuratam. Interdum iuramentum eſt validum, ſed non ualidat

diſpo-

37 DEcimoſeptimo. Quæro. Retentis terminis ſupra dictis, † quid in filioſ. & adult. aſſerentibus ſe patremfam. & illum eſſe curatorem qui non erat, & iurantibus ſuper contractu, an poterunt opponere de nullitate vigore alterius ſtatuti cuius formam non ſeruauerunt, ut eſt dictum ſupra prox. q. Ioann. And. in add. prima, dicit quòd Iac. de Bel. in q. quæ incipit, lege Peruſina, tenet quòd ſtatuto prohibente fieri, & annullante ſi fiat contractus per filiumfa. ſine cõſenſu patris, uel per adultum ſine curatore, licet primus contrahendo mentitus fuerit ſe patremfa. cum non eſſet, vel ſecundus mentitus fuerit eſſe curatorem illum qui non erat, contractus tamen non tenebit propter ſtatutum, quod non ſolum prohibet, ſed annullat, & ſic non oritur obligatio ex contractu qui ipſo iure non ualet, alle. l. non dubium. C. de legi. leg. quid enim. ff. de dolo, & quod no. in l. quacunque. §. fi. ff. de publ. & in l. ſi curatorem, in glo. quæſtio iuris. C. de in inte. re. prædictam enim l. quid enim, ſic inducit, ſi contra pupillũ qui uictus fuit, datur actio de dolo, ergo non tenuit cõtractus, aliàs daretur actio ex contractu, non de dolo. eo. titu. l. 1. §. ait prætor, contaria dicit procedere, cum ſtatutum annnllat, fortius ſi exceptionem uel actionem dat. ſuper eo uero quod arguitur, quòd iuramentum eorum ualidat contractum, diſtinguit inter filiumfa. & adultũ. De primo ſimpliciter tenet, quòd non: quia roborari per id non poteſt contractus qui non tenet per ſtatutum, cum principale à ſuo acceſſorio non veſtiatur, nec reguletur. ff. de vulgar. & pup. leg. ex pupillari, tunc quia iuramentum eſt contra bonos mores, ponderata l. prima, in prin. ff. ad Mace. inducit regulam cap. non eſt obligatorium, lib. 6. Et hoc uerius puto hac ratione, per illud quod Barto. no.
38 ff. de fideiuſſ. leg. ſi quis pro eo. † dicens ratione iuramenti filiumfa. compelli ad ſoluendum, ſed repetere poſſe, ſicut quando debitor iurat uſuras ſoluere, quoniam hoc caſu iuramentum eſt contra bonos mores ex parte creditoris, & ex parte filijfam. ponderata ratione l. 1. ff. ad Maced. ille uero ex parte debitoris tantum non creditoris. Item poſt ſolutionem filio non datur repetitio. ff. de condictio. indeb. l. qui exceptionem: debitori vero ſoluenti vſuras, ſic, ut d. cap. debitores. Ratio poteſt eſſe quòd in filio poſt ſolutionem ceſſet uotũ mortis patris, & ſic iuſte remanet ſolutum, ſed in ſoluente vſuras non ceſſat turpitudo per ſolutionem; ideo magis effectum habet, & ſic remanet penes creditorem turpiter cum peccato, & ſine iuſta cauſa, ex quo etiam patet uerius eſſe, quàm id quod concludit Ant. de Bu. in cap. cum contingat, de iureiur. dicens contractum filijfa. iuramento ualidari. De minore autem idem Ioan. Andr. in addit. prædicta diſtinguit ius canonicum à ciuili, vt de iure ciuili non

 uali-

diſpotionem iuratam. Primo caſu clarum eſt, inſtrumentum executionem non mereri, iiſdem rationibus; quibus diſpoſitio principalis, vt dictum eſt in 11. quæſt. quia ex iuramento nullo quis obligatur, vt in regula, non eſt obligatorium, de re iur. lib. 6. Secundo caſu clarum eſt, inſtrumentum exequendum eſſe, cum ſit validum, vt ſtatim patebit. Tertio caſu non uidetur, quia ſtatutum loquitur de executione inſtrumenti non iuramenti, &c. ff. ſolut. matri. leg. ſi uero. §. de viro, & quia ſi ſtatutum annullat iuramentum, licet non teneat, tamen ei non dat priuilegium executionis. Contrarium puto. Pro cuius deciſione videndum qui ſit iudex in cauſa iuramenti, quo verſatur alterius intereſſe, quæſtio proprie eſt ad propoſitum. Circa quod Io. And. referens plures opi. in ca. C. laicus de foro comp. lib. 6. ſuper vltim. glo. finaliter concludit diſtinguendo forum pœni-
46 tentiale a iudiciali, quo ad primum † dicitur non eſſe dubium periurium fore crimen eccleſiaſticum, ſic loquitur 22. quæſtione 1. præiudicandum quod ſcripſit idem Ioan. And. de purga. cano. nos de inter. ſuper prima glo. De ſecundo de quo agimus diſtinguitur, an agitur ex iuramento vt ſeruetur, An excipietur ex illo. Primo caſu ſi conuenit laicum, uterque eſt competens iudex eccleſiaſticus & ſecularis, ſicut de ſacrilegio dixit idem Ioan. in capit. cum ſit, de foro compet. Eſt autem hæc ratio ſecundum eum quo ad eccleſiaſticum, quia periurium directe reſpicit Dei irreuerentiam, quæ proprie eſt religioni chriſtianæ contraria, quod autem laicus ſit competens, eſt text. in cap. licet de iureiur. & ſic forus accumulatur, quo caſu electio eſt actoris, coram quo iudice agat: de quo plene per Ioan. Andr. poſt diſpoſitionem Iaco. de Bel. in cap. 1. de priuile. lib. 6. in uerba, priuilegio in nouella. Ad hoc in proœmio forum. in §. penult. & leg. fi. C. vbi in rem actio. in auth. habita C. ne fi. pro pa. & quod no. de foro compet. cap. fin. Secundo caſu ſi contra agentem in ſæculari foro contra laicum excipiatur de iuramanto, laicus iudex cauſæ de hoc cognoſcet, & diffiniet, in qua diffinitione ſeruare debet ius canonicum, & ad hoc per eccleſiam cogi poteſt, & ſic loquuntur prædicta, & ſic practicatur, decre. quamuis, de pact. lib. 6. & auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven. Si tamen hoc reduceretur in dubium probabile, an ſit iuramentum ſeruandum necne, remittendum eſt hoc ad eccleſiaſticum iudicem, & ſic dicit poſſe intelligi opinionem Hoſtien. quam ibi refert, & de qua in c. tuam de ordi. cog. & latius tenet Ant. de Butr. in cap. cum ſit generale de foro com-
47 pet. qui † dicit etiam quòd illud quod dictum eſt, agi poſſe ratione iuramenti coram eccleſiaſtico, eſt uerum inquantum agitur contra iurantem: inquantum vero ageret contra hæredem, licet validetur

contractus uel ad ipſum tranſeat ratione iuramenti, vel contra ipſum etiam tranſeat obligatio, ut teneatur obſeruare, quod tenebatur defunctus ex iuramento, de quo per eum in cap. cum contingat, de iureiurando, agetur tunc coram ſeculari, & hoc tenet Ioan. Andr. de paroch. cap. fin. ſecundum eum. Si ergo diſpoſitio in inſtrumento deducta ſit nulla, & iuramentum validum, iudex laicus poterit adiri, & ipſius iuramenti executio peti, quoniam æque ſicut diſpoſitio continetur, ita iuramentum in inſtrumento, & non materia, quæ dicitur in inſtrumento meretur executionem, ſed & ipſum publicum inſtrumentum quodcumque ualidum contineat. Cautus tamen debet eſſe hoc caſu aduocatus, ne petat executionem inſtrumenti virtute conuentionis, ſeu promiſſionis quæ nulla eſt, ſed uirtute iuramenti. Puto tamen quòd ſi ſimpliciter petat exequi inſtrumentum, intelligitur petere executionem uirtute iuramenti, argumento ff. de iudi. leg. ſi qui intentione ambigua, & quod nota. per Docto. in cap. examinata, de iudi. nec oblig. ſtatutum annullans iuramentum, quia nullum, & conſequenter generalis diſpoſitio ſtatuti diſponentis, quòd inſtrumenta publica executioni mandentur per ipſum quod nullum eſt non reſtringit. Quando autem iuramenta quibus uerſatur alterius intereſſe de quo agimus ſint nulla, & quando ſint ualida, & firment diſpoſitionem iuratam, eſt longa, & diffuſa materia ad materiam præſentis tractelli non pertinens, quam ponit Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Fal. plenius in auth. ſacramenta puberum. C. ſi ad uer. uen. pleniſſime in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & An. de Butri. in c. cum contingat, de foro competen.

48 Vigeſimoprimo. Quæro, An noſtris terminis retentis, † in integrum reſtitutionis petitio executionem impediat. Bar. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iu. concludit idem quod concluſit in exceptione nullitatis, de qua dictum eſt in 11. quæſt. Aduerte nunquid reſtitutio in integrum impediat executionem ſententiæ, & conſimiliter publici inſtrumenti, dicas. Aut loqueris de executione facta ante petitam reſtitutionem, aut de fienda. Primo caſu non reuocatur executio facta infra tempus, infra quod licuit appellare per uiam attentati, uel nullitatis, de appel. capitulo non ſolum, in princ. libr. 6. Ratio differentiæ eſt, quia appellatio innititur in re iuſtitiæ; reſtitutio uero innititur æquitatis iure: habet tamen mixtam gratiam non dico à iudice, ſed à iure inuentam, unde iuſte fit executio ſententiæ, à qua non extitit appellatum, & hoc tenet Ioan. An. in ritu. de ſuppli. §. differt. in addi. ad Specu. ubi etiam ponit quid differat à ſupplicatione. Secundo uero caſu, aut executio foret

irreuo-

irreuocabiliter, & non poteſt interim fieri executio, vnde non poſſet poni in carcerem, vigore talis inſtrumenti, pendente reſtitutionis cauſa,& no.in ſimili in leg. 2. C.de ap.reci.& hoc tenet Bald.C.de in inte.reſti.poſt leg.vnicam. Aut executio eſt reuocabilis, & tunc aut opponens non offert ſe probaturũ incontinenti, & non impeditur executio, ut Bald.vult in d.leg.unica, & Barto.in d.§.condemnatum, dum vult non impediri ſi requirit altiorem indaginem ſententiæ executio,& in leg.pe.ff.de auct.tut.dum vult reſtitutionem in integrum
49 executionem non impedire, niſi cauſa reſtitutionis ſit euidens. † Euidens enim eſſe non poteſt, niſi de ſe appareat vel incontinenti apparere poſſit, & ſic intelligitur Bald. in auth. quæ ſupplicatio. C.de preci.impe.offe. & quod dicit idem Bald.in leg. ſi cauſa cognita. C.de tranſa. per illum text. qui debet intelligi quando cauſa reſtitutionis debeat ſuſpendi, quia eſt euidens, aliàs non: qua ratione dicit Bald. in leg. prima in fin. C. ſi aduer. liber quòd ad impediendam executionem ſententiæ per petitionem reſtitutionis in integrum, requiritur duplex probatio, una ſummaria ad obtinendum uentilationem cauſæ & reſtitutionis. Secunda plenaria ad obtinendum victoriam cauſæ principalis, ex quibus patet, quòd ſi petens non offert ſe probaturum, incontinenti de læſione, non impeditur executio, per prædicta, & per ea quæ dicta ſunt in quarta,& quinta,quæſt. Vnde cautus debet eſſe reſtitutionem petens, quod offerat ſe incontinenti probaturum, ut dictum eſt in quarta, & quinta, quæſt.prædictis, & etiam in 11. Aut offert ſe probaturum incontinenti, & tunc aut loquimur in petitione reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam latã per principem, & non impeditur executio, ſi executionem petens caueat in caſu, quo ſuccumbat, ut in cap. ſuſcitata, ſecundum intellectum Hoſtien. & intellige, quod ſententia habeat aliam præſum-
50 ptionem, quam illa quæ ſurgit ex ſententia. † Et propterea ſi latæ forent duæ conformes ſententiæ, non putarem reſtitutionem impedire executionem ſi petens reſtitutionem caueret, per dictũ cap. ſuſcitata, & fortius ſi forent tres ſententiæ conformes, argu. cle. 1. de re iudic. Si uero non ſit præſumptio pro ſententia, tunc puto quòd executio impeditur, quoniam uerba rubri, & nigri. C. de in inte. reſ.pet.innuunt expreſſe, quòd reſtitutione in integrum poſtulata nondum conceſſa, nihil debeat innouari, quod tenet ibi Accur. & Specu.in titu. de reſtitutione in integrum. §. ult.in princ. & Ioan.An. in addi. prædicta ſuper dicto.§.differt. de ſuppli. & non ſolum pendente cauſa reſtitutionis in integrum contra ſententiam nil debet innouari, ſed pendente cauſa reſtitutionis in integrum ad appellandum, & ideo non poteſt his caſibus innouari, aliàs ueniunt

reuocanda

56 Vigeſimoquinto. Quæro, † An contra filiumfa. durante patria poteſtate poſſit executio perſonalis fieri, vigore ſtatuti diſponentis pro debito, de quo patet publicum inſtrumentum, debitorem capi debere, vel ex pacto in caſu permiſſo. Dic quòd ſic, ſecundum Bar. in l. ſi filio. ff. ſol. ma. quod intellige quando filiusfa. conueniri poteſt, vt dictum eſt ſupra in proxi. q.

Vigeſimoſexto. Quæro, An poſſint opponi exceptiones, quæ ipſi obligationi inſunt expreſſe uel tacite, ut quòd ſtipulatio in contractu deducta eſt ſine cauſa, uel pactum in eo deductum eſt nullum, vel quod in contractu obligationis eſt appoſitum pactum de nõ petendo ſimpliciter, uel ad tempus quod eſt in obligatione deductum, & ſimilia. Aduerte. Si tenemus terminos 4. quæſt. ſæpe dictæ, in dubio concludi poteſt, quòd ſic, quia ſicut certæ iuſtæ exceptiones intelliguntur excluſæ, ut in d. 4. quæſt. dictum eſt, ſic & multofortius exceptiones, quæ obligationi in inſtrumento deductæ inſunt: ſed ſi tenemus terminos 3. q. videlicet, quando ſtatutum excludit nominatim certas exceptiones, & generaliter omnes alias, tunc quæſtio redditur dubia. Bal. in l. etiam nomen. C. de exec. rei iud. & dicta l. ex placito, in fi. C. de rer. per Dicit quòd aut opponit de nullitate formali, aut de nullitate cauſali. Primo caſu non poteſt opponi, quia pactũ eſt ueſtitum auxilio ſtatuti. ff. de pact. l. legitimam, de do. l. ſi quis argentum. Secundo caſu refert, aut ex eodem inſtrumento apparet cauſa excipiendi, & procedit exceptio, quia opponere ex inſtrumento non eſt opponere contra inſtrumentum, & quia eſt confeſſionatum & guarentigiatum pro una parte, ſicut pro alia. Sed ſi aliunde fundaretur, non procedit exceptio reluctante ſtatuto exceptionum excluſiuo. Primum patet per l. ſtipulatio. ff. de iu. dot. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Secundum patet, quia qui ſic contrahit, videtur renunciaſſe exceptionibus à ſtatuto prohibitis. ff. de ędi. edi. l. quæritur. §. ſi uenditor, ſecundum Bal. in ll. prædictis.

57 † Conſidera. Primum dictum uerum foret, quando ſtatutum veſtiret pactum nudum, vt ſi diſponeret, quòd pactum nudum haberet uires & executioni mandaretur, vt d. leg. ſi quis argentum: aliàs ſtatutum diſponens de executione inſtrumentorum exceptionum remotiuum non intelligeretur veſtire obligationem inualidam, ſeu pactũ nudum, quia de iure ciuili non parit actionem. ff. de pac. l. iuriſgentiũ. §. 1. quia ſicut principale non habet virtutem, videlicet, pactum: ergo nec eius acceſſorium, uidelicet executio, ut l. 1. §. hæc uerba, ff. ne vis fiat ei, & ff. qui ex cau. in poſſ. Fulcinius, §. in diem, facit quod dixi in undecima, q. Et inſtrumenta huiuſmodi guarentigiata executioni mandentur uigore pręcepti facti per notarium, cuius pręcepti finis nõ

eſt

eſt validare obligationē,ſed obligationem ualidam reddere exequibilem,quid præceptum cum ſit interlocutoria , & non profertur in ſcriptis,& fit per modum uoluntariæ iuriſdictionis , nunquam tranſit in rem iudicatam,& ideo nunquam excludit exceptionem parti competentem, ut dixi ſupra in 23. q.Secundum autem dictum Bal.puto ue-
58 rum; ex quo deducitur hæc quæſtio , uidelicet , † quòd exceptiones, quæ obligationi in inſtrumento deductæ inſunt tacite uel expreſſe opponi poſſunt , non obſtante ſtatuto exceptionum prorſus excluſiuo , ratione per Bal. aſſignata, quia non opponit contra inſtrumentū qui nititur ex inſtrumento . Item alia ratione, quia non eſt opus exceptione , ſed ſatis eſt , quòd id quod ineſt obligationi tacite uel expreſſe,allegetur quocunq; tempore opponendarum exceptionum nil oppoſitum fuerit,& tempus opponendarum exceptionū effluxerit.eo. enim ipſo quòd actor producit inſtrumētum,producit illud cum exceptione, quæ obligationi in eo deductæ ineſt . Vnde expreſſio exceptionis ex inſtrumento reſultātis ſufficit aduerſario, ſecundum Bar. ff.de uer. obl.l.eum qui ita,ubi etiam ponit quid iuris, ſi petatur exequi inſtrumentum contra debitorem in diem . Ineſſe autem obligationi intelligitur,quando ex ipſo inſtrumento exceptio expreſſe uel tacite deprehenditur, ut patet ex no.per Bar in d.§.ſi ita,& l.lecta.§.dicebam.ff.ſi cer.pe.& ff.de pact.l.iuriſgentium.§. quinimmo : & quia hoc caſu eſt uitium quodammodo in forma,ut C.de edic.diui Adr. tol.leg.fi.Sed quando non apparet ex contractu,ſed eſt diuerſum,tunc non eſt ibi uitium formæ,ſed inuiſibilis materiæ,donec opponatur & producatur, & ita debet intelligi gl.in l.ſi unus.§.pactus.ff.de pact.quæ incipit,opponendo,ſecundum Bal.in l.in bonæfidei.C.de pact.in fin.

59 Vigeſimoſeptimo . Quæro , † Retentis noſtris terminis proximę quæſtionis,emptor petit exequi inſtrumentum contra uenditorem ad rem uenditam : vel contrà uenditor petit exequi inſtrumentum uenditionis ad pretium : quæro an per uenditorem poſſit opponi exceptio pretij non ſoluti, uel per emptorem exceptio rei non traditæ : Et uidetur quòd non ; quoniam exceptio pretij non ſoluti, ſeu rei non traditę eſt peremptoria.ff.de act.emp.l.Iulianus.§.offerri,& l. qui pendentem uindemiam , quæ in executione opponi non poteſt, vt C.ſen.reſci.non poſſ. leg. peremptorias, & omnis exceptio peremptoria , & alia quæcunque excluditur à ſtatuto , & hoc tenet in executione ſententiæ Spec. optima iura alleg. in titu. de exec.ſen.§. primo,uerſi.item pone emptor, ubi dicit quod emptor condemnatus ad pretium non poteſt exceptionem opponere de re non tradita, quem ſequitur Bald.in dicta leg.ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit.ff. de iureiur.facit,ff.de act.emp.l.fundus qui Lucij Titij,& C.eo.tiu.l.ſi

pater

53 tenet indiſtinctè præceptum non tenere, † quia ſi filio non licet, quod eſt minus ſine conſenſu patris, ſcilicet litem conteſtari, multo fortius, quod eſt maius, ſcilicet recipere præceptum totius cauſæ, ubi Ioan. And. in addit. uidetur tenere opi. Accur. quoniam ante litem cōteſta. non eſt ſententia, poſtea uero ſic, alle. not. in l. proinde. §. 1. ff. ad leg. Aqui. in ulti. gloſſ. vbi ſententia non habet locum in confeſſum. Barto. in dicto §. neceſſitatem, dicit quòd ſi non agitur ex cōfeſſione, ſed ex præcepto, ſeu petitur executio præcepti, tunc ſi teneamus opinio. gloſſ. quod filius non ſit integra perſona, non poterit agi contra eum, quia non habet legitimam perſonam. Si tenemus opinio. quod conſenſus patris requiratur in ſignum repudiationis, debemus diſtinguere, quia aut loquimur in profectitijs, & iura antiqua non ſunt immutata. C. de bon. quæ libe. leg. quicumque, in quibus conſtat filium non poſſe acquirere, cum momento non reſideant penes eum leg. placet. ff. de acquiren. hæred. Aut loquimur in aduentitijs, & tunc aut patri quæritur uſusfructus, & filius nullo modo poteſt agere, nec defendere, quia ſibi non competit adminiſtratio, ſed patri, ut C. de bon. matr. leg. prima, & leg. cum non ſolum. §. ubi autem, & §. filij autem. Aut patri non quæritur vſusfructus, & tunc aut quia non uult, & requiritur patris cōſenſus, in ſignum repudiationis, ut dicto. §. neceſſitatem, ſed ſi de repudiatione aliàs conſtaret in iudicio, ut quia datus eſſet tutor, uel curator propter patris repudiationem, tunc non requiritur patris conſenſus, ut d. leg. cum non ſolum. §. ſin autem. Si uero patri non quæritur vſusfructus, quia non poteſt ſibi quæri, tunc patris conſenſus non requiritur, ut in auth. ut lic. matri, & auiæ, in prin. colum. 9.
54 & de iudic. cap. fina. libr. 6. † hoc etiam apparet in Caſtrenſibus, uel quaſi, in quibus patri non quæritur vſusfructus, quia non poteſt ſibi quæri, tunc patris conſenſus non requiritur, vt leg. miles, de Caſtrenſibus pecu. & C. de ſacr. ſan. eccleſ. l. ſacroſan. Idem in alijs iudicijs, quæ agitantur ſuper rebus in quibus nullus cadit vſusfructus, ut leg. ſi noxali. ff. de noxali, & in alijs caſibus in quibus filius conueniretur, ſecundum Bart. Primam autem opinionem, quòd conſenſus patris requiratur ad integrandam perſonam filijfa. in iudicio tenuit Azo. in d. §. neceſſitatem, & Specu. d. tit. de actore. §. 1. uerſi. ſed & filiusfam. & Bald. in dicto. §. neceſſitatem, ex quo concludit inſtrumentum guarentigiæ non tenere ſicut nec præceptum, ſubdens, quòd præceptum guarentigiæ eſt interlocutoria, quia non profertur in ſcriptis, & ſponte ſuſcipitur per modum voluntariæ iuriſdictionis, & ideo ſi qua exceptio opponatur, dictum præceptum nunquam tranſit in rem iudicatam, ſecundum eum: in caſibus

tamen

pater tuus, in fi. Non obſtat quod opponi poſſit exceptio non impleti contractus ex parte agentis, quia tacite inſit obligationi in inſtrumento deductæ, per dicta in proxi. quæſt. quoniam ibi ante implementum non erat nata actio, ſicut in pignoratitia ante obligationem, in d.l.ſi duo. §. Marcellus, in contractu emptionis, & uenditionis, ſic, quia non naſcetur actio ex implemento, ſed ex conſenſu. ff.de
60 act.& obliga.leg.ex conſenſu, & Inſtitu. de obl.§.ex contrario. † Sed contrarium puto, quoniam & ſi exceptio pretij non ſoluti uel rei non traditæ ſit peremptoria, tamen naſcitur unà cum inſtrumento, & omnes exceptiones, quæ naſcuntur cum ſententia opponi poſſunt in executione, ut dixi in quinta quæſtione. Vnde eſto, quòd in executione ſententiæ talis exceptio non poſſit opponi, illud ideo eſt, quia talis exceptio non naſcitur cum ſententia, ſeu tempore ſententiæ, & quo ad excludendas exceptiones peremptorias inſtrumentum non habet uim ſententiæ, quia nulla cauſę cognitio pręiudicialis pręceſſit, ut dixi ſupra in quinta, quęſtione in fin. Sane & in executione ſententię tenet Spec. in titu. de excep. §. dictum, uerſicu. item pone, & allega. tex. optimum leg. duobus, de excep. rei iud. hoc à cõtrario ſenſu probante, & quod ibi no. in gloſſ. quæ uult quod primus creditor conuentus per ſecundum, & condemnatus, ſi de ſuo iure non oppoſuit in prima inſtantia, in executione opponere poteſt: & eſt ratio dictę gloſſ. ibi quia in primo iudicio, de pignore, non de pręlationis iure fuit diſputatum; ſic in propoſito, in primo iudicio non de ſolutione pretij, vel de re tradenda fuit agitatum. Aduerte clarius, emptor & venditor non ſolum habent ius excipiendi, ſed ius retinendi loco pignorum, vt dicit tex. in dicto.§. offerri. De iſto ergo iure non fuit in primo iudicio, & fortius ante inſtrumentum agitatum. Amplius hæc exceptio non concernit, nec eneruat vires inſtrumenti, & tacite ineſt obligationi in inſtrumento deductæ, & hanc partem in terminis noſtris executionis inſtrumenti, tenet Bald. C.de acti.empt. leg. ſi traditio, & leg.prima.C.de iur.
61 & fact.igno. & leg. peremptorias.C. ſen.reſcin.non poſſ.pro hoc † facit, quòd exceptio pretij non ſoluti, & rei non traditæ huiuſmodi naſcitur poſt celebratum contractum ex mora emptoris pretium non ſoluentis, ſeu uenditoris rem non tradentis, ut dicto.§. offerri, & dicta leg. qui pendentem. Sed omnis exceptio proueniens poſt ſententiam poteſt opponi, vt ff. de re iud. leg. poſt rem, & dictum eſt in quinta quæſt. ergo, &c. Ad dictum Barto. Reſpondeo. Quòd uel non procedit, uel quòd loquitur in ſententia; & quando in primo iudicio fuit talis exceptio obiecta & diſputata: uel quòd loquitur in executione ſententiæ, quæ præcludit viã peremptorij, licet

non

non diſputatis,vt d. l. peremptorias, quia diſputari potuerunt, & ſic eſt quid imputetur non opponenti, ſecus in executione inſtrumenti, quòd exceptiones peremptorias non excludit, quia nulla præiudicia lis cauſæ cognitio præceſſit, ut dictum eſt. Sed inhæreas illi rationi, quòd hæc exceptio ineſt, & inſtrumentum eius uires non impugnat, & ſtatutum loquitur de exceptionibus impugnantibus inſtrumentū, nec per hanc exceptionem impeditur executio. Et ſi impeditur,procedit ex partium conuentione ex inſtrumento apparente, facit quod dicam infra proxima quæſt.& hoc in inſtrumento. In ſententia autem, aut talis executio fuit diſputata & admiſſa, quia uenditor ad rem, & emptor ad pretium fuit condemnatus, & tunc admittitur exceptio.Et ſic dictum Bar.in d.§.ſi quis iurauit,procedit: aut fuit diſputata,& nō admiſſa,& non admittitur excipiens.ff.de compenſ.l. quod in diem, & hoc tenet Anto.de Bu.in c.cum Ioan. de fide inſtr. in 1.col.Si uero non ſit diſceptata,idem quod hic dictum eſt.

62 Vigeſimooctauo. Quæro † luxta præmiſſa quid de exceptionibus, quæ non opponuntur contra inſtrumentum, ſed ad executionem, poſito quòd per ſtatutum omnes exceptiones excludantur, ſecundum terminos noſtræ quæſtionis, exemplum, ne maritus conueniatur,ultra quàm facere poſſit, hæc quidem exceptio non impugnat ſententiam uel inſtrumentum, quia excipiens fatetur ſententiam bene latam, ſeu inſtrumentum ualidum, & executionem mereri; ſed mutat & reſtringit executionem.Reſpond.Exceptiones huiuſmodi opponi poſſunt contra inſtrumentum, ſicut opponi poſſunt contra executionem ſententiæ,ut ff.de re iud.l.Neſennius. ff. de fideiuſſ.l.ſi fideiuſſor.§.idem reſpondit.ff.ſolu.matr.l.ex diuerſo.§.fi. & ponit Barto.in l.fi.C.ſi ex fal.inſtrumen.& l.1.C.de iur.& facti igno. & diximus in 5.quæſtion.qua ratione idem dico in exceptione inuentarij,ne teneatur ultra uires hæreditarias,iuxta formam.l.fin. C.de iure delibe.quod tenet Barto.in d.leg.ex diuerſo.§.1.& d. l. Neſennius, & Bald.in d.l.1.C.de iur.& facti ignoran.Pro hoc optime quod dixit glo.in l.fin.§.in computatione. C. de iure deliberan. quam Doctores approbant, quæ uult quòd ſi ſtatutum ſit in ciuitate, quòd nemo ueniat contra inſtrumentū factum à ſe, nec hæres eius, & teſtator obligauit fundum eius alicui, quem poſtea hæredem inſtituit, qui hæreditatem adiuit, & inuentarium fecit, quod hæres beneficio inuentarij talem fundum uendicare poterit: ex quo ibidem decidit Bartol.

63 † quòd ſi ſtatutum diſponit, quod executio inſtrumenti fiat contra hęredem,ſicut contra defunctum,intelligitur ubi hæres inuentarium non confecit, & eadem ratione dico opponi poſſe contra inſtrumenta huiuſmodi beneficium ceſſionis bonorum, ſi conuentus velit bo-

nis

ris cedere, quod Bal. tenet in l. prima. C. qui bonis cedere poſſ. etiam ſi tali beneficio ſit renunciatum, quia renunciatio non tenet, niſi in certis caſibus, de quo per Cyn. ꝑ in l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. in vltima quæſt. & Bart. in l. alia. §. eleganter. ff. ſolu. matr. & per Anto. de But. in cap. ex reſcripto. de iureiur. & eadem ratione ſi petitur executio inſtrumẽti celebrati per filiumfamil. contra eum factum ſui iuris oppo nere poteſt in executione de beneficio edicti, de quo in titul. ff. quod cum eo, ne videlicet conueniatur, vltra quam facere poſſit, ſecundum Bart. qui hoc tenet. ff. quod cũ eo. l. ſed & ſi §. ſi filius. quod procedit quando ſtatutum diſponit, quòd poſſit opponi contra inſtrumentum: ſecus ſi diſponeret, quòd non poſſet opponi contra executionem inſtrumenti, ſecundum eum: quod dic, vt dixi ſupra in tertia quæſtione.

64 Vigeſimonono. Quęro, † Mulier habet inſtrumentum quo vir fuit confeſſus ſe habuiſſe dotem, & de ea fecit quietationem, vt fieri conſueuit: ſoluto matrimonio mulier petit executionem inſtrumenti vigore tacitę ſtipulationis, de reſtituendo, præſumptę ex l. prima. C. de rei uxor. action. quæritur an poſſit? Bart. in l. 1. ff. de his quæ in teſta. delen. dicit, quod d. l. 1. facit contra mulierem, quoniam tacita ſtipulatio huiuſmodi non poteſt legi, nec eſt ſcripta in inſtrumento, ſed intelligitur auctoritate legis, & ſic non mandaretur executioni, vt inſtrumentum, ſed ſecundum legis diſpoſitionem, de qua ſtatutum non loquitur. In contrarium allegat. l. ſi duo patroni. §. Marcellus. ff. de iureiurand. & ſic non ſoluit. Tu autem dicas quòd poteſt, quia illud quod pręſumitur ex inſtrumento videtur eſſe proprius tenor illius inſtrumenti. ff. de pactis. leg. iuriſgentium. §. quod fere. inſtitu. de inut. ſtipu. §. ſi ſcriptum. inſti. de adoption. leg. his verbis, vel clarius obligatio reſtitutionis dotis venit ex ſententia, ſeu mente, & conſenſu contrahentium, licet non ex verbis, vt d. leg. 1. C. de rei vxor. action. poſt princ. & ibi, intelligatur re ipſa ſecuta ſtipulatio. & illud quod venit ex mente contrahentium videtur venire ex verbis contractus. ff. de uer. ſig. leg. nominis & rei. §. verbum ex legib. ff. loca. leg. quæro. §. inter locatorem. & ff. de iur. do. leg. ſi ſtipulatio, &

65 quod dixi ſupra in 16. quæſt. † Intelliguntur enim contrahentes velle quod lex diſponit, & id cogitare & agere. ff. de acquirend. hæredit. leg. ſi duo. unde perinde habetur ac ſi expreſſè dicta mulier fuiſſet ſibi ſtipulata dotem reddi. non obſt. d. l. 1. ff. quemadmo. teſtame. aper. quoniam loquitur in his quæ extrinſecus intelliguntur alicuius ingenio, vel ſubtilitate, non ex ipſa littera, aut ex vi ipſius litteræ, ſed ex his forte quæ præcedunt & ſubſequuntur in ſcriptura: at ſtipulatio prædicta intelligitur ex ipſa littera ex vi litteræ ipſius

contractus, & ſic legi poſſe intelligitur, ut d.l.1.§.legi.& ſic facit pro iſta parte.ff.de hæred.inſt.l.1.pro hoc ꝙ beneficium l. edicto. fundatur in ſcriptura, & uerbis teſtamenti, vt l.edicto. C. de edict. diui Adr. Tollend. & tamen locum habet in ſuccedente ex tacita ſubſtitutione, ſecundum Doctor. ibi ex prima & ultima ratione. In quæſtione noſtra tenet Bal.in d.l.prima. ff. quæ in teſtam. delen. & l. ad probationem. C. de probation. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe, & fuiſſe primum conſilium redditum per eum. Sed ad hoc dubium præcidendum, tutius eſt quòd in inſtrumento fiat promiſſio ſtipulata ad reſtitutionem dotis, vt communiter notarij faciunt addentes confeſſioni dotis receptæ, ſeu receptioni, & quietationi clauſulam illam, Quam dotem dictus vir promiſit reddere,&c.

66 Trigeſimo. Quæro, † An ſtante ſtatuto, ꝙ inſtrumenta mandentur executioni, fieri poſſit executio contra hæredes debitoris obligati per inſtrumentum, præſertim ſi ſtatutum dicat, quòd debitor pro debito carceretur? Reſpondeo, Sic: quoniam ad id, ad quod poterat compelli defunctus, poteſt compelli hæres defuncti, ut ff. de re. iu. l. ſi hæredem, & l. quod ipſi, & C. de pigno. l. 3. in 4. quæſt. per Bar. licet legis uerbis non exprimátur, & ff. ad Trebell.l. poſtulante. in princ. ubi hoc tenet Bar. Secus tamen forte dicendum ſi debitor conueniſſet in inſtrumento, quòd poſſet perſonaliter capi, quia poſito quod pactum ualeat: tamen non tranſiret in hæredem, ſecundum Bar. ff. qui ſatiſda. cogan. l. ſi deceſſerit, per d.l. ratio differentiæ eſt, quia primo caſu ſtatuti diſpoſitio executiua concernit obligationem in inſtrumento deductam, ſcilicet perſonalem, quæ tranſit in hæredem. C. de hære.ac. l. pro hæreditatis, & ita eſt debitor hæres, ſicut defunctus. ff. ſi cer. peta.l. 1. per Bar. & de debitore loquitur ſtatutum. Secundo uero caſu diſpoſitio contrahentium concernit pactum cohærens perſonæ, quod non tranſit in hæredem, ut d.l.ſi deceſſerit, & ſimiliter dicendum eſt hæredem poſſe executionem petere ſi factum ſit tranſitorium in hęredem: ſecus ſi perſonale.ff.ſolu.matrimon.l.quia perſonale. Ante tamẽ quàm hæres exigatur, ſeu corceretur, liquere debet eum fore hæredem.ff.ſolu.ma.l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur, ſecundum Bal.C. de iu. deliber.l.fi.§.& ſi præfatam, ubi ponit, an debitor de iure communi poſſit pro debito carcerari, de quo per Doct.C.qui bo.ce.poſſ.l. 1.

67 Trigeſimoprimo. Quæro, † Iuxta præmiſſa, An ualeant ſtatuta ciuitatum diſponentia pro debito ciuili, debitorem ad inſtantiam creditoris debere perſonaliter carcerari. Dicas quod ſic, ſiue diſponant carcerationem fieri debere per iudicem, ſiue per creditorem, ut ſcripſit Bar.in l.Titio.§.Titio.el 2.ff.de cond.& demon. quia publi-

publica auctoritas tollit omnia contraria. An autem per iudicem con cedi poſſit creditori, vt capiat perſonaliter debitorem ſuum, vel eius bona. Dic ut no. Bar. in l. 3. C. de pig. in 4. q. uer. ad hoc probandum induco in teſtem, &c. & ff. de acqui. poſſ. l. iuſte poſſidet.

Trigeſimoſecundo. Quæro pro declaratione 30. quæſt. & to tius materiæ iuxta præmiſſa, An ex conuentione partium fie ri poſſit, quòd inſtrumenta habeant executionem paratam. Hæc quæſtio habet altiorem indaginem, ſed ne ſuſcepti opuſculi materia
68 ultra quàm deceat dilatetur, † dic breuiter, quòd aut partes conue niunt, quòd habeant executionem realem, hoc eſt in bonis debitoris, aut perſonalem, hoc eſt q debitor capi poſſit perſonaliter. Primo caſu poteſt: quoniam ius exequendi ex conuentione & iudicis auctoritate æquiparatur. C. de pig. act. l. pen. ff. de fur. l. cum creditor. C. de pig. l. 3. hoc patet in ſimili in ſententia arbitri, quæ habet executio nem paratam. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. de officio, patet etiam quòd controuerſia deciditur ex iuramento ex partium con uentione, vt ff. de iureiuran. l. iuſiurandum quod ex conuentione, ex quo iuramento oritur ius executiuum, ut l. 2. & l. ſed & ſi poſ ſeſſori. §. cum de hæredi. ff. de iureiur. hoc tenet Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua, uer. 49. & Barto. dicit expreſſe in d. l. 3. in ulti. quæſt. ubi concludit omnibus his caſibus executionem ſumma rie fiendam eſſe ſecundum formam l. a diuo Pio. §. 1. ff. de re iu. Circa quam conuentionalem executionem qua perſonæ poſſunt hoc promittere, & de modo conſtituendi tale ius executiuum, de tempore quando effectualiter incipiat competere, & de officio iudicis quando ad hoc aditur plene per 5. quæſt. hoc examinat Barto. in d. l. 3. & ſcriptis per eum in 1. quæſt. ibi adde nota. per Ioan. Andr. & Anto. de Butri. in cap. verum, de foro compe. & in 4. quæſt. nota. per Innoc. in cap. olim, de priuil. in glo. per portarium, & ſcripta per Ang. in l. nemo carcerem. C. de exac.
69 trib. libro 10. Secundo caſu † conuentio quòd liceat creditori ca pere debitorem inuitum, & captum pro debito retinere in carcere priuato, non valet, ne maioris tumultus cauſa ſit. ff. de re. iur. l. nón eſt ſingulare, & quia non multum a ſpecie ſeruitutis dif fert, ſi facultas recedendi non datur. ff. de li. ho. exhi. l. 2. & ob æs alienum ſeruire liberum iura compelli creditoribus non patiun tur. C. de act. & obli. l. ob æs, & auth. immo ibi poſita, ſumpta ex corpore, vt nulli iudicum. §. quia vero, colla. 9. & de pigno. in c. la tor, & quia hominem carcerare eſt contra bonos mores, ideo non ua let. C. de pact. l. pacta q. ſeq. Item eiſdem rationibus in carcere publi co, & quia incarceratio eſt meri imperij, ut nota. in l. imperium.

Y 2 ff. de

ff. de iuriſdict. om. iudic. & ea quæ ſunt meri imperij a partibus concedi non poſſunt. leg. priuatorum. C. de iuriſd. omn. iud. & quia nemo poteſt ſe dare alicui, ut faciat iniuriam. leg. 1. §. vſque adeo. ff. de iureiurando, & nemo eſt dominus membrorum ſuorum. ff. de leg. Aquil. leg. liber homo. quibus rationibus reprobata glo. Bartol. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. tenet quod ſicut quis non poteſt ſe dare alicui, ad torquendum, ſic nec ad carcerandum; & ſicut non tenet pactum de capiendo, minus tenebit de carcerando, ad quam carcerationem ſine captura contra inuitum non deuenitur, & hoc tenet Bartol. poſt Dy. in leg. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matri. nec ob. quod per legem ſiue ſtatutum fieri poſſit, quod pro debito quis in carcere publico detrudatur, ut ff. de ſuſpe. tuto. leg. 3. §. tutores, & dictum eſt præcedenti quæſt. quia non ſequitur; ergo per pactum, ut per Bartol. ibi, & ſic dictum domini Auguſtini in leg. nemo carcerem, quòd per pactum fieri poteſt, ut debitor a creditore in carcere publico detrudatur, non procedit: fallit prædicta regula in caſu leg. fi. C. de capt. & poſtli. reuer. videlicet, in capto ab hoſtibus, & reuerſo redempto, qui ex pacto a redemptore poteſt vſque ad
70 ſatisfactionem debiti in carcere priuato, & publico retineri. † Fallit etiam in debitore ſuſpecto de fuga, qui ex pacto in cauſa ſuſpicionis poſſet capi: & in omnibus caſibus a iure permiſſis, ut leg. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in frau. cre. & alijs caſibus notatis per Bart. & Ioan. And. in d. cap. lator. de pig. dico paciſci poſſe quod ſuſpectus capiatur, & ad iudicem ducatur, per d. §. ſi debitorem, non autem quòd in carcere publico, vel priuato auctoritate propria teneatur, quia hoc non licet de iure, vt ff. de adul. leg. capite quinto, ergo nec ex pacto, vt dictum eſt, & no. in d. §. ſi debitorem. Conuentio autem quòd ad inſtantiam debitoris capi poſſit per iudicem, vel quòd de mandato iudicis debitor debeat ponere manum ad ſtandum, & ibidem non recedere antequam ſoluat, tenet, ut d. leg. nõ eſt ſingulare, & colligitur ex dictis Bar. in d. §. eleganter. Et quia nil repugnat debitorem per iudicem carcerari pro debito, vt d. l. 3. §. tutores, & d. l. nemo carcerem. C. qui bo. cede. poſ. l. 1. & facit quod no. ff. de priui. credi. l. ſi creditores per Bart. conuentio autem de ſtando in certo loco ſimiliter non ualet, per ſuperius dicta, nõ ob. c. ex reſcripto. de iureiu. vbi monachus fuit datus in obſidem pro debito per abbatem: quia illud verum intelligo pro debito publico, videlicet eccleſiæ quod publicũ cẽſetur: ſecus in debito priuato. pro hoc. C. de exac. tri. l. 2. li. 10. & ꝙ no. Io. And. in d. c. lator. in gl. in vinculis, in nouella.

Trigeſimotertio. Quæro, Circa materiam ſtatuto cauetur † quod
71 inſtantia finiatur curſu 20. dierum; nunquid ſi petatur executio

inſtru-

inſtrumenti,vel ſententiæ finiatur inſtantia dicto' tempore ? Bal. in l. 1.C.de iur.cal.in verbo,inſtantia: videtur ſentire per illum tex. quòd ſic,per quem patet,quòd quilibet articulus habet inſtantiam. Sed aduocati Peruſini antiqui, vt ipſe dicit, tenuerunt contrarium . quia inſtrumentum ex forma ſtatuti habet vim ſententiæ, & poſt ſententiam non eſt inſtantia, & hanc opi.ſequitur ipſe in l. 1. §. 1. ff. ſi quis ius di. non ob. quia cum procedatur ſine litis conteſta. uel quaſi, ergo non eſt inſtantia.Et quia ubi petitur executio, cauſa expeditur per ſententiam interlocutoriam, vt l.minor 25. annis. cui fideicommiſſum. ff. de mino. & hoc ſi agitur officio iudicis ad executionem ſententiæ: ſecus ſi ageretur actione in factum reſultante ex ſententia', vel actione reſultante ex inſtrumento, & non uia executiua: quia tunc certum eſt, quòd foret inſtantia, vt ff. de peti. hære. l. item veniunt. idem recte. ubi text. dicit quod ſit lite conteſtata : ergo eſt inſtantia , & loquitur ipſe in ſententia. idem tamen dicit ſi petatur executio inſtrumenti. hanc opinio. videlicet, cauſam executionis inſtrumenti, non fieri triennio , per l. properandum. C. de iudi.tenet idem Bald.in l.ſecunda.C. de execu. rei iudi. hanc etiam opinionem non finiri curſu 20. dierum cauſam executionis inſtrumentorum in executione , tenet in l. litibus. C. de agri. & cenſi. libro 11. & hanc opin. puto veram: quoniam ſtatutum diſponens de inſtantia, debet intelligi in potiori, & propriori ſignificatu.ff.ſi ager. vect.vel emphy. pe.l. 1. §. qui in perpetuum. qui potior & proprior ſignificatus complectitur inſtantiam totius cauſæ,non vnius articuli. Idem & fortius puto ſi ſtatutum dicat,quòd lis & cauſa finiri debeat intra 20. dies: quia lis proprie intelligitur poſt litis conteſta.cauſa vero ante litem conteſta. & poſt, vt no. Bart. in l. cauſas. C. de tranſact. appellatione cauſæ proprie continetur tota cauſa, non capitulum ſolum,ſeu vnus articulus cauſæ. tex. eſt & glo. in l. generaliter. circa princ.C.de reb.cred.

72 Trigeſimoquarto. Quæro, † Confectum eſt inſtrumentum publicum per notarium Peruſinum de contractu Peruſij celebrato inter Peruſinum , & quendam de Canario, vnde ſum oriundus, & in vtroque viget ſtatutum quòd inſtrumenta publica mandentur executioni ſicut ſententia: petit Peruſinus executionem inſtrumenti coram poteſtate dictæ terræ Canarij, quæritur, an poſſit. Conclude, quòd ſi petitur executio ex forma ſtatuti ciuitatis Peruſij , non procederet petitio, quoniam ſtatuta litis ordinatoria non egrediuntur iuriſdictionem ſtatuentium, ut ſcribit Barto. in l. cunctos populos. ubi plene diſputauit. C. de ſum. tri. & fid. cath. Si uero petitur executio ex forma ſtatuti dicti caſtri , procedit

 petitio,

petitio,licet in ſententia non procederet,quia non poſſet eius executio peti coram poteſtate dicti caſtri tanquam corã iudice alterius territorij,neque per iudicem alterius territorij executioni mandari,niſi ad litteras poteſtatis ciuitatis Peruſij,ut plene diſputans tenet Spe. in tit. de exec.ſen.§.breuiter. ver. quid ſi iudex Peruſinus, & Cy. in l. 1. C. de confeſ. in 9. q. & Bar. in l. a diuo Pio. §. ſententiam Romæ dictam. ff. de re iudi. Ratio diuerſitatis eſt, quia ſententia habet ſuum executorem, uidelicet ordinarium proferentem uel allegantem, ſed inſtrumentum non: quoniam notarius præcipiens in inſtrumento guarentigiam, uel coram quo fit confeſſio in inſtrumento confeſſionato, vel in inſtrumento ſimili executionem merente ex forma ſtatuti, non habet exequendi facultatem,unde non requiruntur litteræ notarij: Sic eadem ratione dicendum foret in laudo,quod executionem meretur ex forma ſtatuti,quod poſſet exequi ſine litteris arbitri: & hoc in his caſibus tenet Barto. in d. §. ſententiam Romæ dictam. in ult. quæſt. dicens ſic conſuetudine ſeruari, & uerum eſt: ex quibus liquet,quòd ſi Canarij in loco in quo agitur non foret ſtatutum,agi oportet uia ordinaria,quia Canarij non attenderetur ſtatutũ Peruſinum. Quod de ſententia dictum eſt uerum eſſe intelligo ſi petatur executio ſententiæ in ui ſententiæ: ſecus ſi petatur executio in uĩ publici inſtrumenti,& de ſententia liqueat publico inſtrumento, ut infra proxi.q. dicam & uide ad materiam Bald. in l. 1. C. de execut. rei iudi.

TRigeſimoquinto.Quæro,Iuxta præmiſſa,& pro intelligentia clara totius materiæ, cum ſimus in materia executionis inſtrumẽ-
73 torum publicorum, † Quid contineatur appellatione publici inſtrumenti. Reſpondeo. Nomen inſtrumenti ſumitur largiſſime, large,& ſtricte.Eſt enim inſtrumenti nomen generale, comprehendens in ſe quodlibet uas domus,& quamlibet machinam, uiolam & citharam, ut ff.de fund. inſtru. l. 1.§. quæſitum,& per totum. Quinimmo aliquando naturale deeſſe dicitur inſtrumentum quando ita ſtricta eſt quod non poteſt fieri matrimonium. de frigi.& male. cap.ex litteris, &c. fraternitatis. Reſtringitur autem large aſſumendo inſtrumentum & comprehendit id tantum,quod probationem, & fidem facit iudici & ipſius mentem inſtruit,unde & teſtes appellatione inſtrumentorũ continentur.ff.de fi. inſtrum. l. 1.ff. de uerb.ſign.l. notionem. §. inſtrumentorum.de teſt.cap. peruenit. Specialius autem & ſtricte accipitur pro ſcriptura ad alicuius probationem in poſterum faciendam. ff.de pig.l. contrahitur,& de fi. inſtr. per totum. fuit hæc quaſi ad literam diſtin.Hoſtien. in hoc extenſius loquens in ſum.de fi.inſtrum. §.1. cui in ultimo dicto concordat Spec. in tit. de inſtrum. edi. §. 1.

ver.

ver.& licet,qui ſignificatus ſtricte ſumptus refertur ad omnem ſcripturam,ſeu ad omne id ex quo cauſa inſtruitur,vt d.l.1.ff. de fi.inſtr. cum concor. ut patet ex ſupradictis, & dicit Ioan. And. & poſt eum Anto. de But. in rub. de fi. inſtrum. & in Spec. de inſtru. edi. ſuper rubr. poſt prin. in d.§. 1. in addi. quòd inſtrumentorum plures ſunt ſpecies,de quibus plene in Spe.eo.ti.§.nunc dicendum,& de fi. inſtr. ca.1.& 2. ubi de hoc per Docto. Quorum unus inſtrumentum publi
74 cum diffinit in d.§.1. dicens. † Inſtrumentum eſt ſolemnis,& rite ordinata ſcriptura per authenticæ perſonæ manum publicam cauſa memoriæ facta; & deſcribi dicitur inſtrumentum dictum eo quòd inſtruit. Omnis igitur ſolemnis, & rite ordinata ſcriptura per manum publici notarij cauſa memoriæ, ſeu probationis facta, dicitur inſtrumentum,& appellatione inſtrumenti continetur. Et de inſtrumento huiuſmodi intelligitur ſtatutum in tota noſtra materia. Et ex hoc patet,quòd ſtatutum,ſententia,laudum,de quo patet publico inſtrumento,inſtrumenti appellatione continentur: quod tenet Bart.de iur. fiſ. l.in fraudem.§. ſed neque. ubi concludit,quòd falſans acta, ſeu inſtrumenta,punitur pœna ſtatuti loquentis de pœna falſantis publicũ inſtrumentum,ratione prædicta. Et ex hoc patet,quòd ſi petitur executio ſententię in vi publici inſtrumenti coram iudice alterius territorij,ubi eſt ſtatutum,quòd inſtrumenta publica exequentur,quòd fieri poteſt ſine litteris iudicis ſententiam proferentis; licet ſecus ſi peteretur in vi ſententiæ. Rationem vidiſtis in præcedenti q.& adde quod dicam infra proxima quæſt.

75 TRigeſimoſexto. Quæro,† Statutum diſponit, quòd certæ exceptiones,quæ permittuntur a ſtatuto opponi contra publicũ inſtrumentum quod exequi petitur,non poſſint probari,niſi per publicum inſtrumentum,reus non habet inſtrumentum penes ſe ſolutionis,an aliquo remedio occurratur? Reſpon.Sic: quia poteſt inſtrumẽtare quòd iudex ex officio teſtes recipiat,quibus receptis, & publicatis iudicis officio tuebitur,ſicut dicimus in eo qui iurauit non probare ſolutionem niſi per inſtrumentum,ut nota. Spec. in titu.de probatione.§.vide ver. quid ſi debitor. facit de iureiuran. cap. ad noſtram Quinimmo tuebitur exceptione ſua per inſtrumentum probata,cum de atteſtationibus rite receptis,& probãtibus liqueat publica ſcriptura,& ſic publico inſtrumento,ut patet ex dictis in proxi.quæſt. Quo autem remedio ſuccurratur ei,ſi foret exactus hoc caſu? Reſpondeo, Poteſt agere cõdictione ſine cauſa ad id quod ſoluit, ſecundum Bart. in l. Iulianus uerum debitorem.ff. de condi. inde. dicam latius infra quæſtio. 54. An autem per ſtatutum uel pactum fieri poſſit quòd debitor probare non poſſit ſolutionem, niſi per inſtrumentum,

ponit Spec. in d. §. ver. ſed pone. poſt Hoſtien. in titu. de renun. §. quę poſſunt. ver. quid de pacto, & poſt eos Ioan. And. in cap. ſi diligenti de fo. compet. ſuper 1. glo. & poſt eum do. Anto. de Butr. & Cyn. in l. penulti. C. de pact. & communis concluſio eſt, quòd non teneat pactum, ſtatutum uero teneat. Nec ob. quod nota. per glo. C. de decre. decur. ſuper rubrica, quia reſpondeo per not. Bar. in l. nec impoſſibile. ff. de pactis.

76 TRigeſimoſeptimo. Quęro, Quando † ſtatutum diſponit, quod inſtrumentum ſcriptum manu publici notarij mandetur executioni, an habeat locum in ſumpto iudicis auctoritate? iuxta not. in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. & c. pen. & c. fin. de fi. inſtrum. Reſpondeo, non: quia non eſt ſcriptum manu publici notarij inde rogati, ſecus ſi ſimpliciter dicat manu publici notarij, & quia ſic ſumptum eſt manu publici notarij tranſumentis cum ſolemnitatibus requiſitis a iure, de quibus in d. auth. ſi quis in aliquo documento, & d. c. pe. & fi. per Doct. facit quod dixi ſupra in 35. q.

77 TRigeſimooctauo. Quæro, † Iuxta proxime dicta actor non producit ſumptum, ſed producit protocollum notarij mortui, vel viuentis non curo, & petit executionem ipſius ſicut publici inſtrumenti, an poſſit? Reſpondeo, Non: quia Baſtardelli, & protocolli notariorum, licet habeant ſigna, & omnia ſubſtantialia, tamen non probant, ſed opus eſt, quòd tranſumantur iudicis auctoritate, & tunc ſumptum fidem facit, ſecundum Ioan. Andr. in tit. de inſtrum. edi. §. dicendum, ver. & no. quod tabellio. & Anto. de But. in cap. cum P. tabellio. de ſi. inſtrum.

78 TRigeſimonono. Quæro, † Pone petitur executio inſtrumenti, in quo debitor ſe obligauit procuratori creditoris, opponit debitor de actione non ceſſa per procuratorem, an procedat petitio executionis, non docto per agentem de ceſſione? Dicas quod ſic: quoniam & ſi actio quæſita per procuratorem ſine ceſſione domino non quæratur, vt ff. de acquir. poſſ. l. pen. §. & ſi poſſeſſio, tamen præceptum notarij in inſtrumento guarentigiæ uel confeſſionato, ſeu auctoritas notario ſimplex inſtrumentum conficienti per ſtatutum attributa, operatur, ut perinde habeatur, ac ſi eſſet factum in iudicio per procuratorem, quo caſu quæritur ſine ceſſione. ff. de mino. l. in cau. ſæ. in fin. ſecundum Bartolum. in d. §. & ſi poſſeſſio.

79 QVadrageſimo. Quæro, † ſi inſtrumenta habent uim rei iudicatæ ex forma ſtatuti, an debitor ſtatim ſit conſtitutus in mora ſicut per ſententiam, immo per lit. conte. C. de rei uen. l. certum, vel an ſit opus noua interpellatione? Reſpon. Non conſtituitur ſtatim in mora, quia id foret incoueniens. ff. de ſolu. l. quod dicimus,

cimus, ſed noua interpellatione opus eſt, ſicut in eo qui iuramento obligatur, & ſic ſeruat conſuetudo, ſecundum Bar. ff. de iureiu. l. eum qui. §. ſi iurauero.

QVadrageſimo. Quæro, An inſtrumenta huiuſmodi poſſint ſtatim exequi? Reſpondeo, Non videtur, ſi dicat ſtatutum, quod habeat executionem ſicut ſententia, cum ſententia non tranſeat in rem iudicatam, niſi poſt x. dies. C. de appel. auth. hodie dic contra, quia cum obligatio ſit pura, ſtatim exequi poteſt. ff. de verbo. oblig. l. eum qui Calendis, & ſententia ideo executioni non mandetur, quia ab ea appellari poteſt, ſed ab inſtrumento conſenſu partium inito appellari non poteſt. ff. de appell. l. a ſententia. §. idem reſcripſit, vnde ſicut ſententia a qua non poteſt appellari, ſtatim poteſt exequi, vt not. Ioan. Andr. in tit. de execu. ſententiæ. §. videndum, & §. porro. in addi. Spec. ſic & inſtrumentum habens uim ſententiæ.

QVadrageſimoſecundo. Quæro, Iuxta præmiſſa, cum in confeſſum fiat præceptum decem dierum, vt l. ſi debitori. ff. de iudi. & iudicatis detur ſpatium quatuor menſium, quæ ſpatia miſerationis cauſa indulgentur, præſtita tamen per confeſſum vel condemnatum ſatisdatione de ſoluendo, vt d. l. ſi debitori, aliàs poſſet debitor capi
80 & carcerari, ſecundum Bart. ibi. † An hæc tempora vel alterum eorum indulgentur in executione inſtrumentorum ſi ſtatutum dicat, quòd executioni mandentur, vel quòd habeant executionem paratam? Reſpond. In confeſſum de iure debet fieri executio, ſicut in condemnatis poſt quadrimeſtre præſtita ſatiſdatione. Sed de conſuetudine in confeſſum dantur decem dies, ſecundum Bar. in d. l. ſi debitori. Idem puto in executione inſtrumentorum, ſi ſtatutum dicat, quòd executioni mandentur, ſicut ſententiæ, ſeu ſicut res iudicata. Sed ſi dicat, ꝙ executioni mandetur, quòd habeat executionem paratam, tunc cum obligatio ſit parata, ſtatim fieri poterit executio. ff. de uerborum obliga. l. eum qui calendis. nam in contractibus non ineſt tempus, quod datur iudicatis vel confeſſis miſerationis cauſa, ut ibi, qua ratione ſi laudum arbitratoris habet ex forma ſtatuti executionem paratam, ſtatim fieri poſſet executio, quia accedit ad contractum tranſactionis, non ad ſententiam iudicialem, vt no. de iureiur. c. quintauallis, per Innocen. hoc ſentit Bart. C. de execu. rei iudicat. l. eos, ſecus putarem in laudo arbitri, eo caſu quo de iure uel ex forma ſtatuti ex eo oriretur actio, per not. per Docto. C. de arb. l. 1. & l. nemo poteſt. deleg. 1. per Barto. qui dicit eo caſu, ſicut a ſententia appellari poſſe, adhibito tamen aliquali tẽporis ſpatio iudicis arbitrio moderando a die celebrati cõtractus, ne

credi-

creditori ire liceat cum ſacco parato.ff. ſolu.l.quòd dicimus,& quod no.ff.de conſt. pec. leg. promiſſor.per Bart.plenius in leg.ita ſtipulatus. ff. de verb.ob. per Bart. in q. illa quando committitur ſtipulatio pura.facit quod no.Spec.in titul.de arb.§. ſequitur verſ. pone igitur.

QVadrageſimotertio. Quæro, Cum in executione ſententiæ interdum non requiratur citatio (vt ſcripſit Inno.in c.ex ratione. de app. & Bart. in leg. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud.& per Bald. in leg. 1. C.de iur. & fact.ignor.in fin.& in ca.ex ratione,ad finem. ad appellat. & uide omnino Bald. in leg. ordo in ultim. col.C.
81 de iudi. ubi dicit, † quòd coram iudice nouo ſemper eſt facienda citatio in executione, maxime poſt longum temporis interuallum) an in executione inſtrumentorum citatio requiratur? Reſpondeo, Sic: quia ante nil eſt cognitum de cauſa, unde neceſſe eſt à citatione incipere, vt Inſtitut.de pę. teme.liti.§.fin.& quia non poteſt conſtare iudici ante citationem an inſtrumentum ſit inſtrumentum, & an reus habeat aduerſus eum exceptionem aliquam à ſtatuto permiſſam vel conceſſam, ſeu non excluſam, & an inſtrumentum ſit exequibile: quinimmo ſi fieret executio parte non citata, tanquam nulla ſtatim reuocaretur quatenus de facto facta eſt, vt no. ff.de bonor. poſſeſſ. leg. 3.§. ſi cauſa cognita. & leg.minor. in princip.de euict.& vult Bald. in leg. ab executore. C. quo. ap. non re. & hoc verum, niſi per ſtatutum aliter diſponatur, vt ſi ſtatutum dicat, vt ipſo publico inſtrumento præcipi debeat debitori, quòd ſoluat, & de palatio non recedat:quo caſu etiam per epiſtolam fieri poteſt, ſecundum Bald. C. commi. vel epiſto. ſuper rubrica.

82 QVadrageſimoquarto. Quæro, † Conductio finito tempore tacite intelligitur renouata, An ſi prima conductio facta fuerit per publicum inſtrumentnm executionem paratam habens, an renouari intelligatur cum uirtute inſtrumenti? Reſpondeo, Non: quia renouatio tacite intelligitur fieri quo ad ea quæ tacite renouari poſſunt per ſolum hominis intellectum: ſecus ſi aliquid requiratur ab extra, ut ſcriptura quæ tacite fieri non poteſt, quia tacite non ſcribitur, nec tacite fit præceptum guarentigiæ, cum non ſit in poteſtate partium, ſecundũ Bal.in l.legem.C.loca.

QVadrageſimoquinto. Quæro, Cum fideiuſſor agere non poſſit, niſi ſit condemnatus,& in certis alijs caſibus, de quibus in cap. fina.de fideiuſſ.an ſi ſit obligatus per inſtrumentum, quod executionem mereatur,ſtatim agere poſſit? Reſpon.Sic, ſecundum Cy. in l.certum.C.de fam.erciſ.& Bald.in l.1.& Bart.in l.fideiuſſor pro uenditore.ff.de fideiuſſ.

Quadra-

83 QVadrageſimoſexto. Quæro, † An in cauſa executionis publicorum inſtrumentorum liceat ei contra quem petitur executio appellare? Reſpond. Dicit glo. 1. & 5. in l. ab executore. C. quo. ap. non re. quod poteſt à pronuntiatione de exequendo appellari, non ab executione facti, & idem Specu. in titu. de appe. §. in quibus, uerſic. quinto, & Barto. in d. l. ab executore, & in leg. ſi cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod metus cauſa. Qua ratione Bal. in d. l. ab executore, in recollectis, dicit, quòd cautela uolentis euadere appellationem, quando prætextu inſtrumẽti guarentigiati fit executio, eſt quòd non pronuntietur inſtrumentum eſſe exequendum, ſed incipiat ab executione. Tamen uerius eſt, quod etiam à pronuntia de exequendo appellari non poteſt, quia eadem eſt ratio de pronuntia exequendi, quæ de executione, ſecundum Old. vt Cyn. refert in d. leg. ab executore. ff. de appe. & latius declarans, hoc tenet Ioan. Andr. in prælle. titu. uerſi. quinto, in addi. Specul. dicens hoc tenuiſſe Odofred. & Guil. quod uidelicet ſiue iudex exequatur inſtrumentum facto, ſiue pronuntietur exequendum, ut non appellatur, & ſit ratio vt ſi finis litium. C. de tranſact. l. fratris, de dolo & contum. cap. finem, & cap. fin. in princ. & ne lex imponatur uerbis. C. communia de lega. leg. 2.
84 de elect. cap. omiſſa. §. 2. lib. 6. & † quia ſecundum legiſtas ab interlocutoria non appellatur. C. quo. appe. non re. leg. ſecunda, & quia prohibitio ſimplex manauit, ergo ſit tenenda. ff. de pub. leg. pretio, ſecundum Ioan. And. & hæc procedunt, ſiue executio petatur per actionẽ in factum, ſiue iudicis officio, ſecundum Ioan. And. ibi, & ſic cum ſententia per actionem in factum, ex re iudicata debeat eſſe, ut pronuntietur ſententiam exequendam, à tali ſententia non poteſt appellari, ut dictum eſt, & apertius hæc duo tenet Speculat. in titu. de execu. ſen. §. breuiter, uerb. ſecundum, & Ioan. And. ibi aperiens dictum Specu. quod ſequitur Ant. de But. in cap. quo ad conſultationem, de re iud. ad fi. pen. colum. Et hoc ea ratione quod ſententia de exequendo huiuſmodi eſt de executione primæ principalis ſententiæ, & pars executionis, & ab executione non appellatur, ſecundum Specul. & Ioan. Andr. in dicto. §. ſed ſecundum Ioan. ſic & pronuntiata de exequendo eſt executio primæ ſententiæ, & quędam declaratio, à qua non appellatur, qua ratione idem tenuit Bald. de Spec. non fa-
85 ciens mentionem in d. l. ab executore. C. quo. ap. non re. † Ex quo patet, quòd ſiue dixerimus ſententiam de exequendo fore diffinitiuam, ut quando fertur ſententia diffinitiua ſuper petitione executionis, ſiue per actionem in factum, qua pronuntiatur ſententiam exequendam, ut ſupra, ſiue interlocutoriam, ut quando pronuntiatur ſententia exequenda ſuper petitione executionis iudicis, officio nobili à

ſententia,

ſententia, ſiue pronuntiatione huiuſmodi ſupra dictis rationibus appellari non poſſe, quod procedit niſi in prouincia de exequendo, vel in executione facti modus excedatur, quia tunc ratione exceſſus licet appellari, ſecundum omnes Doctores in locis prædictis. Et adde limitationem quam pono in ſeq. q. Et ex his dico quòd ſiue petatur executio inſtrumenti per actionem deſcendentem ex contractu, ſiue iudicis officio, à ſententia appellari non poterit, niſi modus excedatur, vt dictum eſt. Et ſi agatur actione deſcendente ex contractu, modus cõcludendi in libello & ſententiãdi eſt, quòd petatur inſtrumentum exequi, & pronuntietur exequendum, ſicut in ſententia dictum eſt; quod eſt bene notandum: ſecus putarem ſi concluderet conuentum condemnari, & condemnatum cogi ad ſoluendum, quia tunc neceſſario oporteret pronunciari, ſeu ſententiari iuxta petitionem, ſi ſibi imputet agens de ſimo. cap. licet de verb. ſig. clemen. ſępe, & quod ibi not. vnde agens debet eſſe cautus, quòd concludat conuentum aſtringi ad ſoluendum, ſecũdum formã inſtrumenti, non autem concludat eum condemnari ad ſoluendum.

86 QVadrageſimoſeptimo. Quæro, quod eſt in præcedenti quæſtione ab executione appellari non poſſe, † An procedat quo ad omnem appellationis effectum? Reſp. Non: quoniam id verum eſt ab executione appellari non poſſe, quo ad finem impediendi executionis, ſeu meri executoris proceſſum: ſed quo ad finem deuolendi cauſam appellationis ad ſuperiorem, tenet appellatio, etiam à mero executore interpoſita, vt no. Specul. in titul. de act. & pet. §. ſuper actionibus, & petitionibus uerſic. ſed quid ſi antequam in 5. col. quo tamen caſu appellatio non iuſtificatur ex ſola obligatione probationis, ſicut iuſtificatur, ſi executor aſſumeret partes cognitoris, ut no. Inno. de elec. cum inter canonicos, & Specul. in dict. verſic. ſed quid ſi antequam, ſecundum Ant. de Butr. vt præmittitur, dicentem in capi. dilecto. de appell. in 2. colum.

87 QVadrageſimooctauo. Quæro, Iuxta præmiſſa, ut ſciatur † quando modus exceditur in cauſa appellationis qualis debeat eſſe proceſſus, an ſicut quando appellatur ab interlocutoria, an à diffinitiua. Pro cuius q. deciſione videre oportet utrum cum pronuntiatur inſtrumentum exequendum, ſit interlocutoria uel diffinitiua. Reſpondeo. Eſt interlocutoria, & ſic cum expreſſione cauſæ, videlicet, ex eo quia modus excedatur, & in quo & aliàs appellatio non tenet, ſecundum Barto. in d. l. ab executore, & clarius per Specula. in titu. de execu. ſen. §. nunc videndum. uerſi. quid ſi ab executore, & uer. nunquid, cum enim non poſſit appellari, niſi modus excedatur,

tur, vt ſuperius dictum eſt, modum excedere non poteſt, niſi cauſa expreſſa, ſecundum Barto.& Specula.vbi ſupra.& Ioann. And.in prae alleg. §.in quibus.ver.5. & ſic ſecundum eos eſt mera interlocutoria. Pro hoc facit quod no. in auth. de hære. & fal. § ſi quis autem non implens, in gl. ſuper verbo, decreto incipit, ſcilicet admonitorio, quæ
88 vult, † quòd monitio iudicis facta hæredi, quod ſoluat legata, ſit interlocutoria, & per hoc dicit ibi Ang. apparet, quòd iudex qui præcipit debitori, quòd ſecundum formam l. ſi debitori.ff. de iudic.vel etiam neganti, vel forte mandando inſtrumentum confeſſionatum executioni mandari, ſecundum formam ſtatutorum Italiæ præcipiendo dicitur ferre interlocutoriam, non diffinitiuã, ſecundum eum. Hęc intellige quando talis pronuntia tendit ſolum ad finem executionis, & productio inſtrumenti fit ſine aliqua cauſæ cognitione: ſecus ſi fiat poſt terminum ad opponendum, & dicendum quare inſtrumentum non debeat pronuntiari exequendum, & ſic fiat cum cauſæ cognitione, quia tunc habet vim diffinitiuæ, & de ea, vt de diffinitiua eſt cenſendum, ſecundum theoricam Ioan. And.in c.peruenit. de app. & Bart. in l. non fatetur.ff.de confe.quo caſu non habet vim diffinitiuæ, quia principale negotium diffinit, & non plus per diffinitiuam operari poſſet. arg.eorum quæ dicit Io.And.in 1. gl.de appella.

89 QVadrageſimonono. Quæro, † Iuxta præmiſſa pronuntiatur inſtrumentum exequendum, pone ad rem vẽditam, contra venditorem, venditor expreſſa iuſta cauſa appellat, emptor petit fructus rei uenditæ ſequeſtrari, ſeu rem venditam: quæritur nunquid poſſit? Reſpondeo, Sic: quoniam & ſi quando appellatur à ſententia diffinitiua non fiat ſequeſtrum, niſi perſona ſit ſuſpecta, vt nota.ff.de appel.leg. Imperatores, & de ſequeſtra. poſſeſſ. & fruct.cap. ſi.tamen in propoſito cum appelletur ab executione, ſeu mixtim executione & interlocutoria, ſequeſtrum fieri debet indiſtincte, vt ſit quãdo appellatur ab executione ſententiæ, vt d.l.ab executore.C.quo.appel.non re.

QVinquageſimo. Quæro, An excluſus ex forma ſtatuti ab exceptionibus proponendis, poſſit iudicis officium implorare per quod creditor ab agendo, ſeu à petendo executionem, prohibeatur? Reſpon. Sic: quia prohibitus excipere, non prohibetur iudicis officiũ implorare, vt ff.de pe. hęr.l.plane.& l.3.in ſi.ff.nau.cau. ſtab. & in d. §.& parui refert, & in d.l.plane.

90 QVinquageſimoprimo. Quæro, Iuxta proximam q. † Si debitor exceptione à ſtatuto excluſa munitus, iudicis officium imploret, an lite pendente creditor impediatur executionem petere? vel creditor petit executionem, reus implorat iudicis officium, an executio retardetur? Reſpondeo, Iudicis officium nititur ęquitate, reſpectu

vtriuſque

vtriuſque partis, videlicet ne creditor cum aliena iactura lucretur, & debitor damnum patiatur. Si igitur iudicis tam officium imploratum requirat, altiorem indaginem, quàm executio, quæ petitur per creditorem, ut quia requirat ordinem iudicij, iuxta no. in c. fi. de offic. iudi. tunc excutio non Impeditur. ſiue iudicis officium imploretur coram eodem iudice, ſiue & fortius coram diuerſo, ſicut dictum eſt, ſi petatur in integrum reſtitutio, & ſi opponuntur aliæ exceptiones, quia non foret çquitas, quòd executio retardaretur propter iudicium ordinarium intentatum, & cui denegatur defenſio, multo magis actio. C. de tranſaction. leg. nec intentio. Si uero non requireret altiorem indaginem, vt quia haberet inſtrumentum de exceptione competente, quod ſimiliter executionem mereretur, tunc executio impeditur, quia ſic dictat çquitas, & ſic hoc caſu non denegatur exceptio, & quia eſt quædam mutua petitio, quæ ſimiliter terminari debet, cum çqua inſtrumenta ſunt priuilegiata, vt no. de mutu. per. capitu. primo, & l. prima. §. final. de uari. & extraordinat. cog. per Bar. & in auth. & conſequenter, per Doct. C. de ſen. & interl. om. iu. melius in d. cap. 1. de mutu. peti. & idem dico ſi per viam nullitatis agatur, quia creditor petat exequi, & debitor inſtrumentum nullum pronuntiari, vel econtra debitor petat inſtrumentum nullum pronunciari, & creditor petat exequi coram eodem iudice.

QVinquageſimoſecundo. Iuxta præmiſſa Quæro, Dictum eſt ab unde ſupra in 11. quæſt. quòd exceptio nullitatis, quæ poteſt
91 incontinenti probari impedit executionem inſtrumenti. † Sed quid ſi commiſſa ſit cauſa nullitatis ad inſtantiã debitoris vni iudici, & creditor petat executionem coram iudice ordinario cauſæ: cui iudex delegatus nullitatis inhibet, ne nullitatis cauſa indeciſa pendente, procedat tam iudici, quàm parti, nihilominus iudex ordinarius cauſæ ad inſtantiam creditoris commiſſione & inhibitione non obſtante exequitur inſtrumentum, an teneat executio facta lite pendente, & poſt inhibitionem? Reſp. Sic: quia motio huius litis non impedit executionem, prout expreſſe no. Innoc. in cap. cum in iure, de offic. delega. ſuper verbo, de mandato, nec impedit inhibitum, quia non impeditur litis proſecutio ſuper nullitate, quia hoc ſpeciale eſt quando res diffinitiuæ ſententiæ conformes latæ ſunt, vt in cle. 1. de re iud. quæ ponit ius nouum & ſpecialem caſum: & ſi agens obtinebit in cauſa nullitatis, obtinebit reuocationem executionis, de reſti. in integ. c. ſuſcitata. C. de prec. imper. off. quæ ſupplicatio. de proc. c. in noſtra, & c. auditis, & de re iu. c. paſtoralis, in cle. nec ob. ff. de iud. l. ſi prætor. in fi. ad quam reſponde vt reſpondet Innoc. in d. cap. cum in iure, & hoc tenent do. de Rota eorum deciſio. 280. Si uero ageretur de

nullitate

nullitate coram eodem iudice, dic ut in proxima q. dictum eſt.

92 Q Vinquageſimotertio. Quæro, Iuxta prædicta, † quid ſi ſtatutum dictat quòd nulla exceptio neque defenſio admittatur. Barto. in d. §. & parui refert, dicit quòd nunc neque iudicis officium poterit implorari, ſubdit tamen quòd tunc & forte poterunt a iudice exceptiones opponi, cum hæc generalitas ſit nimis ampla. arg. ff. ſi quis. cau. leg. ſed & ſi quis. §. quæſitum. & quod no. in glo. in cap. ex parte. de offi. deleg. & ſic recedit quaſi a dictis ſuis, paulo ante in d. §. & parui refert, de quo dic vt dixi ſupra in 4. quæſt. ſatis ample. In prædicta tamen l. plane. ff. de pet. hæred. tenet abſolute ꝙ hoc caſu non poſſit iudicis officium implorari. Tu autem dicas, ꝙ nedum iudicis officium, ſed neque iuſtæ exceptiones, per dicta generalia uerba intelliguntur excluſæ, vt uult Specu. in titu. de oblig. & ſol. §. 1. ver. inſtrumentum, ſuper ver. nullam aliam contrariam exceptionem, ſeu defenſionẽ opponere, per quam conuentionem non intelliguntur excluſæ iuſtæ exceptiones ſimiles reſpectu verbi, exceptionem, ut dixi ſupra in 1. q. Sed ſi ſtatutum tolleret defenſionem expreſſe, vt in terminis tertiæ quæſt. de exceptionibus dictum eſt, tunc putarem verum dictum Bar. ꝙ videlicet, iudicis officium implorari non poſſit, vt ſi diceret ſtatutum, quòd non obſtante exceptione ſolutionis, &c. & defenſione, vt iuris agendi, ſeu mutuæ petitionis, & quibuſcunque alijs exceptionibus, & defenſionibus, inſtrumenta executioni mandẽtur, & fortius ſi diceret, non obſtante, quòd iudicis officium imploraretur, uel quòd non poſſit implorari cauſa executionis inſtrumentorum, ut dicit ſtatutum ciuitatis Anconæ, quod dixi ſupra in tertia q.

93 Q Vinquageſimoquarto. Quæro, † quo remedio ſuccurratur debitori exacto, qui habet iuſtas exceptiones, tamen a ſtatuto excluſas? Reſpondeo, Quòd ſoluat, & repetat condictione ſine cauſa, ſecundum Bart. in l. Iulianus verum debitorem. de condi. inde. & in d. §. & parui refert, nec obſtat quod repeti poſſit tanquam indebitum, quod ſoluitur iudicis mandato. C. de condi. inde. l. 1. quoniam id uerum eſt, ſi ad repetendum ſolutum competit ſolum condictio indebiti, vel ſine cauſa: ſecus ſi illa actio competat, vt ſi uolebam opponere exceptionem, dolo facis petere, quod reſtituturus es: nam non admiſſa exceptione huiuſmodi ſolutum repetere poſſum actione mihi competente. At ſi haberem neceſſario condictionem indebiti, vel ſine cauſa intentare, etiam non excludor, ut ff. mandati. l. ſi fideiuſſor. §. omnibus, & ff. de condictio. ſine cau. l. ſi fullo. Nec obſtat l. 1. de condi. inde. quia loquitur eo caſu quo in primo iudicio examinari potuit, an foret debitum, uel indebitum. argu. eorum, quæ ibi ſcribit Cyn. facit de iureiuran. cap. debitores, ubi

debi-

debitores propter iuramentum coguntur ſoluere vſuras,& repetunt, quia obſtante iuramento, ſeu exceptione vſuraria tueri non potuerunt. Nam ſoluens, quia ex forma ſtatuti non poteſt opponere exceptionem doli,vel metus, non dicitur iuſtrumentum approbare. Sed videtur ſoluere ne capiatur, ideo ſolutum repetere poteſt,ſecundum Bart. C.quod met. ca.l. 2.ad fi.Ex quo ibid.Barto.not.quòd licet ſtatutum tollat exceptionem habentem in ſe naturalem ęquitatem, tamen ſoluens repetere pôteſt, non quia tutus exceptione,ſed quia tutus naturali æquitate, quod dicit eſſe notandum.

94 QVinquageſimoquinto. Quæro, † Quando petitur executio inſtrumenti continentis debitum frumenti,uini, vel olei, vtrum habeatur ratio æſtimationis à tempore moræ. Reſpondeo, ſecundum opi.glo. in leg.in hac. ff.de triti.non habetur: quia officium iudicis exequentis ſe non extendit ad hæc: ſed ſuper inſtrumento ſolum petitur executio & tempore celebrati inſtrumenti videtur lata ſententia, & à tempore moræ vſque ad ſententiam habetur ratio intereſſe, ſecundum glo. Sed Barto. tenet quòd etiam poſt ſententiam creſcit æſtimatio, vt l. 3.§.in hac. ff.commoda,ſecundum lect.Bart.& ſic poſt inſtrumentum huiuſmodi celebratum ſecundum eum,qui in his terminis hoc tenet in d. §. in hac tetigit in l.uinum.ff. ſi cer. peta. quod intellige, videlicet creſcere æſtimationem deducto tempore, quod datur iudicatis, ſeu ad ſoluendum ex forma ſtatuti. ff.de vſur. l.in fideicommiſſi,in principio,ſecundum eum.

95 QVinquageſimoſexto. Quæro, † Dictat ſtatutum,quòd non poſſit peti executio inſtrumẽti poſt decem annos,an poſt decem annos poſſit creditor agere uia ordinaria, & inducere inſtrumentum ad probationem debiti ad finem ſententię condemnatorię exequendę, non ad finem executionis? Bald. in leg. plane. ff. quod fal. tutor. aucto. dicit audiuiſſe Barto. dicentem, quod ſic argumen. d.leg. Tu autem,dicit ipſe,conſidera verba ſtatuti, aut ſtatutum diſponit de exceptione contra executionem,aut contra debitum principale. Primo caſu verum dicit Barto. ſecundo non,argumen.de tute.& ratio.diſtra.l. 1.§.in tutela.ſecundum eum, & ſic Barto.verum dicit in exemplo propoſito quo ſtatutum diſponet de executione contra executionem. Ad hoc quod dixi ſupra in 4.& 6.q. Ad hoc,quia & ſi ſtatutum diſponat, quòd inſtrumenta habeant executionem,non propterea tollitur quominus poſſit ordinarie agi, & hoc probat,ſicut ſi diſponeret poſſe procedere ſine figura iudicij,poſſet nihilominus ordinarie agi, ut in clem.ſæpe de verbo.ſignifica.in fine.niſi per ſtatutum tolleretur iudici poteſtas procedendi aliter, quàm per viam executiuam, vel mandaretur per principem iudici,quòd exequatur:nam eo

caſu

caſu non poſſet ordinarie agi, per ea quæ notantur in dicta clem.in fin.in glo.ſuper verbo,non contradicentibus.

96 QVinquageſimoſeptimo. Quæro, † Si ex forma ſtatuti obligatus debet aſtringi vigore publici inſtrumenti, ſaluis certis exceptionibus, an clericus ſuccedens laico debitori per inſtrumentum obligato poterit aſtringi coram iudice laico? Reſpondeo, Non: quia clericus etiam in realibus debet gaudere beneficio clericali, & conueniri in foro eccleſiaſtico, iuxta not. in authen. vt omnes obed. iudic. §. licet conſiderantes, & per Archi. de cleri. coniu. cap. 1. verſicul. 6. Et quia vbi contra hæredem debet fieri executio, oportet præmitti vocationem & aliquam cauſæ cognitionem, quam in clerico iudex ſecularis præmittere non poteſt, argume. ad hæc quod not. per Innoc. de iudic. cap. quia V. ſecundum do.de Rota ſic tenentes, eorum deciſione 366.quę incipit,Obligatus eſt ciuis Auinionenſis,&c.in deciſionibus nouis.

QVinquageſimooctauo. Quæro, Plane conſtat ſurdum, & mutum ſimul etiam a natura, contrahere ſeu inire poſſe contractus, & omnia quæ conſenſu contrahuntur. ff. de acti. & obli. leg. in quibuſcunq. ff. de reg. iur. leg. non voce. ff. de pac. leg. item quia, & quod ibi no. ff. de acquir. hæred. leg. mutum, vbi Bartol. ponit qualiter notarius rogatus debeat ſcribere inſtrumentum, de ſpon. cap. cum apud, & cap. tuæ, cum ſimi. dummodo mutus, & ſurdus intelligat quod agit. Inſtitut. de hæred. quali, & differ. §. 1. ff. de verb. oblig. leg. 1. in princip. & extenſe explicat Bartol. ibi. & latius Ioan. And. in d. cap. cum apud, vbi materiam muti, & ſurdi latius alio explicat. Intelligere autem in dubio præſumitur, vt not. C. qui teſt. face. poſſ. leg. diſcretis, in
97 ver. non habeat, & C. de codicil. leg. nec codicillos. † Quid ergo erit de contractibus huiuſmodi, cum omnes contractus hodie fiant per ſtipulationem, an teneant? Bartol. in d. leg. 2. §. ſi quis ita, de verb. oblig. dicit quòd valent, vt contractus ſine ſtipulatione celebrati, quia idem eſt intelligere per ſigna, & intelligere per nuntium, vt ff. ad Treb. leg. ſeruo inuito. §. ſi pupillo. Qua ratione ſi in inſtrumento non continetur mutuum, ſed confeſſio mutui recepti non poſſet agi, ex tali inſtrumento ex ui ſtipulationis, ſed deberet agi certi condictione ex mutuo, & probaretur per confeſſionem contentam in inſtrumento. Sed ſi inſtrumenta huiuſmodi habeant executionem paratam ex forma ſtatuti, dicit quòd cum talia inſtrumenta guarentigiam continentia habeant vim ſententiæ, ſeu præcepti facti in confeſſum, forte aliud foret dicendum. Sed quia talia ſtatuta ſunt facti, non poteſt ſententia-

Z ri,niſi

ri, niſi verbis ſtatutorum diligenter inſpectis, ideo per te ipſum diſpice, ſecundum Bart. in d.§.ſi quis ita. Ang. ibidem dicit, quod ſi ſtatutum dicit exequi inſtrumenta continentia pręceptum guarentigiæ, tunc licet ſtipulatio ſit inutilis, præceptum eſt utile, ſicut dicimus in ſententia, ut leg. cū putarem. ff. fami. erciſcun. l. poſthumus. §.ſi quis ex his.ff. de inoffic.teſta. Nihil aliud eſt quærendum, niſi an præceptum ſit factum. Si autē ſtatutum diſponit exequi inſtrumenta ſuper obſeruatione contractuū facta: tunc quia ſtipulatio inutilis nō eſt cōtractus, non habet locū ſtatutum, & non fit executio, ſecundū Ang. ibi, quorū neutrū dictum procedit: quia ſtatutum diſponens exequi inſtrumenta continentia præceptū guarentigiæ, &c. intelligitur de inſtrumentis validis, qualis nō eſt ſtipulatio ſurdi & muti. leg. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. ſi ad ſtipulationem præceptum referatur. & ſi diſponit exequi inſtrumenta ſuper obſeruatione contractuum, habebit executionem vt contractus ſine ſtipulatione celebratus, tene ergo Bart. quia ſi verba ſtatuti referantur ad ſtipulationem, non habebit executionem. Si ad contractum, & tunc ſi ſubſiſtat ſine ſtipulatione, ſic, ſi uero non ſubſiſtat ſine ſtipulatione, non. Ideq aduertenda ſunt verba contractus & ſtatuti, vt dixit Barto.

FINIS.

PRACTICA SVPER LIQVIDATIONIBVS, ET EXECVTIONIBVS INSTRVMENTORVM

ſecundum formam ritus Magnæ Curiæ Vicariæ.

FRANCISCI ANTONII de iudice Roberto cauſidici Neapolitani Tyronibus apprimè utilis & neceſſaria.

Cum Additionibus Hieronymi Sadeolis, & Franciſci Antonij de Maczia Neapol.

TRACTATVRVS modum præſentandi & liquidandi inſtrumenta iuxtà formam ritus magnæ curiæ Vicariæ in hoc breui compendiolo nolui libros in librum tranſcribere, nec fimbrias dilatare vel materiam digreſſionibus ampliare: cum potius ambitioſum, laborioſumque, quàm vtile videretur: Iccirco breuitate accinctus conſideraui dictum ritum qui incip. [*Item quòd ſi qui debitores.*] & pro faciliori eius intelligentia faciam quatuor conſiderationes principales: In prima videbimus quid ſit inſtrumentum, & quæ requirantur, ut ſit publicum, & auctenticum. In ſecunda quæ inſtrumenta ſint liquida. In tertia per quos & contra quos poſſint preſentari, & liquidari. In quarta quo ordine procedatur in cauſis ſuper præſentationibus, & liquidationibus inſtrumentorum ſecundum prædictum ritum. Quibus omnibus breuiter ac diſtinctè diſcuſſis, & examinatis, Deo duce, huic opuſculo finem imponam.

CONSIDERATIO PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum quid, & aliud non eſt niſi inſtructio a verbo inſtruo.*
2 *Inſtrumentum & contractus in quo differant.*
3 *Inſtrumentorum appellatione quæ ueniant.*
4 *Quæ requirantur pro ſubſtantia & ſolemnitate publicorum inſtrument. cum inſtrum. defectiua in aliqua ex ſolemnitatibus non inducant plenam probationem.*
5 *In inſtrumentis primum debet contineri inuocatio Domini noſtri Ieſu Chriſti.*
6 *Poſt eam inuocationem ponendi ſunt anni Domini.*
7 *Requiritur item nomen Regis regnantis in regno vbi ſit inſtrum. & aliorum regnantium in aliis locis.*
8 *Requiritur dies & menſis in quo inſtrum. conficitur.*
9 *Requiritur etiam indictio ſecundum conſuetudinem loci.*
10 *Item apponendus eſt locus in quo facta eſt inſtrum. ſtipulatio.*
11 *Requiruntur etiam quòd in inſtrumen. & ſtipulatione contractus interueniant notarius publicus & iudex ad contractus, ac etiam teſtes.*
12 *Notarius intelligitur qui ſit legitime creatus ab habente poteſtatem.*
13 *Teſtes quoque deſcribi debent qui fuerant præſentes.*
14 *Subſcriptio præterea teſtium, requiritur de iure Regni.*
15 *Quæſtio, an ualeat inſtrum. cum ſubſcriptione teſtamentum tantum ſine deſcriptione facta per notarium.*
16 *Requiritur etiam quòd notarius ſit rogatus de confectione inſtrumenti.*
17 *Legi debet etiam inſtrum. partibus per notarium.*
18 *Requiritur etiam quod inſtrum. publicum ſit ſcriptum in charta de pergameno in Regno.*
19 *Inſtrumenta tangentia magnates ſeu Barones Regni debent eſſe ſtipulata & ſcripta per notarios qui non ſint eorum vaſalli.*
20 *Deſcriptio teſtium ſola ſufficit in inſtrument. confectis extra regnum. Et quæ ad plenam fidem præterea requirantur, & vt ſint authentica.*

Circa

1 CIrca primam conſideratioнē † ad euidentiam huius mate
teriæ præmitto, quòd inſtrumentū aliud non eſt niſi in-
ſtructio, a verbo inſtruo ex eo quòd veritatē inſtruat, &
quæ inter contrahētes geſta ſunt cōtineat, vt innuit tex.
in l. 1. ff. de fide inſtrumen. & latè Spe. in titu. de inſtru.
edi. §. 1. vbi etiam dicit, quòd eſt ſcriptura ad probationem alicuius
rei facta, vel alio modo, ſcriptura ſolennis, & ordinata, ac ſcripta
per publicam perſonam cauſa memoriæ facta, cui adde Abb. in rubr.
extra, de fi. inſtrum. & inſtrumentum fuit inuentum, vt per id faci-
lius probetur contractus. leg. cum res. C. de proba. not. glo. in cap. po-
ſtea 25. q. 2. in prin. & proinde inſtrumentum dicitur probatio pro-
bata ſecundùm Barto. Soci. in conſi. 89. 8. col. in prima par. & Tho.
gram. in deci. 103. nu. primo, cum concor. per eum allegatis. Et Bal.
in l. intereſt. C. de ſolu. dixit, quòd inſtrumentum eſt probatio conten-
torum in eo. Aliquando autem inſtrumentum nuncupatur muni-
mentum, ideſt, quòd mentem munit, vt per Cardi. in Clem. pri. 2. q.
de procur. & extra de his quę fiunt à præla. ſine con. capi. c. quanto. §.
& extra de teſti. cap. ad hæc, aliàs pręſentium. §. fina. Et in hoc aduer-
2 tendum eſt, quòd † inſtrumentum & contractus inter ſe differunt;
quia inſtrumentum propriè eſt ipſa ſcriptura notarij de conuentio-
ne partium; contractus verò eſt ipſa partium conuentio ſecundùm
Barto. in leg. ſiquis legatum. ff. de falſ. & Abb. in d. rubr. de fi. inſtru.
3 Sed q̃ritur quæ veniant appellatione inſtrumentorū? Rn̄deo, † quod
propriè ueniunt carthæ quibus negocia annotantur ſecundùm glo. &
Bartol. in leg. notionem. §. inſtrumentorum. ff. de verbo. ſigni. Sed
largo modo, & impropriè veniunt etiam teſtes. ut in d. leg. 1. ff. de
fi. inſtrum. Bar. in leg. admonendi, in fi. ff. de iureiur. cap. peruenit. de
teſti. cog. & Cardi. in clem. ſæpe. §. & quia 22. q. de verb. ſigni. cum ibi
not. Contrarium autem habetur in prac. Papi. in titu. de inſtrumen. in
verſi. exhibens, & Fely. in d. cap. peruenit, per leg. cenſus. ff. de prob. l.
4. §. eiuſdem quoque. ff. de teſti. & 4. q. 3. cap. ſi teſtis. in verſic. ſæpe.
nam quando fit mentio de publicis inſtrumentis, non ueniunt te-
ſtes: unde ſi in iudicio daretur dilatio ad producendum inſtrumen-
ta, non intelligeretur data ad producendum teſtes. Spec. de dila. §. vi-
dendum, & ibi Bald. in addi. in verſi. in dilationibus. glo. & Card. in
d. clem. ſępe. 22. q. de verb. ſigni. & maximè in materia ſtatutorum.
vt eſt dictus ritus, qui ſtricto modo & in propria ſignificatione in-
telligendus eſt. Item uenit ſcriptura priuata, niſi in contrarium ſit
communis vſus loquendi, ut tenent Bartol. & Bal. d. in leg. 1. C. de
iur. cal. Abb. & Fely. in d. rub. de fi. inſtrumen. in d. cap. peruenit, &
Alex. in leg. 1. ff. eod. titul. Ego verò hic loquor de publicis inſtru-

mentis in propria ſignificatione tantùm: quia de his ſtatuit, & loquitur.d. ritus ibi ex quibus debitis publica inſtrumenta appareant &c. Et quoniam inſtrumentorum appellatione non veniunt inſtrumenta inualida ſecundùm Bal. in leg.fi. §.in computatione.C.de iur. delib.Bart.& Alex.in leg. 4. §.condemnatum.ff.de re iudi.& in l.non putauit.§.non quæuis.ff.de contratab.Alex.in conſ.165. 2.par.Barto. in leg.1.§.& parui.verſic. ſed quid ſi.ff.quod vi,aut clam.& Ang.in l. 2.§.1.quemadmo.teſta.aper.Propterea circum ſcriptis omnibus alijs definitionibus inſtrumentorum ad hanc meteriam non tendentibus,

4 dicam quę † requirantur pro ſubſtantia,& ſolennitate publicorum in ſtrumentorum,cum hoc ſit apprimè neceſſarium pro intelligentia, & practica dicti ritus: nam inſtrumenta defectiua in aliqua ex ſolennitatibus non inducunt plenam probationem maximè notario mortuo ſecundùm Bart.in d.leg.admonendi,verſi. quæro quid ſi in aliquo in ſtrumento. ff.de iureiur. per l.fi.C.famil.erciſ. & leg.1.§.ſi roſæ.ff.de

5 bo. poſ. ſecun. tabu. refert, & ſequitur Lanfran.in deciſ.501. † Et ad rem veniendo dico,quòd publicum inſtrumentum primò debet con tinere inuocationem domini noſtri Ieſu Chriſti, glo. in leg. generali. C.de tabu. lib.10. & in auct. vt præpo.no impe.Bartol.in proœ.ff.orum,& ibi. Alexand.Abb.& Fel.in cap.1.fid.inſtrum.Spec.in titul.de inſtrum.edi. §.breuiter. nu. 2. ſed aduerte dictam inuocationem non eſſe de ſubſtantia inſtrumentorum, ſed ſolùm de ſolennitate Bal.in l. 1.C. de nouo codi. confir.Ang.in conſi. 274. & Iaſ. in rub. de noui ope.nun. nume.7. & eius omiſſio non vitiaret inſtrumenta.Bal.Pau. de Caſt.& Alex.in leg.iuriſgen.§. quod ferè.ff.de pac. Bartol. in conſi. 197. Hodie uerò eſt adeo conſuetum inter notarios apponere dictam inuocationem Domini in principio inſtrumentorum, quòd nunquam vidi eam omitti, unde ſtante tali laudabili, ac ſancta conſuetudine crederem, quòd inſtrumentum ſine huiuſmodi inuocatione non obtineret integram fidem: nam inſtrumenta ſuper quibus libet contractibus fieri debent ſecundùm conſuetudinem loci.Bart. in leg. ex ea parte. ff. de verb. obli. & Dyn. in conſil.31. & quamuis dicta vocatio ſit de ſolennitate, & non de ſubſtantia,nihilominus iſta ſolennitas ratione conſuetudinis efficitur de ſubſtantia,adeo quod omiſſio ſolennitatis introductæ ex ſola conſuetudine reddit actū nullum.Fely.in d.ca.1.de fi.inſtrum.nume.2.& ſi hoc non efficeret,conueniens equidem & amabile Deo eſt ſemper in omni actione incipere ab inuocatione diuini nominis: tunc etenim omnia rectè geruntur ſecundùm Specul.in loco præalleg.& ita communiter in hoc Re-

6 gno ſeruatur. † Item poſt dictam inuocatiouem poni debent anni domini noſtri Ieſu Chriſti, ut in d. auct. vt præpo. no. impe.& Spec.

ſupra

ſupra nume.4.& dicti anni ſcribi debent per extenſum,& non per ab breuiaturas,ſeu abbacum ſecundum glo.in Conſtitu.Regni.Conſuetudinem quam,in verb.& legibilem, per tex.d.conſti. & C.de emen. Iuſti.codi. §.ult.& de vete.iur.enucle.leg.2. §.ne autem per ſcriptum,
7 & ff. de bon. poſ. l. ſed cum patrono. §.fin. † Item requiritur nomen Regis regnantis in Regno, ubi fit inſtrumentum,ut in d.auc.vt præpo.no.impe. Abb. & Fely. in d. cap.1.extra de fide inſtrum.& ſi fit in terris eccleſiæ, requiritur nomen Papæ, ſcilicet de conſuetudine ſecundùm Bald.in rub. C. de fi.inſtrum. Anto.de Butr.in proœ.decre. & Alex. in addi. ad Bart. in verſicu.viciat,in leg.ſi librarius.de regul. iur.& in terris Imperij apponitur nomen Imperatoris.Bald.in d.rub. & Specu. in loco prædicto.num.8.vbi etiam dicit,quod in Curia Romana ponuntur anni quibus Papa ſedit, & idem ſeruatur in Regno ci
8 terioris Siciliæ, vbi pronuntur anni,quibus Rex regnauit. † Item requiritur dies, & menſis in quo conficitur inſtrumentum, vt in leg.1. C.de apo.pub.lib.10.& in leg.3.C.de diuer.reſcrip.Bar.in conſ.197. incip.reperitur inſtrumentum,& aliquando debet opponi hora diei, ſi expedit ſcire horam, vt per glo.ſing.in leg.ſi ex pluribus.§.de ſolu. & Ioan. And. in addi.Specu.in titu.de inſtrum.edi.§.1.in uerſi.dies, aliàs ſufficit apponere diem tantùm, & idem dico de loco loci,vt te-
9 net Fely.in cap. ego N.extra de iu.iur.circa prin. † Item.requiritur in dictio ſecundùm conſuetudinem loci, vt per Specul. in d.§.1.num.5. & 6.Bart.in leg. nominatim. de condi.& demon.& in d.l.ſi librarius. de regul. iur.& in leg. ſiquis ex argentarijs.§.ſi initium.ff.de eden.& vide Corn.in conſil. 93.in litera C. in 4.par. & in conſil.118.in litera F. licèt eius omiſſio non vitiaret inſtrumentum per ea quæ Afflic.in conſti.Baiulos omnes. Sed quæritur, quid ſit Indictio?Dic,quòd indictio eſt quidam numerus annorum conſtans ex tribus luſtris.1.quindecim annis:nam quinque anni faciunt luſtrum.ff.loca.leg.item quęritur.§.qui impleto,& hæc indictio poni debet propè principium cuiuſlibet inſtrumenti incipiēdo a prima indictione per totum annum, & dicatur indictione prima,& in ſecundo anno dicatur indictione ſecunda,& ſic vſque ad decimumquintum annum, & deinde incipitur iterum à prima indictione, & ita fit perpetuò: & ſi uis ſcire,ſi eſt falſum inſtrumentum per indictionem, vide quotus annus Domini,& quota indictio apponitur in eo, & facias numerationem ab anno primo natiuitatis Domini, quo tertia currebat indictio, & ſi non reperies indictionem iuſtam cum milleſimo, inſtrumentum erit falſum ſecundum glo. in c. inter dilectos, extra de fi. inſtrum. in verb. Indictionis, iuncto text. ibi, quem vide: Et indictio incipit a primo ſeptembris cuiuſlibet anni ſecundum generalem conſuetudinem Re-

gni: à quo die in prouincia terræ Bari fit numeratio milleſimi, & non à die natiuitatis.

ADDITIO.

Adde quòd annus in Ciuitate Auerſæ incipit ab incarnatione Domini, in ciuitate iſta Neap. à die natiuitatis, uide Affl. in Conſt. Baiulos no. 18. Hier. Sadeolis.

10 † Item requiritur locus, in quo ſtipulatio inſtrumenti facta eſt, vt per Ang. in auct. vt præpo.no.impe. gl.in c.abbate ſanè, de re iudi.in 6.Bart.in l.contractus, & in l.comparationes. C.de fi.inſtr. Fely.in d. c.1.nu.6.ubi dicit, quod conſuetudo in contrarium non ualeret, & uide
11 Cor.in cõſ.60.in litera C.& in conſ.216.in litera B.in 4.par.† Item requiritur, quòd inſtrumento, & ſtipulationi contractus interueniant notarius publicus, & iudex ad contractus, ſeu cartularius, ac etiam teſtes, ut in conſtitu. regni. Inſtrumentorum robur, & in conſti. Baiulos omnes. Qui notarius poſt deſcriptionem loci debet ponere nomina, & cognomina iudicis, & ipſius notarij, & aliquorum teſtium, qui interfuerunt: quia aliqui notarij ſolent deſcribere teſtes in calce inſtrumentorum, & ſecundum quotidianum uſum notariorum ſolet ſcribi hoc modo, videlicet. Nos talis ad contractus Iudex, & talis publicus regia authoritate notarius, & infraſcripti teſtes ad hoc ſpecialiter uocati & rogati præſenti ſcripto publico inſtrumento notum facimus & teſtamur, quòd prædicto die in noſtri præſentia conſtituti &c. & deinde requiritur, quòd ipſe notarius ſcribat intelligibilem ſeriem facti literis legibilibus. Alex.in leg. quicquid aſtringendæ. ff.de ver.oblig.& non cifris, vel ſignis. Alex. in conſi. 153.in 3.volu.& conſtitu.Regni.
12 Conſuetudinem quam. † Et dum loquor de notario intelligo, quod ſit legitimè creatus ab habente poteſtatem, ut in conſti. Regni. In locis demanij. Andr. de Iſer. in cap. 1.de fi. inſtru. & ibi Fely.num. 19.& Bal. in l. 2. C.quan. fiſ. uel priua. Et quando ipſe notarius eſſet impeditus iuſto impedimento, vel haberet poteſtatẽ in priuilegio ſuo, poterit inſtrumenta ſcribi facere per alium, dum modo ſe ſua manu ſubſcribat, ut per Cardi. Floren.& Anto.de Butri.in c.fi.de offic.deleg.Alexan.in conſilio 50. in 3. volum. Verum in dicta ſubſcriptione debet facere mentionem de ſua poteſtate, vide Afflict.in dict.Conſtitu.Baiulos omnes nume. 27.& ita pluries uidi fuiſſe ſeruatum: Et ſi notarius ſcribit manu ſua inſtrumentum, debet in fine ipſius facere mentionem, quòd ipſe ſcripſit, & ponere ſuum ſolitum ſignum notariatus, ut per Specula.in dict.§. breuiter. nume.11.in titul.de inſtrum.edi.Bar. in prin. ff.uete.Iacob. de Are. & Imo.in l.ad teſtium.§.ſiquis.ff.de teſta.glo.

ſta.glo.in auct.ſi.inſtrum.in §.ſed & inſtrumenta,& glo.in §.item lex cornelia. Inſti. de pub.iudi.Fely.in d.cap.1.num.13.cum concor.per eum alleg. nec poteſt notarius ſuum ſolitum ſignum mutare ſecundùm Bald.in proœ. Cod. nec poteſt vti ſigno alterius,vt per Fely.ubi ſupra,& uide Bald. in titul. de pa.Conſtan. §.pacta.& §.die lunæ, & Corn.in conſi.70.incip.Duo in litera A.& in conſi.180.incip.placet. in litera D.& in 4.par. Item requiritur ſubſcriptio iudicis ad contractus qui interuenit in ſtipulatione contractus ut in d.Conſtitu.inſtru-
13 mentorum rubor. † Item requiritur deſcriptio teſtium,qui fuerunt præſentes in ſtipulatione contractus, ut in d.glo. in leg.generali,cum concor. alleg. per Abo.Fely. Anto. de But.& Inno.in d.cap.1. de fi.inſtrumen.& per Specu.eod.titul. §.1.prope finem: quæ deſcriptio fieri debet per notarium. leg. in donationibus,& ibi glo.& Bald.C.de dona.& glo. in auct. de hæred. & falci. §. ſi uerò in uerb. ad hoc, & de conſuetudine ita ſeruatur per notarios & huiuſmodi deſcriptio per aliquos notarios ſolet fieri in corpore inſtrumenti prope principium ante narrationem facti ſeu contractus, & per aliquos in calce
14 inſtrumenti,ut ſupra dictum eſt. De iure † uerò huius regni ultra dictam deſcriptionem requiritur ſubſcriptio ipſorum teſtium eorum proprijs manibus,vt in d. conſti.Inſtrumentorum robur. Aduertendum tamen eſt, quòd inſtrumentum ſi continet ſummam infra libram auri,ſufficit ſubſcriptio duorum teſtium ad minus, ſi verò vltra libram auri requiritur ſaltem ſubſcriptio trium teſtium, vt in d.conſtitu. niſi eſſet inſtrumentum teſtamenti, nam tunc requiritur ſubſcriptio ſeptem teſtium, vt concludit Afflict.in d.conſtitut.Inſtrumentorum robur. nume.4. ſed iuxtà hoc quæritur, ſi inſtrumentum eſt factum in aliquo loco, in quo non eſt copia literatorum, an ſufficiat, quòd teſtes ſe ſubſignent ſigno crucis proprijs manibus, & notarius faciat mentionem, quòd teſtes neſciunt ſcribere? Et dicendum puto, quòd ſic per ea quæ Luc.de Pen.in leg.nulli.§.omnia. C. de num. in verb.mentionem, lib.12.And.de Iſer.& glo. in d. conſtitut.Inſtrumentorum robur. in ver. aſſumantur. per text.in leg.fi.in fi. C.de iur. delib.& C.de teſta.leg.fin.§.fi. cum ibi not.Sed Afflic.in d.conſtitur.
15 nu.5.ponit † quæſtionem,an valeat inſtrm̃ cum ſubſcriptione teſtiũ tm̃ ſine deſcriptione facta per notariũ, & concludit,ꝙ ſi teſtes ſubiecti ſunt omni exceptione maiores valet inſtrm̃ abſque deſcriptione, fretus authoritate domini Bar. de Capua: Sed in hoc ego valde dubitarem; quia d.conſtitut. Inſtrumentorum robur.non adimit ſolennitatem iuris communis, ſed ſtatuit & auget maiorem ſolennitatem ad euitandum falſitates, vt text. d.conſtitut.in prin. & quando dicit, quòd teſtes ſe ſubſcribant, vult, quòd ſint probatæ fidei,& omni ex-

ceptione maiores, adeo quòd ex uerbis textus colligitur ceſſare rationem poſitam per Afflictum, quòd ſufficiat ſubſcriptio teſtium omni exceptione maiorũ abſq; deſcriptione, maximè quia antiqua, & quotidiana conſuetudo, & notariorum vſus deſcriptionem, & ſubſcriptionem copulatiuè obſeruauit & obſeruat ex forma tradita per d.
16 Conſtitu. † Item requiritur, quòd notarius ſit rogatus de confectione inſtrumenti, & proinde notarij ſolent dicere in inſtrumentis, quòd fuerunt rogati, & eis credendum eſt de rogatione, vt tenet Specul. in loco præalleg. num. 13. & Felyn. in d.c.1. num. 20. & rogatio fieri debet ab his, quorum conſenſu actus dependet, vt per Abb. in d. cap. 1. & ibi. Felyn. num. 21. & Afflict. in d. conſtitut. Baiulos omnes nume.
17 29. & Bald. in rub. C. de fi. inſtrumen. † Item requiritur, quòd inſtrumentum partibus legatur per notarium ſecundùm Afflict. in prędicta
18 conſtitut. & Fely. in d. cap. 1. † Item requiritur, quòd inſtrumentum publicum ſit ſcriptum in cartha de pergameno in hoc regno, vt in con
19 ſtitut. Conſuetudinem quam, de inſtrum. conſi. † Item ſi ſunt inſtrumenta tangentia magnates, ſeu Barones regni requiritur, quòd ſint ſtipulata, & ſcripta per notarios, qui non ſint eorum vaſalli, alioquin etiam ſi continerent omnia alia ſubſtantialia, eſſent ipſo iure nulla, & nullam fidem facerent, ut in cap. Regni incipi. Non ſine prudentis
20 &c. † Item ſi ſunt inſtrumenta confecta extra regnum, vbi non ſeruatur, nec extenditur diſpoſitio. d. conſtit. Regni. Inſtrumentorum robur. Sed ius commune, ſufficit tantùm deſcriptio teſtium ſecundùm glo. in d. leg. generali. C. de tabu. lib. 10. concor. Sed vt eis adhibeatur plena fides, & habeantur pro publicis, & auctenticis requiritur, quod in calce ipſorum inſtrumentorum ſint ſcriptæ literæ teſtimoniales cum ſigillo impreſſo officialis, vel vniuerſitatis illius loci ſeu ciuitatis, vbi dicta inſtrumenta confecta ſunt, quemadmodum ille notarius, qui ea ſcripſit, & ſignauit, eſt notarius fidelis, & legalis, publicus Regia, Imperiali, vel Apoſtolica authoritate, vt in rit. incip. Item ſeruat ipſa curia, & quòd inſtrumentis.

ADDITIO.

Vide Paul. de Caſtro in leg. prima. num. 4. C. vbi de ratiocinijs agi oportet. Hier. Sadeiolis.

Afflic. in deciſ. 251. & in d. conſti. inſtrumentorum robur. nume. 10. in fi. vbi etiam dicit quod ſi non ſunt dictæ literæ teſtimoniales, poterit ſummariè probari per idoneos teſtes extraiudicialiter, quod intellige, ſi inſtrumenta ſunt confecta in loco cognito, puta Florentiæ, ſi uerò in loco incognito, qui raro nominatur, puta ultra montes,

tunc eſt neceſſaria fides officialis, ſeu vniuerſitatis, vt in d.titu,& faciunt ea que Bal.in l.exẽplo.circa prin.C.de proba.& Lãfran.in c.quo niã cõtra de proba.in verſ.Inſtrumẽtorũ productio.in 3.col.vbi dicit, quod debẽt portari literæ teſtimoniales officialis illius loci,in quo degit tabellio,& nõ ſufficit in eis dici,ꝙ talis eſt publicus tabellio,ſed oportet,ꝙ fiat fides,qđ inſtrumẽtũ fuit ſcriptũ a tali tabellione,quod incipit ſic, & finit ſic. vide And.de Iſer. in d.conſtitut.Inſtrumentorum robur. Alex.in conſil.166.2.colum. 2.volum.& Soc.in conſil.33.2. col.uolum.1.unde deficientibus dictis literis teſtimonialibus non daretur fides dictis inſtrumentis confectis extra regnum, & ex conſequenti non dicerentur publica, nec poſſent liquidari iuxta formam ritus dictæ magnæ curiæ. Et nota, quod licèt inſtrumenta confecta extra regnum non habeant requiſita per d. conſti. inſtrumentorum robur. nihilominus poſſunt præſentari & liquidari iuxta formam ritus in Regno; quia quò ad ſolennitates inſtrumenti & conſideratur locus, in quo celebratum eſt,& quò ad executionem attenditur locus iudicij, in quo ipſa executio petitur ſecundùm Pau.de Caſt.& Alexa. in leg.2.C.quemadmodum teſta. aper. & Roma.in conſil.243.& ſimili modo poſſunt præſentari iuxta dictum ritum inſtrumenta ſtipulata per notarios mortuos, & reaſſumpta in publicam formam per alios notarios habentes poteſtatem cum ſolennitatibus narratis per Afflict.in d.conſtit.Baiulos omnes,nam dictus ritus admittit quęcunque inſtrumenta publicam formam habentia: Et hæc breuiter collecta circa ſolennitates, & ſubſtantialia inſtrumentorum publicorum in materia practicabili dicti ritus dixiſſe ſufficiat.

ADDITIO.

Pone quòd inſtrumenta ſcripta fuerint in chartis raſis:gloſ.per illũ tex. in l.chartæ.ff.de bon.poſſ.ſecundum tabulas tenet quòd valent, & Bar. ibi contrarium de conſuetudine, quæ ſecundum.Affl.in conſtitutione, conſuetudinem colum.4.num. 3. de inſtrumentis conficiendis,communiter obſeruatur in hoc Regno noſtro,& maximè ad euitandum falſitates,quæ de facili in chartis iſtis comitti poßunt,bene verum quòd fiant,requiritur Principis diſpenſatio, pro ut in multis uidi diſpenſatum. ¶ Sed quid ſi in aliqua parte inſtrumentum videatur raſum, vel deletum? gloſ. in leg. 1. §. fin.in verbo muribus.ff.eo.de bon.poſſ. ſecundum tab.tenet quòd eſt ei credendum, ſi raſura ſit in illa parte in qua vertitur dubitatio; quòd verum eſt ſecundum. Bartol. ibi niſi per aliquam partem ipſius comprehendi poſſit, quid in illa raſa contineretur capit.cum olim,ext.de cenſ.vel fateretur Notarius cancellationem, & ſupra ſcriptionem ipſe feciſſe,quia tunc creditur

ei per text. in d.leg. 1. ff. de his quæ in teſt. del. vide ad hoc Barto. Socin. in tract. fall. in Reg. prim. quæ incipit abraſio.

CONSIDERATIO SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 *Liquiditas inſtrumenti dupliciter conſiderari poteſt. Et quòd inſtrumenta liquida ſeu pura proprie dicuntur illa quæ non indigent alia probatione.*

2 *Etiam illa quæ ſunt pura & abſque conditione poſſunt præſentari & liquidari.*

3 *Sed fallit, ſi eſſent elapſi anni 20. à die natæ actionis debiti in inſtrum. contenti.*

4 *Fallit etiam ſi debitum in inſtru. contentum ſit infra unciam.*

5 *Præterea eſt illiquidum inſtru. in quo fuerit promiſſum aliquod incertum ratione quantitatis, donec probetur certa quantitas.*

6 *Quæſtio, an ſit liquidum poſſitque præſentari contra debitorem illud inſtrumen. in quo eſt promiſſum aliquid fieri.*

7 *Quæſtio alia, an pendente calculo uerioris quantitatis promiſſæ ſub ea conditione calculi verioris, tale inſtrumen. dicatur liquidum.*

8 *Alia item, ſi promittitur aliqua certa quantitas conſiſtens in numero pondere vel menſura conſignanda in aliquo loco.*

9 *Debitor poteſt iuſſu creditoris alteri ſoluere, & liberatur.*

10 *Quando à iure datur electio fori etiam perſonis miſerabilibus, intelligitur, quod poſſit eligi iudex qui habeat iuriſdictionem contra reum, & non ſit penitus incompetens.*

11 *Sicut debitor non poteſt cogi ad ſoluendum niſi in loco deſtinato, niſi fuerit in mora: ita nec creditor cogitur recipere in pondere, numero & menſura creditum in alio loco quàm in deſtinato.*

12 *Quæſtio, ſi inſtrumen. eſt partim liquidum & partim illiquidum, quando poſſit liquidari.*

13 *Quæſtio alia, an poſſit præſentari & liquidari inſtrum. non obſtante quòd contractus ſit ultro citroque obligatorius certæ diei ſolutionis.*

14 *Quæſtio alia, an inſtrumen. locationis & conductionis ſit liquidum & poſſit præſentari per locatorem pro conſecutione penſionis.*

15 *Quæſtio alia, an poſſit inſtrum. liquidari pro duc. 100. qui ex cauſa mutui habiti, ſolui fuerint promiſſi ad certam diem in tanta quantitate frumenti.*

16 *Quid verò ſi promiſſa eſt certa quantitas frumenti pro ducatis 100. debitis per obligatum?*

Sequitur

SEquitur modo videre quæ inſtrumenta ſint liquida, ut
1 poſſint præſentari iuxta formam dicti ritus; & † dico, quod liquiditas inſtrumenti conſiderati poteſt dupliciter ſcilicet reſpectu conuentionis partium ne ſint pact. vltro citroque obligatoria, & reſpectu quantitatis promiſſæ in inſtrumento, & ex hoc infero, quòd inſtrumenta liquida, ſeu pura propriè dicuntur illa, quæ non indigent alia probatione. l.
2 fin.C.de fal. cau.adie. † Item illa quæ ſunt pura, & abſque conditione ſecundùm Deci. in conſi.46. & in conſi.4.primi uolum.& omnia iſta inſtrumenta liquida per ſe, vel per relationem ad alia inſtrumenta ſcilicet publica,& ęquè ſolennia per ea quæ Deci.in c.ex parte lo.2. in 15.fallentia,extra de off.dele.poſſunt præſentari,& liquidari ſecundum formam dicti ritus,vt in rit. incip. Item intelligitur iſte ritus, & pulchrè Bartol. in leg. proinde. §. notandum. ff.ad l.aquil. cum concor.alleg.per Alexand.in addi.ibi,dummodo in ipſis inſtrumentis cō tineantur pœnæ pecuniariæ,vel iuramenta,ſeu ipſorum alterum,vt in
3 alio rit.incip. † Item quòd ſiqui debitores. Fallit, ſi eſſent elapſi anni viginti a die natæ actionis debiti in inſtrumento contenti: quia tunc non poteſt agi uia executiua vigore dicti ritus, ſed uia ordinaria, vt in rit.incip.Nota quòd iſte ritus.concor.Bart.in leg.planè. ff.quod fal. tu.auct.& ratio dicti ritus credo quòd ſit: quia pœnalis actio præſcribitur ſpacio viginti annorum.leg.querela.C.de falſ.quod intellige ſi opponatur per ea quę Bart.in leg.1.§.accuſationem ff.ad ſen. conſul. Turp. & in l. abſenti. ff.de pœnis: nam quādo accuſatio eſt extincta, poteſt quis pati ſe conueniri, & condemnari de facto. ff.ad exhi. leg. ſiquis.§.quantum,& ff.de rei uen.leg. ſi poſt acceptum,& idem Bart. in l.ſi Titius.ff.de verb.oblig.Item intellige,ſi infra annos viginti non ſit expedita,& intimata citatio debitori: quia per huiuſmodi citationem eſſet interrupta præſcriptio. Iaſ.in §. pęnales, inſtitut. de acti. in pen.colum.num.128.cum ſeq.Fely.in cap.illud de præſcrip.niſi talis citatio ſit circunducta: quia per citationem circumductam non inducitur interruptio præſcriptionis. Bal. l.& poſt edictum §.1.ff.de iudi. & in leg.1.ff.de in ius vocan.& in leg.fi.ff.de eo per quem fac.erit,ſimiliter non ſit interruptio præſcriptionis per citationem nullam.Barto.in leg.accuſaturus.ff.de adul.& Bald.in leg.ſi pater.C.ne de ſta.defun.refert,& ſequitur Iaſ.in d.§.pœnales.num.130.Et in hac fallentia nota, quòd obligationibus factis apud acta curiæ attenditur minor numerus: nam ſi ſunt decurſi anni decem à die natæ actionis, non poteſt fieri accuſatio,& executio de facto & abſque partis citatione ad dicendum cauſam,quare non debet accuſari,& exequi, & ita ex antiqua conſuetudine fuit ſemper ſeruatum in magna Curia Vicariæ, &

tene

tene menti: quia de hac obſeruantia non reperitur aliquis ritus ſcriptus, benè tamen illam cõfirmat Afflict.in Conſti. Regni Dilationes, nume.22. vbi dicit, quòd obligatio pœnes acta æquiparatur ſententiæ iudicis, ut dicunt Doct. in cap.ſi quando, de offi.dele.& ſententia antiqua non mandatur executioni abſque partis citatione ſecundùm Andr.de Iſer.in eadem Conſtitut.Fallit, etiam † ſi debitum in inſtrumento contentũ ſit infra unciã vt in alio rit.incipit,Item quæcunque.
4

A D D I T I O.

Vide Marant.in 6.parte in 8.actu.nu.25. Hier.Sadeolis. 1

5 Præterea ſi in aliquo † inſtrumento fuerit promiſſum aliquod incertum ratione quantitatis, veluti intereſſe, tale inſtrumentum eſt illiquidum donec probetur quantitas certa facit d. l.fin.C.de falſ. cauſ. adiec.& Bartol.in d.leg. proinde.§.notandum.ff.ad l.aquil.& in l.2.
6 in fi.C.de ſen.quæ ſine cer.quan.profe. Fuit autem † hęſitatum,an inſtrumẽtum,in quo eſt promiſſum aliquid fieri, poſſit dici liquidum, & præſentari ſecundum formam ritus contra debitorem facti, & ex vna parte dicebatur, quòd inſtrumentum,in quo non continetur aliqua quantitas conſiſtens in numero,pondere uel menſura non poteſt præſentari,ſecundùm ritum: quia ritus non faciat mentionem de debitore facti,ſed uidetur loqui de pecunia numerata,Item allegabatur, quòd dictus ritus nunquam fuit practicatus contra debitorem facti. Item quòd obligatus ad factum regulariter non cogitur præciſe ad factum,ſed liberatur præſtando intereſſe ſecundùm Bart. & Alex.in l.ſi quis ab alio. ff.de re iudi. & in leg.ſtipulationes non diuiduntur ff.de verb. oblig.& pro intereſſe non poteſt agi uia executiua, vt ſupradictum eſt: In contrariũ replicabitur, quòd ritus loquitur generaliter de debitore pecuniæ,vel alterius rei quæ debetur,ut rit.incip.Vbi autem & obligatus ad factum debitor eſt, & comprehenditur in ritu, qui loquitur generaliter, & pecuniæ appellatione non ſolum numerata pecunia, ſed omnes res tam ſoli quam mobiles,& tam corpora quàm iura continentur,vt in leg.pecuniæ nomine.ff.de ver.ſigni. Ex his concludendum eſt,quòd quando debitor facti cogitur præciſè ad factum, inſtrumentum promiſſionis talis facti poteſt præſentari ſecundum ritum, veluti ſiquis promiſit facere inſtrumentum de aliquo contractu ſecundùm Bald. in leg. plures, C.de fid.inſtrum.Item quando dominus vendens feudum vaſallo pollicetur realem, & effectiuam poſſeſſionem: quia dominus tenetur præciſè mittere in poſſeſſionem vaſalum, nec liberatur præſtando intereſſe ſecũdùm Bald. in

cap.

cap.ſi facta.ſi de feu.fue.contro.inter do.& agna.vaſ. Item quando in obligatione facti interuenit iuramentum ſecundùm Alex.in d.leg.ſtipulationes verſic.ſed quæro, & in conſi.37. ſecundo uolum.ubi dicit, hanc eſſe communem opinionem, & in ſimilibus caſibus, quos quilibet ſtudioſus in iure poterit reperire, & ita fuit deciſum per magnam Curiam Vicariæ,& ſacrum Conſilium in cauſa Domini Ducis Seminatiæ cum domino Hieronimo Colũna obligato ad faciendũ inſtrumentum ratificationis venditionis cuiuſdam feudi factæ per eius matrem dicto Duci, qui cum recuſaſſet,fuit conuentus uia ritus & condẽnatus, & ad euitandos carceres fecit inſtrumentũ ratificationis promiſſæ,in qua cauſa interuenit pro actuario Egregius Nicolaus
7 Copula. † Sed pone, ꝙ in inſtrumento fuit promiſſa certa quantitas pecuniæ cum pacto, quòd ſi facto calculo inter contrahentes minus deberetur, illa minor quantitas cenſeatur promiſſa, an tale inſtrumentum dicatur liquidum pendente calculo? Dic quod ſic ſecundùm Soci.in l.pecuniam.ff.de reb.credi.ſi cer.pet. per tex.in l.2. iuncta glo.ff.de in diem adiec.Vbi dicit pluries in facto obtinuiſſe,& ratio eſt:quia attenditur præſens ſtatus, & non quod in futurum euenire poteſt, & talis contractus non poteſt dici conditionalis ſed reſoluendus ſub conditione, ſequitur Tho. gram.in deciſ.58.num.10.&
8 11.† Quid ſi promittitur aliqua certa quãtitas cõſiſtens in numero, pondere, vel menſura conſignanda in aliquo loco, vbi non moratur, nec domicilium facit creditor, an inſtrumentum talis promiſſionis ſit liquidum, adeo quod eius uigore poſſit agi via ritus executiua in alio loco, & foro non deſtinato contra debitorem moroſum? & dicendum eſt, quòd reſpectu promiſſionis factæ eſt liquidum: quia non continet conditionem, ſed ad hoc vt poſſit præſentari, & liquidari iuxta formam ritus in alio loco, & foro non deſtinato, requiritur quod creditor in primis doceat per publicum inſtrumentum, quòd ipſe, ſeu eius legitimus procurator tempore ſolutionis, ſeu conſignationis promiſſæ fuerit præſens in loco deſtinatæ ſolutioni paratus recipere quantitatem promiſſam, per tex. in l. arbiter calendis. ff. de recep. arbi. Bar.in l.item illa. ff. de conſti. pecu.Afflic.in deciſ.316.& Lanfran.in deciſ.197.qui allegat tex. in l. ſi in diem, in prin. ff. de condi. & demon. aliàs non poſſet liquidari, quia debitor poſſet opponere,quòd non fuit in mora,& offerre ſolutionem in loco deſtinato, & non poſſet cogi ad ſoluendum in alio loco, ut in l.quod ſi Epheſi.§.interdum.ff.de eo quod cer. loco & interim deberet abſolui ab obſeruatione iudicij per tex. cum glo. in d. §.interdum. Sed quomodo formabitur tale inſtrumentum? Dic, ꝙ creditor, ſeu eius legitimus procurator tempore ſolutionis promiſſæ

debet

debet ſe conferre ad locum deſtinatum, ibique inueniat officialem illius loci, & coram publico notario, & teſtibus narret ſibi negotium, & quòd acceſſit illuc paratus recipere debitum ſibi ſolui, ſeu dari promiſſum mediante publico inſtrumento, & roget ipſum officialem, vt perquiri faciat debitorem per illam terram ſeu ciuitatem per publicũ proclama, vel alio modo, & facta huiuſmodi perquiſitione de ordine dicti officialis, eoque non reperto, creditor, ſiue eius procurator proteſtetur contra ipſum debitorem conſtituendo ipſum in mora, & de omnibus prædictis fieri faciat publicum inſtrumentum: Si uerò reperiatur talis debitor, vel habet domicilium cum familia in illo loco, fiat ei interpellatio, & requiſitio cum interuentu Iudicis, notarij, & teſtium, & fiat inſtrumentum: Alia quoque forma ſolet adhiberi in caſu præmiſſo, ſcilicet quando creditor non poteſt ſe conferre ad locũ deſtinatæ ſolutionis, deputet, ſeu conſtituat aliquem procuratorem, ſeu exactorem commorantem in loco deſtinato, & deinde expediri faciat prouiſiones ab aliquo iudice habẽte iuriſdictionem in eum notificando debitori, quòd in tempore conuento ſoluat tali uiro deputato ad exigendum habitanti in loco deſtinato ſolutioni, & proteſtetur contra ipſum, quòd ſi ſecus fecerit, liceat contra eum agere

9 tanquam moroſum: † Nam debitor poteſt iuſſu creditoris alteri ſoluere, & liberatur. l. ſolutam. l. aliud, & l. fin. ff. de. ſolu. & l. qui hominem. §. ſi debitorem eo. titu. & facta tali notificatione, & conſeruata in actis curiæ, ſi debitor non ſoluerit perſonæ deputatæ; poterit ipſe creditor illum conuenire coram quocunque iudice habente iuriſdictionem contra talem debitorem moroſum non obſtante q ſolutio debiti ſit promiſſa in alio loco, tex. eſt in l. 1. ff. de eo quod cer. lo. dixi coram quocunque iudice habente iuriſdictionem, quia

10 quando a iure datur electio fori † etiam perſonis miſerabilibus, intelligitur, quòd poſſit eligi iudex, qui habeat iuriſdictionem contra reum & non iudex penitus incompetens ſecundum And. in conſti. Regni. Statuimus. in uerſic. generalia tamen uerba, & Afflict. in deciſ. 257. Hinc eſt, quòd ut plurimum ſolet eligi tribunal magnę curiæ Vicariæ, quę habet generalem iuriſdictionem in toto Regno, ut patet per plures conſti. capi. & prag. Regni ac ritus di-

11 ctæ magnę curiæ. † Et nota in hac quæſtione ultra prædicta, quòd ſicut debitor non poteſt cogi ad ſoluendum niſi in loco deſtinato, niſi fuerit in mora per l. 1. cum ibi no. & l. quòd ſi Epheſi. §. interdum. ff. de eo quod cer. loco. ita nec creditor cogitur recipere in alio loco quam in deſtinato, vt in l. is qui, cum ibi not. ff. eo. tit. niſi debitor offerat intereſſe ſecundùm Doc. in l. qui Romæ. ff. de uer. obli. & Pau. de Caſ. in d. l. is qui, Vlterius quæro, ſi eſt inſtrumẽtum

partim

partim liquidum , & partim illiquidum ; quia in eo ſunt aliquæ promiſſiones vltro citroque obligatoriæ , quando poſſit liquidari iuxta ritum ? Dico in hac quæſtione eſſe diſtinguendum , videlicet aut illiquiditas impedit ſolutionem debiti, veluti quia facta eſt promiſſio de ſoluendo,vel dando aliquid ſub cõditione adimplenda per creditorem ante ſolutionem promiſſam hoc modo,promiſſa eſt certa quantitas pecuniæ,ſi nauis ex Aſia venerit,vel ſi creditor habitauerit in tali loco , vel iuerit pro eo Romam , aut aliquid ſimile, tunc tale inſtrumentum non poterit præſentari , & liquidari iuxta ritum , niſi prius impleta conditione , & creditor in promptu doceat per publicum inſtrumentum conditionem fuiſſe impletam : nam defectus conditionis impedit petitionem debiti promiſſi , vt in leg. ſi ea conditione . C. de condi. inſer. & leg. id quod . ff. de conſti. pecu. non enim poteſt dici debitor ille qui aliquid debet cauſa conditionis implendæ ſecundùm Bart.in l.ſtatuliberos. ff. de ſtatulib. quia debitor propriè eſt ille à quo inuito poteſt extorqueri.l.debitor,de uerb.ſigni.cum ibi not.& l. fideiuſſor. §. fideiuſſor.de fideiuſ. Sed quia pendente conditione non poteſt ab eo tanquam inuito extorqueri , ergo &c. ita Bart. in leg. 1. circa fi. ff.de reb.cre.ſi cert.pet. Aut illiquiditas non impedit ſolutionem, veluti quia debitor promiſit ſoluere centum creditori die primo Auguſti,& è conuerſo creditor promiſit aliquid dare debitori primo Septembris,& ſic poſt ſolutionem , & in tali caſu dico , quod huiuſmodi inſtrumentum eſt liquidum , & poterit præſentari iuxta formam ritus per creditorem,cum adhuc non ceſſerit dies adimplendi promiſſa ex parte creditoris. leg. cedere diem ff. de verbo. ſig. cum concor. & Alexand. in l.in illa.ff. de uerb. oblig. & talis promiſſio facta per creditorem intelligitur reſpectiua , vel cum conditione , ſi debitor prius ſoluerit : Verum creditor agens pro conſecutione debiti (ſi legitima cauſa ſuſpicionis exiſtat arbitrio iudicis) tenebitur cauere de adimplendo promiſſionem ſuam in tempore conuento per tex.in l.in omnibus. ff.de.iudi. l.egi.ff.ſi ſer.uendi.& facit d.l.quòd ſi Ephpſi.§.interdum. ff.de eo quod cer. loco Quid ſi tempore quo uult agere creditor superuenerit tempus adimplendi promiſſionem ſuam , an dictus creditor poſſit agere uia executiua , antequam adimpleat ex parte ſua? Et crederem quòd non ; quia poſtquam ceſſit dies tenetur adimplere priuſquam agat , ut in d.l.cedere diẽ, & ſibi imputetur , ſi nõ egit ante pro cõſequutione quantitatis ſibi debitæ, cum potuerit: dãnum enim quod quis ſua culpa ſentit ſibi debet imputari.ca. damnum, de reg.iur.in 6.verùm dictus creditor poterit agere pro intereſſe paſſo ratione moræ contractæ per debitorem in non ſoluen-

 do

do die conuenta: quia dies expreſſa in contractu interpellat pro creditore. l. magnam. C. de contrahen. & commit. ſtip. l. 2. C. de iur. emphi. cap. ſi. extra de loca. l. quoties in diem. ff. de verbo. oblig. & not. in l. vinum. ff. ſi cer. pet. Aduertat tamen debitor, ut non conſignet ſuo creditori id quod promiſit ſibi dare, ſed illud deponat penes fidum bancum publicum: nam quod deponitur præſumitur ſolutioni paratum ſecundùm Pau. de Caſt. Barto. & Alexa. in l. ſingularia. ff. ſi certum peta. in fine per tex. in l. qui negocia. in verſ. nec ſimile. ff. man. & in l. certi condictio. §. fin. ff. ſi certum peta. & ſi faciat dictum depoſitum iuſſu iudicis, non tenebitur deponens de eius periculo. Bar. in l. ſi ſoluturus. ff. de ſolu. & in l. fin. C. de pigno. actio. & Bald. in l. acceptam. C. de vſu. per l. argentum. ff. commo. & facto dicto depoſito, creditor illud notificari faciat ſuo debitori, & ſimul citari faciat ipſum ſuper tenore inſtrumenti pro conſecutione debiti promiſſi, & poterit procedi ſecundum formam

13 ritus. † Præterea quæritur, ſi eſt facta promiſſio per debitorem in inſtrumento deſoluendo centum ſuo creditori certa die, & per creditorem e conuerſo promiſſum eſt aliquid fieri, vel dari ſuo debitori tempore ſolutionis dictorum centum, an tale inſtrumentum poſſit præſentari, & liquidari iuxta ritum per ipſum creditorem non obſtante, quòd contractus ſit vltro citroque obligarorius? Et teneo indubitanter quòd ſic, quia creditor non eſt obligatus adimplere ex parte ſua ante ſolutionem, ſed tempore ſolutionis, & per conſequens non poteſt impediri actus liquidationis talis inſtrumenti, argu. d. l. cedere diem. ff. de verbo. ſignif. l. inſulam §. interdum, & l. in illa, & ibi Alexand. ff. de verbo. obliga. Nihilominus laudarem, quòd creditor agens in commiſſione citandi, quæ in ſcriptis datur nuncio, offerat adimplere ex parte ſua: nam in iudicio ſola oblatio ſufficit. l. ſi rem. §. ſi. ff. de pigno. act. & hoc poteſt roborari ex his quæ dicuntur per tex. & ibi Pau. de Caſ. & alios Doct. in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. ubi agens pro conſecutione rei emptæ debet offerre precium, aliàs repellitur, & ſic econuerſo, & vide Lanfran. in deciſ. 359. At ſi faceret depoſitum, eſſet melius, & cautius, licèt, me iudice, non poſſet aſtringi ante tempus: nam ſolutio facienda per debitorem eſt deſtinata pro termino promiſſioni creditoris: Et ſi debitor citatus comparuerit cum pecunia & creditor in promptu non adimpleuerit promiſſionem ſuam, Iudex mandet pecuniam deponi, & non liberari donec adimpleat, ſi uerò non comparuerit, & fiet contumax, ità quod patiatur executionem, & uenditionem bonorum, Iudex ſimiliter mandet deponi precium ut ſupra: quia vtrique parti cõſulendum

eſt,

14 eſt, ſicque pluries in iudicio ſeruari vidi, & audiui. Quotidiana quæſtio eſt, an inſtrumentum locationis, & conductionis, ſeu, ut uulgo dicitur, affictus ſit liquidum, & poſſit præſentari iuxta formam ritus per locatorem pro conſecutione penſionis rei locatæ? Et dico quod non eſt liquidum, quia promiſſio facta per conductorem ſoluendo penſionem locatori intelligitur reſpectiua ad rem locatam, & ambo ſunt inuicem obligati: nam locator tenetur præſtare patientiã, quòd conductor fruatur re locata, & conductor tenetur ſoluere penſionem locatori, & hoc adeo uerum eſt, quòd etiam ſi locator expreſſe non promiſerit præſtare patientiam, tacitè intelligitur obligatus, tex. eſt in l. quæro. §. inter locatorem. ibi, quamuis nihil expreſſum ſit. ff. loca. & conduc. Abb. & Fely. in cap. peruenit. lo. 2. extra de iureiur. Ex quibus conſtat, quòd ſi locator prius non oſtendit in promptu per aliud publicum inſtrumentum, vel ſcripturam iudicialem, patientiam fuiſſe præſtitam, non poterit agere via executiua pro penſione, quia licebit conductori excipere quod non fuit præſtita patientia, ſicuti liceret agere. l. ex conducto. & l. ſi in lege. §. colonus. ff. loca. nam cui datur actio, multo fortius datur exceptio. l. creditori, iuncta glo. & ibi Alex. C. de pact. & l. 1. §. is autem. ff. de ſuperfi. & hæc exceptio impedit iudicium executiuum, quia tacitè oritur ex eodem contractu, ut in d. §. inter locatorem. immo hæc exceptio patientiæ ineſt contractui de ſui natura, & ideo opponi poteſt etiam quod ſtatutum diceret quod contra inſtrumentum nulla admittatur exceptio per ea quæ Deci. in cap. ex parte. lo. 2. in 10. fallen. extra de offic. dele.

ADDITIO.

Quis debet probare patientiam præſtitam fuiſſe vel non, locator vel conductor uide deciſ. Ped. 50. Hier. Sadcolis.

Cautela igitur eſt ad euitandum illiquiditatem inſtrumenti locationis, ut quando conficitur tale inſtrumentum locator renuntiare faciat conductorem beneficio exceptionis patientiæ non præſtitæ; quia per talem renuntiationem inſtrumentum redderetur liquidum, & poſſet præſentari iuxta formam ritus, nec conductor poſſet allegare exceptionẽ prædictã cui renuntiauit: quia quilibet poteſt renuntiare iuri pro ſe introducto. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & ad ius renuntiatum amplius non datur regreſſus. l. poſt quam litis. C. eo. ti. cum concor. maximè ſi talis renunciatio roboretur iuramento, quod ſemper ſeruari debet, quãdo poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, ut in cap.

cum contingat extra de iureiur. c. quamuis. de pac. in 6. & in auct. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. Sed quæro, an instrumentum afflictus etiam quod habeat renuntiationem [illegible] prædictam poſſit præſentari iuxta formam ritus pro pen[illegible]one debita ex tacita reconductione ſecuta? Dic, [illegible] non ſecundùm Afflict. in deciſio. 365. qui allegat [illegible] in l. legem. C. loca. & uide Alexan. in conſilio [illegible] & in conſilio 28. in 4. vol. Pone vltra prædicta alium caſum videlicet. Quidam † conſtituit ſe debitorem in ducatis centum ex aliqua cauſa, puta mutui, & pro eorum ſatisfactione promiſit conſignare certa die tantam quantitatem frumenti, vel ordei, prout communiter valebit tali tempore nulla expreſſa quantitate certa, ſi debitor non conſignauit frumentum, vel ordeum in tempore conuento, an creditor petere poſſit dictos ducatos centum, & pro eis liquidare inſtrumentum, non obſtante quod ſolutio ſit promiſſa in frumento, vel ordeo? Et tenerem intrepide quod ſic per tex. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. ff. de ſolu. & ratio eſt: quia centum ſunt in obligatione, & frumentum, ſiue ordeum in ſolutione tantùm glo. ibi in uer. decem. uerum debitor citatus pro pecunia habet facultatem conſignandi frumentum ante litis conteſtationem ſecundùm Bar. ibi. qui propriè loquitur in executione inſtrumentorum guarentigiæ in ulti. col. per tex. in l. item veniunt. §. idem rectè. ff. de peti. hære. & l. miles. §. decem. ff. de re iudi. & concludit, quòd creditor debet, & poteſt petere id quod eſt in obligatione tantùm, ſed quando dicatur lis conteſtari in hoc iudicio executiuo, & extraordinario? Puto quod lis conteſtatur quando fit actus liquidationis inſtrumenti: quia tunc legitur inſtrumentum in præſentia ambarum partium, & fit inuicem interrogatio, ut in d. rit. incip. Item quod ſi qui debitores. Quid autem ſignificet illud nomen guarentigiæ. Bald. in cap. 2. de lege Corradi. in uſi. feudo. dicit eſſe vulgare Tuſcorum, & dicitur inſtrumentum guarentigiæ, ideſt firmitatis, & præciſum, cui omnino ſtandum eſt. Si uerò in inſtrumento ſit facta promiſſio alternatiua, videlicet de ſoluendo pecuniam, vel conſignando frumentum, tunc alternatiua debet fieri petitio: quia utrunque eſt in obligatione ſecundùm Bar. in d. l. ſi quis ſtipulatus. circa prin. & in hoc caſu debitor habet electionem, quid vult ſoluere. l. qui ex pluribus, & ibi Barto. ff. de verbo. oblig. † Quid ſi promiſſa eſt certa quantitas frumenti, veluti centum modia pro ducatis centum debitis per obligatum? in hoc caſu dicit Bar. in d. l. ſi quis ſtipulatus, quòd vtrunque eſt in obligatione, per tex. in l. 1. §. an poteſt. ff. de conſti. pecu. & creditor poterit petere quid voluerit, & ſi petat pecuniam, debitor

Margin numbers: 15 (at "ſum videlicet"), 16 (at "ribus, & ibi Barto.")

debitor vſq; ad conteſtationẽ litis poteſt conſignare frumentũ : quia huiuſmodi obligatio procedit ex diſpoſitione hominis , ut tenet idem Bar.in l. ſtipulationes non diuiduntur.in pen. col. uerſ.ſed iuxta prædicta. ff. de verbo. oblig. Ex prędictis nota, quòd quando aliquis eſt debitor in ducatis centum , & pro eorum ſatisfactione promiſit conſignare tantam quantitatem frumenti , ut communiter ualebit tali tempore, creditor poteſt petere quid voluerit , per d. l. ſi quis ſtipulatus. Verùm ſi petierit frumentum, non poterit agere uia executiua iuxta formam ritus,niſi prius doceat per publicum inſtrumentum uel aliam auctenticam ſcripturam , quanti communiter ualebat frumentum in loco, & tempore conuento : nam inſtrumenta vt poſſint præſentari ſecundum formam ritus , oportet , quòd ſint liquida tam reſpectu quantitatis promiſſæ,quæ debet eſſe certa numero , pondere , uel menſura, ſecundum rei qualitatem, quàm etiam reſpectu conuentionis partium contrahentium , ne ſint pactionata per ea quę ſupra dixi num. 5.in hac ſecunda cõſi. Et idem dico in obligationibus factis penes acta curiæ: vt poſſint accuſari pro pecunia,quando facta eſt promiſſio conſignandi tantam quantitatem ordei, frumenti,olei,& ſimilium ſecundùm uocem dandam in aliquo loco; quia pro ordeó & ſimilibus non poterit fieri accuſatio, niſi prius conſtiterit de uoce ,.& precio ſpecierum promiſſarum per ſuperius allegata, & ita ſeruarem in practica.

CONSIDERATIO TERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Poſſunt pręſentare & liquidare inſtrum. pub. omnes creditores qui interfuerunt in ſtipul. ipſorum inſtrum. contra omnes debitores eorum qui perſonaliter interuenerunt.*

Idem intellige contra fideiuſſores debitorum : quia etiam dicuntur debitores.ibidem.

2 *Vera eſt concluſio quod inſtr.non poſſunt liquidari contra obligatos mediante procuratore vel nuncio.*

3 *Hæres creditoris declaratus hæres mediante decreto præambuli poteſt præſentare & liquidare inſtr. facta cum defuncto non obſtante quod non ſit iuratum in faciem ipſius hæredis.*

4 *Quæſtio , ſi inſtr. non fuit ſtipulatum in præſentia creditoris defuncti, an hæres eius facto præambulo poterit præſentare & liquidare.*

5 *Citatio autem ſuper tenore inſtr. debet expediri, ad inſtantiam dicti hæredis, & eius qui interuenit in ſtipul.*
Idem dicendum ſi viueret creditor & inſtr. fuiſſet ſtipul. in præſentia eius procuratoris ſeu notarij pro eo ſtipulantis. ibid.
6 *An procurator abſque interuentu Domini poſſit liquidare inſtrum. in quo ſtipulato cum procuratore, eſt facta promiſſio ſoluendi tam principali abſenti quam procuratori præſenti & cuilibet ipſorum in ſolidum.*
7 *Sin autem hæres creditoris eſt pupillus, tunc diſtinguendum eſt.*
8 *Vnum ſingulare in materia liquidationis inſtru. quod inſtru. liquida poſſunt præſentari etiam contra mulieres.*
9 *An clericus creditor poſſit agere contra ſuum debitorem Laicum uigore ritus mag. cur. Vic.*
10 *An alij fratres ſeu monachi, qui non ſint ijdem qui interfuerunt ſtipulationi, poſſint præſentare inſtrum. in quo aliquis ſe conſtituit debitorem monaſterii coram aliis monachis congregatis ad ſonum campanellæ.*
11 *Idem quæritur de vniuerſitate: quia vniuerſitas alicuius ciuitatis, ſeu caſtri, & eccleſiæ æquiparantur.*

POſtquam ſic breuiter dictum eſt, quæ inſtrumenta ſint liquida, videndum eſt per quos, & contra quos præſentari, & liquidari poſſunt, & circa hoc dico, quòd regulariter poſſunt præſentare, & liquidare inſtrumenta publica, & liquida omnes creditores, qui præſentialiter interfuerunt in ſtipulatione ipſorum inſtrumentorum per ea quæ Afflict. in conſti. regni. Eos qui ſcienter. numero 14. & contra omnes debitores eorum qui perſonaliter interuenerunt in obligatione, & ſtipulatione contractus, & non mediante procuratore, vel
1 nuntio, vt per eundem Afflict. in deciſ. 64. † Idem intellige contra fideiuſſores debitorum: quia fideiuſſores dicuntur etiam debitores. Bar. & Alexan. in l. 1. ff. ſi cer. pet. per tex. in l. & magis. ff. de ſolu. & l. ſi
2 fideiuſſor. in prin. ff. de lega. primo, cum concor. alleg. per † Alex. in d. l. 1. Proinde tene ueram concluſionem in practica, quòd inſtrumenta non poſſunt liquidari uia ritus contra obligatos mediante procuratore, vel nuntio, vt in d. deciſ. 64. Item nec contra hæredes debitorum, ut in rit. incip. Item ſeruat ipſa curia, quòd ſi debitor, & Afflict. in d. conſt. eos. nume. 5. & ratio eſt: quia iuramentum contentum in tali inſtrumento non eſt præſtitum de facie ad faciem: Itē quia hæres præſumitur habere iuſtam cauſam ignorantiæ, ut in d. ritu. Item quia pœnales actiones ex priuatis criminibus non dantur ad vindictam criminaliter contra hæredes, ut inſti. de perpe. & tempo. actu.

, acti. §. ſed hæredibus, & Bar. in l. 1. & ibi tex. ff. de priua. delic. Item quia iuramentum eſt perſonale ex parte iurantis, & non tranſgreditur perſonam, nec tranſit ad hæredes quò ad reatum periurij ſecundùm Io. And. in nouella in c. fin. de foro compe. in 6. Inno. in c. veritatis. extra de iureiur. & Bar. in l. 1. ff. de priuile. credi. & Afflict. in deciſ. 381.

A D D I T I O.

Quid ſi extaret ſtatutum in contrarium an haberet locum ſi hæres fecisset inuentarium, vide Dec. in l. debitori nu. 18. *C. de pactis Hier. Sadeolis.*

Hæres uerò creditoris declaratus hæres mediante decreto præambuli
5 poteſt † præſentare, & liquidare inſtrumenta facta cum defuncto non obſtante quod non ſit iuratum in faciem ipſius hęredis, vt in rit. incip. Item ſeruat ipſa curia, ꝙ ſi debitor, & in alio rit. incip. Item ſeruat ipſa curia, ꝙ ſi fit præſentatio, & in rit. incip. Item ſeruat ipſa curia, quòd quando. in tit. de præambu. ratio diuerſitatis eſt: quia iuramentum ex parte creditoris illud recipiens non eſt perſonale, & ideo tranſit ad ſucceſſorem ſecundùm Inno. in d. c. veritatis, & Affli. in deciſ. 285. ſed ex parte debitoris iurantis eſt perſonale ut ſupra dixi, quod intellige quando creditor defunctus ſtipulatus eſt pro ſe & hæredibus per ea quę Capi. in deciſ. 75. & tunc amplia dictum ritum etiam in hærede hæredis, ut poſſit agere via ritus docto prius de præambulo ſuo, & primi hæredis ſecundùm Bar. in l. fi. uer. & idē dico. col. 4. C. de edic. diui Adri. tol. ubi uidere poteris multa notatu digna in hac materia.
4 † Sed iuxta prædicta pone quod inſtrumentum non fuit ſtipulatum in præſentia creditoris defuncti, an hæres eius facto pręambulo ut ſupra poterit illud pręſentare, & liquidare uia ritus? Et teneo intrepidè quod non, quia quod non licebat defuncto dum uiuebat, nec licebit hęredi: nam qui in ius ſuccedit alterius eodem iure uti debet, ut in c. is qui, & ibi Dyn. extra de reg. iur. in 6. Attamen ſi inſtrumentum eſſet ſtipulatum in præſentia alicuius ſtipulantis, & interuenientis pro dicto creditore defuncto, tunc hæres dicti creditoris cum interuentu illius, qui ſtipulatus fuit pro creditore poſtea mortuo poterit dictum inſtrumentum liquidare iuxta formā ritus, ſicuti poſſet defunctus cum eius interuentu: quia in tali caſu duæ perſonæ faciunt vnam ſecundùm Afflict. in d. conſti. eos. nu. 13. per tex. in l. oſſa. in fi. ff. de religio. & ſumptu. fune. Sed aduertendū eſt, quòd citatio ſuper tenore inſtrumenti debet expediri ad inſtan-

tiam dicti hæredis facto preambulo & eius qui interuenit in ſtipulatione : Idem dico, ſi viueret creditor, & inſtrumentum fuiſſet ſtipulatum in præſentia eius procuratoris, ſeu notarij ſtipulantis pro eo: quia ad inſtantiam amborum debet agi, & uterque debet perſonaliter comparere in curia ad perſequendum, incuſandum contumacias, & faciendum liquidationem, & ita quotidie ſeruatur in magna curia vicariæ. † Quid ſi in inſtrumento ſtipulato cum procuratore eſt facta promiſſio ſoluendi tam principali abſenti, quàm procuratori præſenti, & cuilibet ipſorum inſolidum, an dictus procurator abſque interuentu domini poſſit dictum inſtrumentum liquidare? Dico quod non: quia oportet, quòd ambo agant, & compareant in curia, nam ſi creditor tantùm comparet, & agit, repellitur, ex quo non fuit corã ipſo iuratũ, & ſtipulatum inſtrumentum, ut ſuperius dixi.

ADDITIO.

Adde quod ſi procurator nedum procuratorio, ſed proprio quoque priuato & principali nomine ſtipulatus fuerit liquidabit inſtrumentum abſq; interuentu domini, quia iſto modo etiam principalis eſt, & ipſe, & dominus videntur duo rei credendi, vt vnius petitione, & acceptilatione tollatur obligatio. l. 2. ff. de duobus reis, Cauti procuratores ita inſtrumenta ſtipulare conſueuerunt, vt ſeruata forma ritus per eos deinde liquidare valebunt, hæc practica eſt communiter recepta, & obſeruatur in magn. Cur. Franciſcus Antonius Maczia.

Si verò procurator duntaxat agit, poteſt repelli; quia in cauſa ſuper liquidatione inſtrumenti etiam quò ad media ipſius cauſæ non poteſt interuenire procurator, vt in rit. incip. Item ſeruat dicta curia, in tit. de procu. nec vtilitas ſpectat ad procuratorem, ſed ad dominum, ut in l. 2. ff. ne vis fiat ei. cum concor. & domino competit actio utilis contra debitorem ex ſtipulatione facta per procuratorem, vt in l. in cauſæ. §. fi. & in l. ſi procurator meus. ff. de procu. & debitor poſſet dicere quod ſoluit principali domino, veniat ipſe ad reſpondendum ſuper liquidatione inſtrumenti: nam procurator eſt tantum adiectus ſolutioni: & ſi debitor comparens doceret in promptu ſatisfeciſſe, creditor deberet puniri tanquam calumniator, ut in tit. incip. Item in caſũ præmiſſo, quod fieri non poſſet, ſi creditor non ageret unà cum eius procuratore: nam procurator conditionem domini deteriorem facere non poteſt. l. ignorantis. ff. de procu. & not.
7 glo. in d. l. ſi procurator. in uerſ. non datur. † Sin autem hæres creditoris eſt pupillus, quomodo aget? Diſtingue, aut pupillus

eſt infans.i. minor ſeptennio, aut maior ſeptennio, ſiquidem eſt
infans, tutor eius tantum agere poterit conſtito prius de ſolennibus
tutelæ,& quod infans ſit declaratus hæres mediante decreto præam-
bulo, & facta eis mentione in citatione ſuper tenore inſtrumen
ti, nec opus erit in iudicio præſentia pupilli infantis, ſed tutoris
tantum, arg.l.1.§.1.ff.de admi.tu. Si verò pupillus eſt maior ſe-
ptennio, oportet, quòd agant pupillus, & tutor, & ambo compa-
reant in iudicio ad proſequendum litem, & faciendum liquidatio-
nem, ut in d.l.1.& C.qui legi.perſo.hab.ſtan.in iudi.l. momẽtaneæ.
ibi.maxime cum abſque &c. & ff.de damn. infect.l.ſi finita. §. ſi pu-
pillus.Et ſi ageret ſolum tutor,& conuentus allegaret pupillum non
eſſe infantem, iudex debet prouidere, quòd veniat pupillus corã eo,
& interim ſuperſedere in liquidatione: quia per aſpectum iudex co-
gnoſcet veritatem per ea quæ Lanfran. iu deciſ. 199. & ſi hoc allega
retur per procuratorem, iudex prouideat, quòd condemnetur debi-
tor non comparens perſonaliter, & ſuperſedeatur in exequendo do-
nec viſa perſona pupilli aliter fuerit prouiſum, & deinde ea uiſa ſi
apparuerit infans prouidere debet, quòd procedatùr ad executio-
nem, ſi non erit infans, ſed maior ſeptennio, quòd non procedatur
ad inſtantiam tutoris ſine præſentia pupilli per iura prædicta. Quid
ſi creditor poſt factum contractum euaſerit furioſus, ſeu menteca-
ptus, an poſſit agere uia ritus contra ſuum debitorem? Dic quòd ſic
cum interuentu curatoris legitimè dati: nam ſicuti admittitur ad agẽ
dum uia executiua pupillus cum interuentu tutoris,ita debet admit-
ti furioſus, & mentecaptus: quia furioſus æquiparatur pupill.l. Ful-
cinius.§.adeo.cum ſeq.ff.de quib.cau.in poſ.ea.& Fely.in c.cum non
liceat.nu.9.extrà de præſcrip. & Alex.in d.l.Fulcinus.§.adeo.Nota in
8 ſuper in hac materia liquidationis inſtrumentorũ † vnum ſingulare,
quòd inſtrumenta liquida poſſunt præſentari ſecundùm formam ri-
tus etiam contra mulieres, ut in d.ritu incip. Item quod ſiqui debito-
res,aut debitrices,& contra ipſas proceditur ad carcerationem vigore
dicti ritus: & in hoc uidetur corrigi ius commune, nam mulier etiam
pro cauſa criminali,quando pœna eſt pecuniaria, non poteſt carcera
ri, ut in auct. ſed nouo iure. C. de cuſto. reo. immo ſi fideiuſſorem
non habet, admittitur ad iuratoriam cautionem ſecundùm Bal. &
alios in l. plerique uerſ. ſed & ſi is. ff. de in ius uocan. & eſt text. in
auct. ſed hodie. C. de offi. diuer. iudi. niſi eſſet meretrix: quia etiam
pro debito ciuili carceratur, ut tenet Bal. in reper. ſuorum ſingula-
rium in uer.meretrix.dicens idem tenere Dy.in d.auct.ſed nouo iure.
niſi dicta meretrix eſſet coniugata ſecundũ eundẽ Bal. in l. conſenta-
neũ.C.quomo.& quando iudex. Ioan. And. in addi. Specu. in rubr.

de

de iniur. ſequitur Lanfran. in deciſ. 393. adde Soc. in regu. 259. ubi dat nonnullas limitationes ad d. auct. Ego credo, quòd carceratio mulieris conceditur in hoc iudicio ſuper liquidatione, & executione inſtrumentorũ uia ritus: quia licèt inſtrumenta liquidentur principaliter pro conſecutione debiti, nihilominus propter periurium dicitur cauſa criminalis ſecundùm Afflic. in d. deciſ. 64. & ultra pœnam pecuniariam debitores poſſunt puniri pœna mutilationis manus, vt in rit. incip. Item nota, quòd ille qui carceratur, & in rit. incip. Item ſeruat ipſa curia, quòd ſi aliquis, licèt nunquam fuerit proceſſum ad executionem pœnæ mutilationis ſeu truncationis manus, ſed ſolum detinetur debitor carceratus, donec concordauerit ſe cum creditore de debito, & cum fiſco de pœna pecuniaria, & ita ſeruatur hodie in magna curia Vicariæ, & vide notata per Afflict. in d. conſtitu. eos. Quęritur etiam, † an clericus creditor poſſit agere contra ſuum debitorem
9 laycum uigore dicti ritus magnæ curiæ Vicariæ? Et reſpondeo quòd ſic: nam clericus vtitur ſtatuto laycorum fauorabili in foro ſeculari ſecundum Abb. in c. conſtitutus. extra de in integ. reſti. Deci. in conſ. 281. Sed è contra laycus non poteſt agere uia dicti ritus contra clericum ſuum debitorem in foro eccleſiaſtico; nam laycus non poteſt uti eodem ſtatuto contra clericum in foro eccleſiaſtico, cum tale ſtatutũ non ſit factum ad inſtantiam clericorum ſecundùm Bald. & Fely. in c. eccleſia ſanctę Mariæ. extra de conſti. & in ſimili de inſtrumento guarentigiæ not. Panor. in c. fi. extra. de uita & hone. cleri. ſequitur Albe. oli. in rit. 22. cur. archi. Neap. in uer. exceptio iure congrui.

ADDITIO.

Idem dicit Marant. in octaua diſp. poſt ſuum ſpec. in c. aſſidue, in Palatijs num. 14. circa medium, dum allegat Bal. in l. cunctos populos. Hier. Sad.

Adde quòd quamuis hoc dicant DD. & in ſpecie Alb. de Oliua in præallegata glo. tamen de ſtilo contrarium ſeruatur in curia Archiepiſc. Neap. in qua contra clericos quotidie, & indifferēter practicatur ritus iſte Mag. Cur. de liquidatione inſtru. quem diu obſeruari uidi & fuiſſe obſeruatum ab antiquis audiui. unde uim conſuetudinis obtinere uidetur, quæ legem imitatur. §. ex non ſcripto. inſtit. de Iur. nat. faciunt ea quæ notantur ibi per DD. in l. de quibus. ff. de legibus. Franc. Ant. Maczia.

Adde quòd gloſ. Ritus cur. Archiepiſcopalis non loquitur in ſtatuto liquidationis inſtrumentorũ, Sed iuris congrui, quo utuntur clerici in foro Seculari contra Laicos, Sed non è contra per uerba dicti Ritus, excepto iure congrui, & quamuis dicat gloſ. Neapolitana in conſ. ſi Eccleſia de iur. cōg. quòd quando emit clericus pro eius particulari utilitate, & comoditate teneatur

neatur iure congrui, tamen contrarium obtinui ex diſpoſitione dicti Ritus, in cur. Archiepiſcopali Neapolitana in cauſa Reueren. D. Sebaſtiani uicalui, cum Nob. Doralice bonfiglio, facto uerbo in plena congregatione per Reuerendum Dominum Fabium Marantam exiſtente Vicario Reuerendiſſimo & peritiſſimo Domino Vincentio quadrimano ſub die x. Maij. 1581. prout in banca egr. Anelli Salerni. Franciſcus Antonius Maczia.

10 Vlterius pone, † quòd aliquis conſtituit ſe debitorem alicui monaſterio in aliqua ſumma, & ſtipulatio ſit coram aliquibus monachis congregatis ad ſonum campanellæ, ut fieri conſueuit, repręſentantibus dictum monaſterium: quæritur, an alij fratres, ſeu monachi repręſentantes idem monaſterium, ſi non ſunt illimet, qui interfuerũt ſtipulationi, poſſint præſentare dictum inſtrumentum? Et prima facie uidetur dicendum, quòd non: quia iuramentum non fuit præſtitum in faciem eorum per ea quæ ſupra diximus: ſed contrarium puto verius: nam in caſu præmiſſo ſtipulatio eſt facta in faciem monaſterij repręſentati per monachos, quia monaſterium dicitur propter monachos non ſine monachis ſecundùm Bal. in l. 1. 2. colum. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. taliter quod quicunque monachi repręſentantes monaſterium poſſunt interuenire in liquidatione inſtrumenti: non enim conſiderantur monachi ex eorum perſona ut ſinguli, ſed tanquam unum corpus faciens monaſterium.

A D D I T I O.

An ſufficiat, quòd ſint uocati ad ſonum campanellæ, quando in actu requiritur maior pars, uide Bar. in l. fin. num. 4. C. de præd. decur. ſi dec. non al. lib. x. ubi tenet, quòd ſit opus maiori parte, & alias &c. Hier. Sadeolis.

11 Et idem dico de uniuerſitate: † quia uniuerſitas alicuius ciuitatis, ſeu caſtri, & eccleſiæ æquiparantur, ut in Spec. de procu. §. 1. uerſic. ſed præcedens. per tex. in l. fi. C. de ſacroſan. eccle. Vnde ſi eſt facta promiſſio alicui uniuerſitati coram aliquibus hominibus congregatis more ſolito tanquam repręſentantibus dictam uniuerſitatem, licet non ſint ijdem homines repręſentantes eandem uniuerſitatem, poterunt liquidare inſtrumentum alij homines repręſentantes ipſam: nã illi homines qui affuerunt, ſtipulationi non conſiderantur ut ſinguli, ſed tanquam uniuerſitas, quæ eſt nomen iuris & non perſonarum, iuxtà ea quæ not. Innoc. in c. grauem. in gloſ. in ver. conſiliarios. extra de ſen. excom. Bal. in marga. in uerb. uniuerſitas, in uer. Quartò addo.

addo. Bar. in l. aut facta. §. nonnunquam ff. de pæn. & Bal. in l. ſi mu niceps. quod cuiuſque uniuer. & iuramentum eſt præſtitum in præſentia uniuerſitatis, quæ ſemper eſt eadem, licet alij homines ſubrogẽtur repręſentantes eam ſecundùm Bart. in d. §. nonnunquam. per l. proponebatur. ff. de iudi. Fateor tamen, nunquam uidiſſe aliqua inſtrumenta dicto modo ſtipulata; quia ut plurimum, immo ſemper dicta inſtrumenta in fauorem monaſteriorum, & uniuerſitatum pro debitis ſolent celebrari coram procuratoribus ſeu ſyndicis ſtipulantibus pro eis, & tunc opus eſt præſentia eorum qui perſonaliter interuenerunt in ſtipulatione unà cum alijs monachis repræſentantibus monaſterium, ſeu hominibus repręſentantibus uniuerſitatem per ea quæ ſuperius dicta ſunt. Quid ſi eccleſia regeretur per œconomos, ſicuti hoſpitale Incurabilium, & diuę Mariæ Annuntiatæ Neapoli iuxtà. l. orphanotrophos. C. de epiſ. & cle. & promiſſio eſſet facta coram œconomis unius anni, an ſucceſſores in regimine ualeant liquidare inſtrumenta ſtipulata coram prędeceſſoribus œconomis ſine eorũ interuentu? Et dico, quòd non; quia oportet, quòd ſint præſentes & prædeceſſores coram quibus fuit iuratum, & ſucceſſores œconomi, qui habent adminiſtrationem: nam œconomi conſiderantur ex eorũ perſona tanquam rectores, procuratores, & adminiſtratores bonorum eccleſiæ iuxta. d. l. orphanotrophos, & non tanquam repręſentantes eccleſiam: quia eccleſia non dicitur propter ęconomos, ſicut monaſterium propter monachos, ſed tantum regitur per eos, & conſtituuntur pro tempore, vt in d. leg. orphanotrophos. §. huiuſmodi autem, & monaſterium ſemper eſt idem, licet in eo non ſint ijdem monachi, per ea quæ Bar. in l. quod in rerum. §. & ſi nauem. ff. de leg. 1.

ADDITIO.

Adde, quod ſi œconomi illius anni ſtipulati fuerint pro ſe ipſis magiſtratiuo nomine, & notarius tanquam perſona publica pro futuris & ſucceſſoribus ĩ ęconomatu, ſucceſſores in regimine, cũ ſolo notario liquidare ualebũt ſine aliquo interuẽtu pdeceſſorũ, & ita in facto habui in cauſa Venerabilis eccleſiæ & diſciplinæ Sanctæ Mariæ de ſcala Neap. cum Nicolao de porto, qui uiuẽs ſe citatũ ſuper tenore inſt. quod nunquàm credebat, confiſus quòd prædeceſſores erant mortui ſtatim ſoluit, & noluit expectare liquidationẽ Franc. Ant. Maczia.

Et hæc de perſonis creditorum agentium & debitorum qui uia ritus conueniri poſſunt, dixiſſe ſufficiat.

CONSIDERATIO QVARTA.

SVMMARIVM.

1 *Creditor habens aliquod inſtrum. liquidum reaſſumptum in forma probante cum ſolennitatibus quem aditum cauſæ agendæ & quomodo ſibi parare debeat.*

2 *Dies in quo fit citatio ſeu intimatio per nuncium debitori non numeratur in termino adiecto in citatione.*

3 *Prima accuſata contumacia, expectatur triduum integrum: quo elapſo debitor poteſt uocari in banca curia ſedente pro tribunali.*

4 *Tunc ſedente dicta curia hora ueſperarum creditore inſtante perſonaliter, uocatur per tubetam ipſius curiæ debitor alta uoce.*

5 *Creditor debet perſonaliter comparere in Curia ad petendum condemnationem ſui debitoris.*

6 *Idem dicendum ſi creditor ſit infirmus.*

7 *Mulier creditrix ſi ſit honeſta non tenetur perſonaliter comparere niſi in eccleſia propinquiori curiæ magnæ, cum uult præſentare inſtrum. contra ſuum debitorem: etiamſi eſt debitrix.*

8 *Quid ſi creditrix eſt Monialis.*

9 *Inſtante creditore ſi debitor non compareat perſonaliter, neque excuſetur per aliquem efficitur contumax & condemnatur.*

10 *Licet cauſæ ſuper præſentationibus inſtrum. ſint criminales, nec in eis admittatur procurator etiam ad media: tamen admittitur ad excuſandū uidelicet ad allegandum abſentiam citati, infirmitatem & carcerationem.*

11 *Admittitur etiam procurator etiam ad defendēdum citatos ultra denariū numerum, ſed cum ſpeciali mandato.*

12 *Procurator, amicus, uel conſanguineus citati debitoris quæ agere debeat in excuſando.*

13 *Iudex quæ aduertere debeat, dum debitor a prædictis excuſator.*

14 *Abſentia debitoris excuſati non admittitur, cum fuerit contumax allegatus in eadem cauſa.*

15 *Admiſſa abſentia, & elapſo termino ad comparendum, iterum uocari debet ipſe debitor modo quo ſupradicto.*

16 *Pendente dilatione data ad comparendum ſi uenerit debitor ut in iudicio reſpondeat, nec creditor curauerit proſequi, quid agendum debitori.*

17 *Debitore exule uel relegato, an ualeat eius excuſatio.*

18 *Durante illius exilio debet ſuperſederi in eius iudicio extraordinario: ſin nolit creditor expectare poterit agere uia ordinaria ciuiliter.*

19 *Debitor infirmus quæ prouidere debeat.*

Debitori

20 Debitori infirmo in domo arreſtato tempore liquidationis uel poſt allegan-ti ſatisfactionem uel aliam exceptionem an debeat dari terminus ad probandum.

21 Debitoris carcerati in alia curia poteſt allegare carcerationem procurator ſeu conſanguineus & amicus.

22 Contradicente uero creditore quid attendendum ſit.

23 Quando ea carceratio excuſata non ualeat.

24 Si debitor citatus eſt incarceratus in uinculis curiæ, in qua citatus eſt, quid agendum.

25 Procurator et amicus uel conſanguineus etiam admittitur ad allegandum illiquiditatem inſtrumenti. quo reperto illiquido quid fiat.

26 An ſi procurator produceret aduerſus creditorem aliud inſtrum. debeat admitti & audiri.

27 Procurator admittitur ad allegandum illiquidationem apparentem ex ipſomet inſtrum. præſentato per creditorem.

28 Procurator etiam admittitur ad allegandum inſtrum. nullum ex defectu ſubſtantialium & ſolennitatum.

29 Admittitur etiam ad opponendum, quòd inſtru. non ſit ſtipulatũ in præſentia illius qui agit.

30 Admittitur etiam procurator ſeu amicus uel conſanguineus ad allegandũ nullitatem citationis apparentem ex eius lectura.

31 Quando nulla dicatur citatio. Et primo quando deeſt uerbum peremptorium.

32 Nulla eſt citatio quando eſt intimata die feſto ſeu feriato.

33 Nulla etiam eſt quando eſt exſpirata ſeu circunducta.

34 Et quando in relatione nuncij citãtis extra territorium deficit ſubſcriptio.

35 Et quando prima contumacia fuit accuſata die feriato.

36 Si per procuratorem uel alium allegaretur falſitas relationis ſeu alia exceptio requirens altiorem indaginem, decerni quid debeat.

37 Nulla excuſatione & nullitate allegata pro parte debitoris citati quodnã eidem remedium detur.

38 Licentiato debitore propter inſtantiã per eum factã, quid creditor faciet.

39 Si citatus per requiſitoriam non uocatur in banca prima die curiæ pro tribunali regentis, an poſſit uocari & condemnari ſequenti curia ſine alia requiſitione.

40 An debitor ad euitandam contumaciam contractam per requiſitoriam poſſit iterum comparere de ſero.

41 Si autem debitor citatus non fuerit excuſatus nec comparuerit de ſero uel comparuerit & non inſtiterit ut ſup. remanet contumax & ſcribitur in libro condemnatorum ſeu contumacium.

42 Debitore contumace ad inſtantiam eius creditoris expeditur commiſſio de

de exequendo in perſona & in bonis debitoris contumacis ad electionem creditoris,

43 Si mulier debitrix ſit contumax quomodo procedetur ad eius carcerationem.

44 An bona executa ex primo decreto contra debitorem contumacem pro debito contento in inſtrum. liquido poſſint uendi non expectato trimeſtri tempore nec interpoſito ſecundo decreto?

45 Si debitor reputatus contumax prætendit ſatisfeciſſe uel aliud opponere contra inſtru. poteſt in uinculis allegare ſatisfactionem, aut aliam exceptionem peremptoriam proponere: uel ſi uelit carceres euitare, faciat depoſitum.

46 Carcerato debitore ex contumacia, & ſic allegante exceptionem ualidam, eaque pendente, creditor an poſſit exequi facere in illius bonis, cũ in inſtr. ſit clauſula quòd liceat creditori ad eius electionem exequi uel in bonis uel in perſona.

47 Quomodo proceditur quando debitor citatus comparet perſonaliter ad reſpondendum ſuo creditori tempore ſuæ uocationis curia ſedente in ultimo peremptorio.

48 Si is debitor negat uel affirmat inſtrum. uel allegat ſatisfactionem uel alios defectus, incontinenti carceratur, & datur terminus utrique parti ad probandum & defendendum circa dictas exceptiones.

49 Inſtrumentum quantuncunque authenticum poteſt reprobari.

50 Muliere debitrice inuenta, nec bene exceptionibus per eam probatis in termino dato, an in iudicio extraordinario ſit cõcedendum beneficium reſtitutionis in integrum?

51 Cautela eidem mulieri eſt ad euitandum rigorem iudicij criminalis, ut faciat depoſitum debiti, & opponat exceptiones, ut ibi.

52 In quibus caſibus debitor citatus comparens perſonaliter poteſt incontinẽti impedire eius carcerationem ſeu liquidationem inſtrum.

53 Cautela alia pro eodem ad carceres euitandos.

54 Debitore citato uolente per teſtes adductos probare ſolutionem, uel aliam opponere exceptionem, creditore autem uolente producere teſtes in cõtrarium, an debeat creditor admitti?

55 Probatio ſolutionis quomodo facienda ſit.

56 Probatio ſimulati inſtrumenti pro quot teſtes ſit facienda.

57 Debitor ex cauſa mutui euitabit carceres ſi opponet exceptionem non numeratæ pecuniæ cum uidelicet fuerit conuentus infra biennium uigore inſtr. facti de ſimplici confeſſione ipſius debitoris.

58 Euitabit etiam liquidationem & carcerationem ſi debitor fecerit præuentionem petendo condemnari ſuum creditorem ad delendum inſtr. debiti ex iuſta aliqua cauſa.

59 *Forma ipſius præuentionis & cautela monſtratur.*
60 *Dicta præuentio debet fieri in magna curia.*
61 *Ea tamen præuentio procedet dummodo illi non ſit renunciatum cum iuramento in inſtrum.*
62 *Euitantur liquidatio & incarceratio ſi inſtrum. præſentatum non eſt public. & authent.*
63 *Item euitantur liquidatio & incarceratio ſi inſtrum. non eſt per ſe liquidum: uel per aliud ſeparatum illiquidatur.*
64 *Sed per teſtium depoſitiones non illiquidatur ſi non ſint publicatæ.*
65 *Item euitantur carceres ſi debitor monitu curiæ regiæ eat ad regium exercitum.*
66 *Item euitantur productione moratoriæ ſeu guidatici conceſſi a Rege ſeu Prorege.*
67 *Idem dicendum ſi debitor produxerit ſententiam in rem iudicatam tranſactam latam ſuper quinquennali dilatione conceſſa ad ſoluendum per maiorem partem ſuorum creditorum.*
68 *Idem dicas ſi debitor ceſſerit bonis ſeruata forma regiæ pragmaticæ.*
69 *Idem erit ſi debitor conueniatur eo tempore quo ſit ſui iuris: cum tamen tempore inſtrum. fuerit ſub patria poteſtate, & ſic cum patre obligatus: Et repudiauerit hæreditatem, aut adierit cum benef. legis & inuent.*
70 *Euitantur etiam carceres, ſi tempore liquidationis in promptu produxerit ſupplicationem cum ordine ſacri conſil. quòd magna curia relationem faciat de meritis cauſæ in d. ſacro conſ.*
71 *Euitantur etiam ſemper quando in promptu debitor probauerit aliquod perimens obligationem uel actionem creditoris agentis.*
72 *Si debitor adeo eſt pauper ut non habeat unde ſe alat, creditor debet ſumminiſtrare alimenta in carceribus: uel iudex eum liberabit.*
73 *Sin non ſit in tanta inopiæ miſeria, creditor poteſt etiam exequi in illius bonis, ut ibi. & procedere ad uenditionem.*
74 *Sed nullo accedente emptore, adiudicatur pignus creditori.*
75 *Pendente iudicio ſuper liquidatione inſtrum. non poteſt creditor ſe concordare cum debitore ſine curiæ licentia.*
76 *Ea licentia conceditur de æquitate, quando petitur.*
77 *Debitor debet etiam expenſas factas in reaſſumendo inſtrum. a protocollo, ſi tamen fuit in mora ſoluendi.*
78 *Debitum expenſarum quomodo penitus intelligendum ac quomodo penitus euitetur.*
79 *Ab executione inſtr. preſentati non poteſt appellari ad effectum retardandæ executionis.*

Supereſt

SVPEREST ultimò videre quo ordine procedatur in cauſis ſuper liquidationibus inſtrumentorum præfatorum iuxta formam dicti ritus: Sciendum eſt † igitur,
1 quòd creditor habens aliquod inſtrumentum reaſſumptum in forma probante cum ſolennitatibus ſuperius enarratis debet adire vnum ex actuarijs cauſarum criminalium magnæ Curiæ Vicariç ſi vult agere in ipſa magna curia, uel alterius curię habentis iuriſdictionem contra debitorem, & expediti petat citationem, ſeu commiſſionem de citando ſuum debitorem, quòd infra certum terminum perſonaliter compareat in iudicio reſponſurus ipſi creditori ſuper tenore talis inſtrumenti prę ſentati iuxtà formam ritus ſuper petitione pecuniæ in eo promiſſæ, & expedita tali citatione, ſeu commiſſione de citando datur alguzerio, ſeu nuntio, quòd citet debitorem perſonaliter, ſi reperiri contigerit, uel domi ſuæ ſolitæ habitationis, & facta intimatione nuntius facit relationem, quòd citauit perſonaliter, vel domi coram duobus, vel tribus teſtibus, qui ſpecificè debent nominari in relationę, & ſi teſtes ſciunt ſcribere, debent ſe ſubſcribere in calce ipſius relationis, ut in conſti. Regni. Citationis litteræ, & ibi gloſſ. & Andr. de Iſer. & in prag. Diſpendia. litium, verſic. Quilibet agere volens. Quod intellige, ſi citatio fiat extra territorium, quia in territorio ſoli nuntio creditur referenti ſe citaſſe aliquem ſine mentione teſtium, ut in conſti. Regni. In ciuilibus, quam conſti. ſic intelligit Paris de Put. in tracta. ſyndi. in verſic. fuit magna quæſtio. fol. 75. in libro meo, & ita ſeruatur in dicta magna curia, & Lanfran. in cap. quoniam contra. uerſic. citationes, extra, de proba. cum concordantijs. Et facta huiuſmodi relatione expectatur lapſus termini dati ad comparendum in citatione appoſiti, & poſtea creditor accuſat primam contumaciam.
2 Sed circa hoc nota, quòd dies in quo fit citatio, ſeu † intimatio per nuncium debitori non numeratur in termino adiecto in citatione, vt puta ſi citatur debitor die primo Maij, vt compareat infra quatuor dies, prima contumacia debet accuſari die quinta Maij, & illa prima dies non computatur in termino, ita dicit ritus incip. Item ſeruat dicta curia in citatione: & ſi illa quinta dies in qua prima contumacia deberet accuſari eſſet feriata, debet accuſari die ſequenti non feriata, ut in rit. incip. Item quòd tam in ciuilibus, ſub rubr. de contuma. & ſimili modo intellige ſi eſſent plures dies feſti, ſeu feriati, ut in rit. incip. Item nota ibi. Verum in dicta accuſatione primæ contumaciæ debet fieri mentio, quòd

non fuit accuſata tali die propter feſtum, ſeu feſta, vt in d. ritu. Nec obſtat ſi illa dies cadit in diem non feriatam, in qua curia non regitur pro tribunali; quia poteſt accuſari prima contumaccia, etiam quòd non regatur curia, dummodo ſit dies, in qua potuiſſet regi, & ualet contumacia, vt in ritu incip. Item nota, quòd tales primæ contumacię, & hoc modo ſeruatur in magna Curia Vicariæ. In alijs curijs Regni prima contumacia ſemper accuſatur curia ſedente pro tribunali; quia in dictis curijs eſt mos, quòd regitur quotidie de mane curia pro tribunali, ſed magna curia non regitur pro tribunali niſi bis, & aliquando ſemel in ebdomada.

ADDITIO.

An dies termini computentur in termino, vide DD. & ibi Barto. in leg. 1. ff. ſiquis cautionibus vbi videtur facere differentiam, ſi dicit infra quatuor dies, vel ter. quatuor dierum: quia in primo dies ter. computatur in ſecundo ſecus Hier. Sadeolis.

3 Poſtquam ergo fuerit accuſata prima contumacia vt ſupra, expectatur triduum integrum, & eo elapſo debitor poteſt vocari in banca curia ſedente pro tribunali, vt in rit. incip. Item ſeruat ipſa curia in titul. de tridu. expectan. Sed aduertendum, quòd a die primæ contumaciæ accuſatæ ſi citatio eſt facta, ſiue intimata infra territorium ciuitatis Neapolis, poteſt debitor vocari quandocunque elapſo tamen triduo, infra menſem unum, ſi uerò eſt facta extra territorium infra duos menſes, aliàs citatio expirat, ut videtur dicerę ritus incip. Item nota, quòd ſi feci te citare, & Afflict. in conſtitut. Regni. Accuſatorum in 4. not. & Albe. oliua ſuper rit. ſecundo cur. archie. Neapol. in gloſſ. ſua in verb. non circumducitur. Et ita ſeruatur hodie in magna curia: licèt rit. incip. Item quòd ubi aliquod, contradicat, vt non poſſit prorogari vltimum peremptorim per creditorem, niſi iuſta cauſa interueniat. Curia itaque ſedente † pro tribunali hora veſperarum comparente, & inſtante creditore perſonaliter, ut in rit. incip.
4 Item quòd ſiqui debitores: uocatur debitor alta voce per tubittam ipſius magnæ curiæ, vt in rit. incip. Item ſeruat ipſa curia in ſero, & fit interlocutoria, per quam debitor condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium, & decernitur, quòd creditor mittatur in poſſeſſionem bonorum debitoris pro menſura debiti

biti petiti ex primo decreto cauſa rei ſeruandæ in forma iuxtà conſtitut. Regni Grandis vtilitas, & in rit. incip. Item quòd ſi debitores citati, & in alio rit. incip. Item nota, quando volens ſub rubr. de præſen. inſtrumen. & innuit Afflict. in deciſ. 31. Et nota, quòd † creditor debet perſonaliter comparere in curia ad petendum condemnationem ſui debitoris, ut in d. rit. Item quòd ſiqui debitores, adeo quòd ſi creditor tempore quo uocatur eius debitor reperiatur carceratus in carceribus eiuſdem magnæ curiæ, debet procurare licentiam, vt tempore vocationis poſſit aſcendere perſonaliter in locum vulgò ſalam vbi regitur curia aſſociatus cum alguzerijs ad inſtandum, ut debitor condemnetur: quia non ſufficit adeſſe in eodem palatio, ſed in loco proprio, vbi curia regitur pro tribunali, & cum de tali obſeruantia fuiſſet dubitatum in quadam cauſa, quæ vertebatur in dicta magna curia in anno 1549. inter Magnificum Marcum Antonium luciferum creditorem & magnificum Petrum antonium de Abenante debitorem conuentum ſuper tenore teſtamenti uia ritus in banca quondam notarij Io. Baptiſtæ de puteo, ex quo præfatus debitor fuerat condemnatus dicto creditore exiſtente in carceribus, & non præſente in ſala, vbi curia regebatur, & proinde allegauit nullitatem dictæ condemnationis, & appellauit ſacrum conſilium, & de eius ordine fuerunt examinati nonnulli antiqui curiales qui depoſuerunt pro dicta obſeruantia, & deinde fuit prouiſum, quòd ſuſpenſa tali condemnatione iterum citaretur debitor ad faciendum liquidationem, & ita fuit executum: quod nota, quia iudex poteſt de ſtilo ſe in formare ab actuario ſecundùm Curt. Iun. & Lancel. in leg. more. ff. de iuriſdi. om. iudi. & Bart. in leg. 4. ff. de teſt. refert Io. de Ne-
6 uiz. in ſua Sylua nup. in uerſicul. Monitoriæ, in ſecunda ampli. † Et idem dicas ſi creditor ſit infirmus: quia oportet ſemper comparere perſonaliter in curia, ſæpiſſime vidi dictos creditores infirmos duci in vehiculo, ſeu ſede per miniſtros in locum, vbi curia regitur, ad inſtandum pro condemnatione ſuorum debitorum: quod nota, quia creditori agenti via ritus non prodeſt impedimentum infirmitatis, quin non teneatur perſonaliter comparere, & idem dicas de alijs impedimentis, ſed ſecus eſt in debitore conuento, ut infra dicetur, & ratio eſt: quia creditor agens venit ſponte ſua, & reus venit coactus, & proin-
7 de admittitur pro eo accuſatio impedimenti. † Si verò mulier eſt creditrix, quæ vult præſentare, & liquidare inſtrumentum contra aliquem ſuum debitorem, ſi eſt honeſta, non

tenetur perſonaliter comparere in palatio, & loco ubi curia regitur, ſed ſufficit comparere in eccleſia propinquiori prædictæ magnæ curiæ cauſa honeſtatis.

ADDITIO.

Vide Paul. Caſt. in l. 2. num. 6. C. de his qui ven. ætatis. Hier. Sadeolis.

Et quando debitor uocatur in banca unus ex actuarijs accedit ad interrogandum creditricem exiſtentem in eccleſia, ſi præſentat inſtrumentum contra ſuum debitorem, & habita oretenus relatione ab actuario curia ſedente pro tribunali condemnatur dictus debitor uocatus ſi non comparet perſonaliter, uel excuſatur, ut infra dicemus: & idem obſeruatur de muliere debitrice citata, quæ debet comparere perſonaliter in propinquiori eccleſia, ſi eſt
8 honeſta, aliàs tenetur comparere in palatio. † Quid ſi creditrix eſt monialis, quæ non poteſt exire ex monaſterio propter prohibitionem ſui ſuperioris, & regulam ſuæ religionis? mittitur actuarius uſque ad monaſterium, dummodo ſit in ciuitate ad explorandam eius uoluntatem ut ſupra, & ſufficit, non obſtante, quòd non comparet in propinquiori eccleſia ſicuti cæteræ mulieres de ſeculo, & ita ſeruatur, & benè cauſa honeſtatis, & pudicitiæ, quæ omnia nota ad limitationem dicti ritus, & ratio eſt: quia in qualicunque diſpoſitione quantumcunque generali intelligitur ſemper excepta honeſtas, quibuſcunque rebus quaſi dignior anteferenda ſecundùm Bal. in l. quod ex liberta. C. de ope. lib. & ideo domini terrarum non poſſunt cogere ſubditas ſuas, ut uadant ad tripudiandum in caſtro: quia ab omni ſuperioritate ius honeſtatis intelligitur eſſe exemptum ſecundùm Bal. in loco præalleg. refert Bonus de curtili in trac. nobili. in 2. par. num. 40. & 41.

ADDITIO.

Vide Dec. in l. ſemper in contractibus. numer. 3. ff. de reg. iur. Hier. Sadeolis.

9 Inſtante igitur creditore ſeu creditrice modo præmiſſo, † ſi debitor non comparet perſonaliter, neq; excuſatur per aliquem eius amicum,

con-

conſanguineum, uel procuratorem efficitur contumax,& condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium, ut ſuprà dixi. No-
10 tandum tamen eſt, † quòd licèt cauſæ ſuper præſentationibus inſtrumentorum ſint criminales, & in eis non admittatur procurator etiam ad media, ut in rit. incip. Item ſeruat dicta curia. in tit. de procu. & Afflict. in d. deciſ. 64. nihilominus admittitur ad excuſandum, uidelicet ad allegandum abſentiam citati, infirmitatem, & carcerationem, ut in ritu. incip. Die 21. menſis Iulij, ſub rub. de peti. admit. in cau. crimi. & in rit. incip. Item ſi aliquis ciuiliter, & in alio rit. incip. Item ſi aliquis, uel aliqua. de peti. abſen. admit. & Afflict. in conſti. regni. Edictorum. nume. 30. cum ſequen.
11 † Admittur etiam procurator cum ſpeciali mandato nedum ad excuſandum, ſed etiam ad defendendum citatos ultra denarium numerum, non obſtante quòd ſit cauſa criminalis, ut in c. Regni incip. Idem ſtudio proſequentes, & c. ſtatuimus, vt quoties, & in conſti. Regni. Generalia iura, & eſt ratio: quia numerus denarius, ſeu decem facit uniuerſitatem, quę non poteſt perſonaliter comparere, cum non habeat corpus: nam uniuerſitas eſt nomen iuris, & non perſonatum ſecundum Inno. in c. grauem. in glo. in uerb. conſiliarios. extra de ſen. excom. & dixi ſupra in tertia conſideratione: Hinc eſt, quòd in magna curia Vicariæ fuit inuenta cautela ad euitandum comparitionem procuratoris ad defendendum in cauſa liquidationis inſtrumenti, quòd quando ſunt obligati in vno inſtrumento inſolidum, aut pro rata plures vltra decem, expediuntur plures citationes, & in unaquaque ipſarum deſcribuntur nouem debitores ad plus & non ultra: quia taliter citati tenentur omnes perſonaliter comparere, & non admittitur procurator, niſi ad excuſandum, ut ſuperius
12 dixi. † Sed ne fiat error in allegando dictas excuſationes per tyrones breuiter, ac diſtincte loquar de eis, & primò circa excuſationem abſentiæ ſciendum eſt, quòd procurator, amicus, ſeu conſanguineus debitoris citati quando debitor ipſe vocatur in banca per tubittam curia ſedente pro tribunali debet præſentare petitionem, in qua exponat, & narret cum iuramento, dictum debitorem domi citatum tam tempore citationis, quàm antè, & poſt fuiſſe, & eſſe abſentem a loco, in quo fuit citatus, & reperiri in tali ciuitate, ſiue terra, & propterea, excuſando ipſum petat non procedi ad aliquam contumaciam, nec condemnationem, ſed concedi competentem dilationem ad certiorem faciendum, ſeu denuntiandum, & comparere faciendũ.
13 Iudex uerò ne erret, uideat, ſi debitor, † q̃ excuſatur, fuit citatus domi aut perſonaliter, & ſi fuit citatus domi, præfigat terminũ cõdecentem ſecundùm loci diſtantiam ad denuntiandum & comparere facien-

 dum,

dum, & quòd interim citatio non expiret per ea quæ Afflict. in conſtitu. hoſtici exceptionem. num.4.& in conſtitu. Edictorum. nume. 35. & nota, quòd locus, in quo allegatur, debitorem reperiri abſentem, debet cum iuramento nominari per eum qui excuſat, vt in rit. incip. Item ſeruat ipſa curia, quòd petitio, & glo. in d. conſtitu. Edictorum, in verb. Allegata. Si verò fuit citatus perſonaliter dictus debitor, Iudex non admittat talem abſentiam: quia huiuſmodi abſentia præſumitur doloſa ſecundum Abb. in c. ſi aduerſarius. extra. de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſer. Idem dico ſi debitor ſe abſentauit: quia ſciebat ſe citandum, & hoc probatur, talis abſentia non dicitur vera, ſed affectata, arg. l. ſpadonem. §. eſt autem. ff. de excuſ. tu. glo. in lege, ſcire oportet. §. ſufficit, in verbo nocebit. ff. eo. tit. & l. 2. §. fin. ff. ſi quis cau. Et ſi per creditorem diceretur, dictam abſentiam allegatam non eſſe ueram, decernatur, quòd capiatur informatio, & conſtito non gaudeat dilatione conceſſa ad comparendum.

A D D I T I O.

Adde quod magna Curia admittendo debitoris abſentiam ſemper conſueuit dicere, & ſi fuerit viſus, quòd non gaudeat. Fran. Ant. Maczia.

14 Et ſi allegaretur dictum debitorem † excuſatum eſſe contumacem pro eadem, vel alia cauſa in eodem tribunali non admittitur abſentia allegata: quia pro contumace nemo debet loqui, & ei clauduntur aures iudicis ſecundùm Pari. de Put. in tract. ſyndi. in rub. furcarum erectio. uerſ. Dicit conſtitutio Regni. num. 14. & eſt ritus incip. Itē ſi aliquis, ſub rub. de contu. & glo. ſingu. & ibi tex. in l. ſed ſi præto-
15 rem. §. ſed ſi dum. ff. ex quib. cau. maio. & ibi Ang. † Si uerò abſentia eſt uera, & iuſtè admiſſa, elapſo termino ad comparendum præfixo debet iterum uocari debitor curia ſedente pro tribunali inſtante creditore perſonaliter vt ſupra, & ſi non comparet efficitur contumax.
16 † Quid ſi pendente dilatione data ad comparendum uenerit debitor perſonaliter paratus reſpondere in iudicio ſuper tenore inſtrumenti, & creditor aliter non curauerit inſtare ad fatigandum debitorem, poterit ipſe debitor requiri facere ſuum creditorem, vt certa die compareat ad faciendum liquidationem, & ſi non uenerit, iudex licentiam præſtabit debitori, qui non tenebitur amplius comparere niſi iterum citetur, & hæc practica uidetur mihi iuſta: Datur etiam alia cautela debitori, ſcilicet, ut compareat in fine dilationis, & accuſet contumaciam contra creditorem agentem, & ex tali contumacia acto-

ris ipſe debitor licentiam obtinebit, ut in tit. incip. Item nota, quòd ſi fecit citare. ſub rub. de contu. accu. & non poterit iterum conueniri niſi actor refecerit expenſas, ut in l. edictum. ff. de iudi. & Afflict. in conſti. Regni. Sponte uolentibus. numero 6. & ibi Andr. de
17 Iſer. † Quid ſi debitor citatus reperitur exul, vel relegatus, & non poteſt accedere ad ciuitatem ob condemnationem exilij, ſeu relegationis, & proinde accuſetur, an talis excuſatio debeat admitti? Et teneo quod ſic, & quòd debet ſuperſederi pendente exilio, ſeu relegatione: quia mandato curiæ Vicariæ impeditus eſt comparere. l. relegati. ff. de pæn. & ubicunque iuſta de cauſa quis impeditur, habet locum, quòd dies iudicij ſit diffuſius, ita And. de Iſer. in conſti. hoſtici exceptionem. in uer. Etiam. in fi. & ratio eſt: quia poſtquam aliquis eſt condemnatus pro crimine in exilium, ſeu relegationem, nemo poteſt ei dare commeatum, uel remeatum, niſi ſolus princeps ex aliqua cauſa, vt in d. l. relegati. in fi. & propterea exul, ſiue relegatus citatus non tenetur comparere niſi habita licentia, ſeu diſpenſatione a principe, licet aliqui teneant contrarium ſub prætextu quod ex ſuo delicto, & dolo nemo debet conſequi pręmium: ut in l. 2. §. ſimili modo. ibi, vel cauſam præſtiterit. ff. ſi quis cautio. Nam hoc eſt verum ante condemnationem exilij, ſeu relegationis pro delicto; quia poſtquàm aliquis eſt condemnatus per ſententiam, ita quod per talem condemnationem in iudicio ſiſtere non poteſt, excuſatur, vt in l. ſed & ſi quis. in prin. & in §. ſciendum. ff. eo. tit. & ideo teneo primam opinionem eſſe veriorem: quoniam exul citatus debet potius obtemperare exilio, quàm tali citationi iudicis abſque principis diſpenſatione per tex. in d. l. relegati. Aliquando in huiuſmodi caſu uidi decerni, quòd debitor exul, ſeu relegatus non fiat contumax, nec condemnetur, ſed contra ipſum exequatur in bonis tantùm pro debito petito: quæ quidem practica nunquam mihi placuit, nec placet: quia recedit a ritu, & tacitè tollitur defenſio citato debitori, cum non ſit incipiendum ab executione. l. 1. C. de execu. rei iudi. nam ſi debitor poſſet comparere perſonaliter, fortè allegaret ſatisfactionem, uel aliam exceptionem peremptoriam, qua probata non pateretur aliquam executionem. Præterea nullo iure cautum eſt, quòd inſtrumenta quamtumuis liquida habeant executionem paratam niſi ex forma ſtatuti, ſeu ritus dictæ magnæ curiæ Vicariæ qui ritus ſtatutum eſt, quoniam Regina ſtatuit & mandauit ſeruari per omnes curias regni, vt in proœm. d. rit. & Afflict. in conſti. regni. Siquis in poſterum. num. 8. & Albe. oliua in rit. 22. cur. Archi. Neap. in ver. Excepto iure congrui, arguunt de ſtatuto ad dictum ritum magnæ curiæ: dum dicunt, quòd in foro eccleſiaſtico non ſeruatur di-

ctus ritus: quia non attenditur ſtatutum ſeculare, ſed ius canonicum: & proinde ad unguem ſeruari debet, & non alterari eius diſpoſitio contra regulas iuris communis, per l. quod verò contra. ff. de legi. & 18 ibi glo. & Afflict. in d.conſti. eos, qui ſcienter. † Cum itaque concedatur executio inſtrumentorum præſentatorum iuxtà formam ritus prędicti in duobus tantùm caſibus, uidelicet quando debitor citatus eſt effectus, & reputatus contumax, ut in rit. incip. Item nota, ꝙ quando volens, & in rit. incip. Item quod ſi debitores citati. Et quando eſt facta interrogatio, ſeu liquidatio inſtrumenti in præſentia creditoris, & debitoris, ut in d. tit. incip. Item quod ſi qui debitores aut debitrices. Ergo ſi debitor citatus eſt exul, & non poteſt reputari contumax, nec perſonaliter comparere ad faciendum liquidationem, minimè poteſt concedi executio inſtrumenti contra exulem, & eius bona extra diſpoſitionem dicti ritus, ſiue ſtatuti: non enim debet intelligi, ut inde reſultet abſurdum, arg. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de execu. tu. Sed vt iacet ſecundùm Pau. de Caſt. & Alexa. in l. prima. ff. ſi certum peta. quia in correctorijs non fit extenſio etiam ex identitate rationis, glo. in clem. 2. de æta. & quali. Capy. in deciſ. 155. numero 23. & Afflict. in d. conſti. ſi quis in poſterum. in primo not. in 10.q. numero 11. Vnde concludo, quòd durante exilio debet ſuperſederi in hoc iudicio extraordinario, & ſi creditor noluerit expectare finem exilij, poterit agere via ordinaria ciuiliter, vt exul debitor poſſit per procuratorem comparere, 19 & ſe defendere. † Sequitur videre de excuſatione debitoris infirmi, & circa hoc dicendum eſt, quòd debitor citatus ſi eſt infirmus debet mittere excuſatorem ad iudicem pro euitanda contumacia, ſed non ſufficit mittere ſimplicem excuſatorem ad allegandum impedimentum infirmitatis: quia ei non debet adhiberi fides, ut in cap. cum Bartoldus, extra de re iudi. & Barto. in l. quæſitum. ff. eod. titu. & ut ſcias formam opponendi, & allegandi dictam excuſationem infirmitatis, diſtingue, aut debitor infirmus reperitur extra ciuitatem, & territorium iudicis citantis, aut in ciuitate, ſi extra ciuitatem, & territorium, tunc excuſator debet in promptu producere inſtrumentum in forma probante cum literis atque ſubſcriptione medici in calce ipſius inſtrumenti, per quod inſtrumentum cum dictis literis medici fiat fides de infirmitate allegata, adeo quòd citatus ſine periculo ſuæ vitæ comparere non poſſit, & in tali caſu Iudex decernit, quòd dictus infirmus citatus infra aliquos dies arbitrio iudicis compareat ad faciendum liquidationem, & interim citatio non expiret: quia infirmitas eſt iuſta cauſa non comparendi ad citationem iudi-

cis,

cis,ut inquit Abb. in c. querelam,extra de procu. in primo not. Iudex uerò in præfixione dicti termini ad comparendum debet conſiderare diſtãtiam loci,& arbitrari infra quod tempus dictus infirmus poſſit curari,& comparere,& elapſo termino debet iterum uocari in banca curia pro tribunali ſedente debitor excuſatus inſtante creditore perſonaliter,& ſi non producitur aliud inſtrumentum, quòd adhuc durat infirmitas periculoſa,nec comparet ipſe perſonaliter, condemnatur, ut ſupra dixi: nam ceſſante impedimento ſtatim citatus debet comparere coram iudice, nec exigitur alia citatio. Inno. in c. dilecti. in glo. in uerb. præſentare,extra. de dolo & contu. cum cõcor. alleg. per Lanfran. in deciſ. 345.Aliquando etiam quando uocatur aliquis in banca, & producitur inſtrumentum infirmitatis, uidi decerni, ꝙ condemnetur citatus,& ſi infra tot dies comparuerit ad faciendum liquidationem deleatur a banno, & contumacia, & interim pendente termino ſuſpenditur executio,& ſi poſtea durat infirmitas, ſolet produci aliud inſtrumentum, quòd talis infirmitas durat curia ſedente pro tribunali, antequam labatur primus terminus, & per curiam ſolet fieri prorogatio per aliquot alios dies, quibus elapſis abſque alia uocatione debitor remanet contumax ut ſupra. Sin autem infirmus reperitur in ciuitate,non requiritur inſtrumentum, ſed decernitur, ꝙ iudex ebdomadarius accedat ad domum debitoris unà cum creditore ad faciendum liquidationem, & eo reperto infirmo, fit interrogatio,& liquidatio,& poſtea fit præceptum infirmo,ſic quòd durante infirmitate non diſcedat a domo, & quòd caueat de ſe præſentando in carceribus curiæ, quum primum conualuerit abſque requiſitione: Et ſi creditor allegaret infirmitatem eſſe leuem,decernitur,quòd accedat medicus, & habita relatione infirmitatem eſſe leuem,& non periculoſam,decernitur,quòd debitor carceretur in carceribus curiæ non obſtante leui infirmitate per tex. in d. l. quæſitum ff. de re iudi. & per tex. cum gloſ. in c. placuit. & c. peruenit 18. diſtinct. ſecundũ Abb. in d. c. querelam. numero primo, extra de procu. Quid ſi debitor in
20 firmus † in domo arreſtatus tempore liquidationis, uel poſt allegaret ſatisfactionem, uel aliam exceptionem peremptoriam, an debeat ei dari terminus ad probandum? Et dico quòd non,niſi debitore exiſtente in ordinarijs carceribus curiæ, & non in domo loco carceris aſſignata ob impedimentum infirmitatis,ſed durante infirmitate ſuperſedetur in datione termini: quia ritus loquitur propriè in uinculis curiæ, & nunquam uidi talem terminum præfigi: niſi debitore carcerato in uinculis curiæ, uel facto depoſito debiti petiti, niſi ſemel ex diſpenſatione domini Proregis ad inſtantiam cuiuſdam marchionis arreſtati in domo ob infirmitatem. qui cum petijſſet talem terminum,

magna

magna Curia Vicariæ denegauit; quia ritus repugnat, & porrexit memoriale, ſeu ſupplicationem domino Proregi petendo diſpenſationem dicti ritus, & obtinuit, quòd non obſtante ritu, præſtita cautione de tenendo domum loco carceris durante infirmitate audiretur in allegata ſatisfactione: Sed hoc proceſſit ex gratia ſpeciali pro illa uice dumtaxat, & nunquam uidi id amplius concedi: fallit tamen in muliere honeſta, quæ non carceratur in carceribus curiæ, ſed in domibus honeſtis, uel monaſterijs monialium cauſa honeſtatis, ut infra dice-
21 tur. Præterea ſi debitor † reperitur carceratus in alia curia, quàm in curia iudicis citantis, poteſt eius procurator, amicus, ſeu conſanguineus allegare carcerationem citati, adeo quòd non poteſt perſonaliter comparere: Sed aduerte, quòd ſi carceratus eſt infra dietam legalem. *i.* uiginti miliaria, ſufficit præſentare fidem auctenticam in carta bombicina de dicta carceratione: Si uerò eſt ultra dietam debet producere publicum inſtrument um in forma probante, uel literas officialis detinentis ipſum carceratum cum ſigillo curiæ, ſeu dicti officialis: quia acta iudicialia non ſcribuntur in pergameno, & docto de carceratione debitoris decernitur, quod ſuperſedeatur in condẽnatione debitoris carcerati, & ſi ſit ſuſpectus de fuga, aut alijs debitis inuolutus, ſolet fieri præceptum officiali eum detinenti, ſi eſt inferior, ſeu ſubditus iudici citanti, quòd non liberet carceratum eo inconſulto, & poſtea poterit maturius prouideri circa liberationem cum cautione de præſentando, uel aliàs ut facti qualitas expoſtulauerit arbitrio circumſpe-
22 cti iudicis. Et ſi per creditorem † replicaretur dictam carcerationem affectatam, & procuratam ad euitandum comparitionem & contumaciam, ut in l.2.§. fi. 3. & 4. ff. ſiquis cau. & c. paſtoralis. ad fin. extra de offi. dele. & c. ſignificante. extra de pigno. tunc inſpiciatur, ſi talis carceratio eſt ante uel poſt citationem, ſi ante, admittitur excuſatio, & durante impedimento carcerationis non proceditur ad condemnationem, ſeu contumaciam, per notata in d. l. quæſitum. ff. de re iudi. aliàs condemnatio eſſet nulla, ut per Pau. de Caſ. poſt Barto. in d. l.2. §.2. ff. ſi quis cau. & ibi Alexan. in ult. col. in uer. Quid de carcerato cum concor. Si uerò poſt citationem, tunc præſumitur procurata, & affectata, & decernitur, quòd condemnetur debitor citatus non obſtante tali carceratione: clarum eſt enim aliquid prodeſſe, quod deſideratum non prodeſt, ut inſti. de excu. tuto. §. item tria. & ff. ex quibus cau. maio. l. item hi. §. qui data. & ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. l. 1. & l. pen.
23 & ff. de accu. l. hos accuſare, in fin. 1. reſpon. † Sed nota unum mirabile dictu circa hanc excuſationem carcerationis, quòd carceratio etiã quòd non ſit procurata, & affectata, aliquando non prodeſt excuſato, ueluti quando detinetur iniuſtè a magiſtratu, ut not. gloſ. in d. l. 2. §. fin.

fin.ff. ſiquis cau. Idem ſi detinetur per priuatum, tex. eſt in d. l. 2. in fin. ſed datur actio carcerato contra magiſtratum, uel priuatum, qui ipſum detinuit in id quod eius interfuit non eſſe detentum, tex. cum
24 gloſ.in l. ſed actio. eo. titu. Sin autẽ † debitor citatus reperitur carceratus in uinculis curiæ, in qua citatus eſt, non poteſt contumax reputari, ſed decernitur, quòd fiat interrogatio, & liquidatio: nam quem quærit, intus habet & facta liquidatione fit empara in eiſdem carceribus pro debito petito, & pœna, & ita quotidie fit, & ſeruatur. Vltra
25 prædictas excuſationes † admittitur procurator, uel cõſanguineus, ſiue amicus in cauſis ſuper præſentationibus inſtrumentorum ad allegandum illiquiditatem inſtrumenti, quod præſentatur per creditorem curia pro tribunali ſedente, & eo reperto illiquido per eius lecturam ſuſpenditur condemnatio, ſeu contumacia debitoris citati, & ratio eſt: quia ipſe debitor nulliter citatur uigore inſtrumenti non liquidi prohibente ritu, ut in rit. incip. Item intelligitur iſte ritus, & quod nullum eſt, pro nihilo habetur. l. 4. §. condemnatum.ff. de re iudi. & ſolet decerni, quòd procedatur ordinariè, & non iuxta formam ritus, faciunt ea quæ tradit Deci. in c. ex parte. lo ſecundo, in 4. & 5. fal
26 len. extra, de offi. deleg. Quid ſi procurator † produceret aduerſus creditorem aliud inſtrumentum in forma probante illiquidans inſtrumentum præſentatum per creditorem, an debeat admitti, & audiri? Et uidetur dicendum quòd ſic; quia pacta ex interuallo appoſita proſunt ad excipiendum. l.in bonæfidei.C. de pac. & l. iuriſgentium §. ſed cum nulla.ff. eo. titu. maximè quia exceptio fundata in alio inſtrumento æque ſolenni opponi poteſt ſecundùm Deci.in d. c. ex parte. 2. in 15. fallen. Sed contrarium puto uerum: quia procurator non admittitur in hoc iudicio extraordinario niſi ad excuſandum, ut ſuperius dictum eſt: ſed principalis debitor debet perſonaliter comparere ad excipiendum uigore ſecundi inſtrumenti tempore quo fit interrogatio, ſeu liquidatio primi inſtrumenti, nam creditori competit defenſio aduerſus ſecundum inſtrumentum, quam facere non debet ex
27 forma ritus debitore abſente: Secus autem eſt, † quando illiquiditas apparet ex eodem inſtrumento præſentato per creditorem: quia non poteſt ipſe creditor impugnare inſtrumentum per ipſum præſentatum, & approbatum, & per conſequens procurator admittitur ad allegandum dictam illiquiditatem apparentem ex eodem inſtrumento & non diuerſo, & hoc de rigore ritus; faciunt notata per Deci. in d.c. ex parte 2. in 10. fallen. Aliquando uerò de æquitate fuit prouiſum, quòd in fra tot dies fiat depoſitum quantitatis petitæ, aliàs debitor ponatur & deſcribatur in libro contumacium, & hoc quando allegabatur illiquiditas ex diuerſo inſtrumento per procuratorem, &

facto

facto depoſito diſceptabatur ſuper ualiditate, & illiquiditate inſtrumẽtorum: nam per depoſitum tollitur rigor dicti ritus, ut innuit rit. incip. Vbi autem citatus, & alius rit. incip. Item ſi aliquis, uel aliqua. Sed hodie ſublata eſt hæc practica æquitatis per inſtructiones Regias factas dictæ magnæ Curiæ Vicariæ in tit. de liquidatione inſtrumentorum dicentes non poſſe prouideri, quòd fiant depoſita, ſed decerni ſuper liquidatione, ad hoc ne fiſcus fraudetur pœna. Admittitur
28 etiam † procurator ad allegandum inſtrumentum nullum ex defectu ſubſtantialium, & ſolennitatum, ueluti quòd inſtrumentum, cuius uigore agitur, nõ eſt in forma probante, & in eo deficiunt ſubſcriptiones teſtium in numero oportuno, aut alia ſubſtantialia quæ ſuperius narraui in prima conſideratione: nam quando deficiunt ſolẽnitates, & ſubſtantialia inſtrumenti, non dicitur inſtrumentum, & ideo ſtatutum loquens de inſtrumento intelligitur de ualido per ea quæ Bar. in
29 l. Diuus Traianus. ff. de teſta. mili. & alia allegata † per Afflict. in deciſ. 21. & Deci. in d. c. ex parte. 2. in 2. fallentia. Simili modo poteſt procurator opponere, quòd inſtrumentum non eſt ſtipulatum in præſentia illius, qui agit, & comparet curia pro tribunali ſedente tẽpore quo uocatur debitor citatus, & inſtat pro condemnatione, uel quia creditor agens eſt minor, & non poteſt eſſe in iudicio ſine tutoris, uel curatoris interuentu: nam hæc exceptio reſpicit perſonam agentis, & non defenſionem cauſæ principalis requirentem præſentiã debitoris, per ea quę Bar. in l. 1. §. denique ff. quod vi aut clam. Saly. in l. ita pudor. C. de adulte. Bald. in addi. Specu. in tit. de procu. uerſ. Aliud eſt opponere & Deci. in d. c. ex parte. 2. in 4. fallentia, extra de offi. de leg. Et in omnibus iſtis caſibus ſuſpenditur condemnatio debitoris: quia ritus prohibet agi uigore inſtrumenti non publici, & inualidi, ac ſine requiſitis per conſti. Regni. Inſtrumentorum robur, & alia iura ſupra allegata in prima conſideratione, ut in rit. incip. Item quòd ſi qui debitores, ibi publica inſtrumenta appareant &c. cum ſequen. In quibus ritibus eſt data certa forma agendi in hoc iudicio extraordinario, quæ forma eſt de ſubſtantia, & debet ad unguem obſeruari per litigantes actores, per ea quæ allegat Fely. in cap.
30 cum dilecta. extra de reſcrip. in uerſi. ſextum ſignum. † Item admittitur procurator, ſeu amicus, uel conſanguineus, ad allegandum nullitatẽ citationis apparentem in promptu ex eius lectura: quia quãdo citatio eſt nulla, non arctat citatum ad comparendum. c. bonæ in fin. el. 2. extra de elec. & ibi glo. in uerb. Nec prædicta. not. in cap. ſi epiſcopus. 3. q. 2. & in d. c. dilectus, extra de dolo, & contu. & quicquid fieret contra nulliter citatum abſentem eſſet inualidum. l. uir bonus. ff. de iudi. ſol. & leg. ſi pater. C. ne de ſta. defun. Sed quæritur,

quando

quando citatio dicatur nulla? Primò dicitur nulla, quando deficit verbum peremptorium, ſeu æquipollens uerbum, ueluti ſi in citatione dicatur, quod ſi citatus non uenerit in termino ſtatuto procedetur ad talem actum, ut in conſti. Regni. Edictorum, & ibi Afflict. num. 2. & And. de Iſer. in conſti. In ciuilibus cauſis. in uerb. peremptoria, & in d. conſti. Edictorum, & ibidem gl. in uer. continebit, & in c. prout. & c. cum dilecti. extra. de dolo, & contu. & 24. q. 3. c. de illicita. Secun
32 dò dicitur † nulla citatio, quando eſt intimata die feſto, ſeu feriato. ff. de fer. l. 1. & C. eo. titu. l. fin. ibi prçconis uox horrida conquieſcat, & ibi, nulla quæcunque, & ibi. taceat. & C. de dila. l. a procedente. 5. q. 2. c. 1. nam citatio eſt de proceſſu. c. quoniam contra. extra de proba. & proceſſus tali die habitus eſt nullius roboris, & momenti, extra de feri. c. fina. ad fin. & d. l. fi. C. eo. titu. quod intellige in ferijs inductis in honorem Dei ſecundùm Bar. in l. 1. §. nuntiatio. verſ. qu ærit Iac. de Are. ff. de no. ope. nun. & habetur in d. c. fi. de feri. & ibi Doc. & Cardi. & nota, quòd ſi citatio eſt expedita a magna Curia Vicariç, & intimata in alio loco, puta Salerni die feſto in dicta ciuitate. Salnerni, eſt nulla dicta citatio, etiam quòd in ciuitate Neapolitana, in qua reſidet magna Curia, non ſit feſtum: quia attenditur locus, ubi citatio exequitur, ſeu intimatur, & non ubi expeditur, ita dicit rit. qui incip. Item ſeruat dicta curia. in rit. de cita. Tertiò dicitur nulla
33 citatio, † quando eſt expirata, ſeu circunducta, ueluti ſi a die expeditionis, ſeu datæ ipſius ſunt elapſi menſes ſex, ut in rit. incip. Item ſi quis impetrat. cum ſequen. uel quia in citatione ipſa non fuit accuſata prima contumacia, & ultima, & citatio ipſa uocata curia ſedēte pro tribunali infra menſem unum a die primæ contumaciæ quando citatio ipſa fuit facta in ciuitate Neapoli, & eius diſtrictu: aut infra duos menſes quando fuit intimata citatio extra ciuitatem & diſtrictum, ſeu territorium, ut innuit Afflict. in conſtit. Accuſatorum cu 4. not. & Albe. oliua in rit. ſecundo cur. Archiep. Neap. in uerſ. Non circumducitur, & uidetur dicere ritum magnæ Curiæ, qui incip. Item nota, quòd ſi feci te citare, & ita ſeruatur in dicta magna Curia Vicariæ.
34 Quartò eſt nulla citatio, † quando in relaxatione nuncij, ſeu alguzerij citantis extra territorium deficit ſubſcriptio, uel ſaltem deſcriptio trium, uel duorum ad minus, qui interfuerunt in actu citandi, ut in Regia Prag. Diſpendia litium. in uerſ. Quilibet, & in conſtitu. Regni. Citationis literæ, & ibi. gloſ. & And. & dixi ſupra in hac ultima con
35 ſideratione. num. 1. Quintò eſt nulla, † quando prima contumacia fuit accuſata die feriato, ut in rit. incip. Item quòd tam in ciuilibus cum pluribus ritibus ſequen. ſub rub. de contu. quod intellige in die feriato in honorem Dei, ut ſuperius dixi; quia cauſa inſtrumen-

ſalis

talis ſecundùm formam ritus eſt criminalis. Afflict. in d. deciſio. 64. & in cauſis criminalibus non ſeruantur feriæ introductæ ad utilitatem hominum, ueluti feriæ meſſium, & uindemiarum, in quibus ferijs poteſt fieri executio inſtrumentorum habentium executionem paratam. cap. fi. extra de Iudi. uult Bart. in l. omnes. C. de feri. ſequitur Lanfran. deciſ. 2. Vnde ſi tempore uocationis curia pro tribunali ſedente fuerit allegata aliqua ex prædictis nullitatibus, quæ appareat in promptu ex lectura ipſorum actorum, decernitur, quòd non procedatur contra dictum citatum uigore dictæ nullæ citationis, relationis, ſeu primæ contumaciæ.

36 † Si uerò per procuratorem, uel alium allegaretur falſitas relationis, clericatus, minor ætas, ſeu alia exceptio requirens altiorem indaginem, decernitur, quòd debitor citatus condemnetur (ut ſupra dictum eſt) & eo comparente perſonaliter habebitur ratio de exceptionibus allegatis, quæ de iure habenda erit: quia procurator, uel amicus non admittitur ad allegandnm huiuſmodi exceptiones, ut in pluribus ritibus, ſub rub. de foro compe. & de cleri. volen. decli. for. Sin autem nulla excuſatio, nec nullitas allegaretur

37 † pro parte debitoris citati, adeo quòd reputaretur contumax ut ſupra, quod remedium dabitur ipſi debitori, ut euitet contumaciam contractam, & eius pœnam? Dic, quòd dictus contumax poteſt perſonaliter comparere eodem die, ſeu ueſperi, & (ut aiunt) ſero, quo fuit contumax reputatus uſque ad primum ſonum coram Regente, ſeu aliquo ex Iudicibus dictę magnæ curiæ, ſi ab ipſa magna curia fuit condemnatus, & obtinere fidem, ſeu notam ſuæ comparitionis, & illam annotari facere per actuarium in libro contumacium, & euitabit pænam contumaciæ.

ADDITIO.

Adde, quòd ſi ūnus ex pluribus pro eadem cauſa condemnatis de ſero comparuerit euitabit pœnam contumaciæ etiam reſpectu aliorum, qui non comparuerunt, itaque poteſt uenire ad primam & facere inſiſtentiam, & creditore non comparente licentiam obtinere pro ſe, & alijs. Et ratio eſt: quia poterit debitor ille talia opponere, quòd impediret liquidationem: quia poſtquam pro eadem re ſeu quantitate obligati cenſentur una & eadem erit omnium defenſio, & unius uictoria alias prodeſt l. loci. §. ſi fundus ff. ſi ſeruitus uend. l. ſi communem ff. quemadmodum ſer. amitt. ¶ At in ſupplicationibus porrigendis cum ordine Sac. conſi. quod magna curia relationem faciat ſeruatur iſta practica: nam ſi tempore quo fieret liquidatio quis ex creditoribus cum ſupplicatione

plicatione comparuerit: euitabit carcerem, etiam reſpectu aliorum. Sed ſi liquidatione iam facta comparuerit de ſero, & ad primam deinde cum ſupplicatione retardabitur executio quò ad comparentem tantum & quò ad alios ſolet ipſa magna curia literas executoriales expedire, & in facto habui in cauſa nobilis Ioannis Vin. Zaccariæ cũ magnificis Honorato Gaetano & Nicolao Maria Siripando, exiſtente actuario Viſigliano. ¶ Veteres curiales aſſignauerunt mihi hãc diuerſitatis rationem: quia in primo caſu per ſupplicationes impeditur liquidatio, & quod propterea vigore ipſius ad executionem procedi non poteſt, in ſecundo verò liquidatio erat iam facta, & per ſupplicationem deinde non ſuſpenditur effectus liquidationis, & ſic executio reſpectu aliorum, ſed quò ad comparentem tantum, qui cautionem præſtiterit de parendo mandatis Sacri conſilij. Hoc mihi nunquam placuit: quia quamuis appelletur a liquidatione iam facta, unius tamen appellatio omnibus uidetur prodeſſe. leg. ſi qui ſeparatim §. fin. ff. de appellatio. leg. 1. 2. C. ſi vnus ex pluribus appellat. & ita quòd quatenus appellans dixerit reſpectu ſui tantum appellare, effectus tamen ipſius appellationis porrigitur etiam quò ad alium non appellantem, ut uoluit Bartol. in leg. à ſententia, ff. de appellatio. Verum conſueuerunt peritiſſimi iudices conſtitut. de aliquo bono iure debitorum decretum dicere quod ſuperſedeatur in exequendo, etiam quò ad non comparentes pendente relatione facienda. Franc. Anton. Maczia.

Verum dictus comparens debet prima ſequenti curia dum regitur pro tribunali iterum perſonaliter comparere, & inſtante, vt procedatur ad interrogationem, ſeu liquidationem inſtrumenti per creditorem petitam, & ſi creditor ipſe aderit, fiet interrogatio, & liquidatio, ſi vero erit abſens, & non venerit durante regimine curiæ pro tribunali ſedentis, debitor inſtans licentiam obtinebit, quæ ſecunda comparitio inſiſtentia nuncupari ſolet, & annotatur in libro contumacium per actuarium, & euitabit pœnam, & ſi talem inſiſtentiam non fecerit, contumacia firma remanebit non obſtante comparitione facta eodem veſperi, ſeu ſero, ut in rit. qui incip. Item quod plerunque, & in titul. incip. Item ſeruat ipſa curia, quod ſi ibi ſub rubr. de banni, & condem. & hæc practica eſt ſatis iuridica, ac iuri conſona: quia per comparitionem factam eodem die hora veſpertina, vt ſupra, tollitur præſumptio contumaciæ, nam die ſtatuta uenit per ea quæ gloſſ. in leg. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cauti. arg. leg. ab hoſtibus. § fin. ff. quib. ex cau. maio. & Albe. oliua. in rit. 1 b. cur. Archi. Neapol. in ver. purgare poteſt. Sed licentiato debitore propter inſiſtentiam per eũ factam vt ſupra quid faciet creditor? Dic, quod cõſueuit

ſueuit magna curia ad inſtantiam creditoris expedire aliam citationem requiſitoriam cõtra debitorẽ, quòd prima die iuridica nulla contumacia incuſanda, nec triduo expectando perſonaliter compareat ad reſpondendum, & faciendum liquidationem iuxta formam ritus, & facta relatione nuntij, ſeu alguzerij quòd ipſum citauit, prima die qua regitur curiã pro tribunali abſque accuſatione primæ cõtumaciæ uocatur iterum debitor requiſitus, ſi non comparet perſonaliter ut ſupra, inſtante creditore perſonaliter condemnatur ad terciam ut di-
39 ctum eſt ſupra. Solet autem in hoc caſu dubitari, † ſi citatus per talẽ requiſitoriam non uocatur in banca prima die, qua regitur curia pro tribunali, an poſſit uocari, & condemnari ſequenti curia regenda ſine alia requiſitione? Et puto quod non, & ratio eſt: quia quando aliquis eſt citatus ad aliquem actum faciendum certa die, uel hora, ſi actus ipſe fieret alia die, uel hora, non ualeret: quia eſſet factus parte non citata, & citatus non poſſet dici contumax, ita tenet Bart. in l. ſi. §. fin. per illum tex. ff. quod ui aut clam. & in l. ſi finita. §. Iulianus. in uerſ. quæro, utrum primum decretum. ff. de dam. infec. ſequitur Hyppo. de Marſi. in ſuo ſingu. 48. ubi allegat multas concordantias. Cautela eſt, ut talis requiſitoria fiat, quòd reus compareat prima curia regenda cum continuatione aliarum ſequentium, & tũc poterit uocari infra menſem, ſi eſt facta requiſitio in ciuitate, & diſtrictu, uel infra duos menſes, ſi eſt facta extra territorium, ut fit in primis citationibus, ne plus operetur requiſitoria, quàm prima citatio, & ſic procedi modo præmiſſo. Et nota, quòd de tali requiſitoria nullus ritus facit mentionem, ego credo, quòd talis practica habet originem ex ritu, qui incip. Item ſeruat ipſa curia in primis citationibus. ſub rub. de triduo expect. ubi dicitur, quòd in citationibus, quæ fiunt in proceſſu cauſę lite conteſtata nunquàm expectatur triduum, ſed ſi citatus debet comparere hodie, condemnatur cras, & ratio eſſe uidetur,
40 ut euitetur litium prorogatio: † Quæritur, an dictus debitor ad euitandum contumaciam contractam per requiſitoriam poſſit iterum comparere de ſero? Quidam dicunt quòd non, quia euitanda eſt infinitas. l. fideicommiſſa. §. ſiquis decem. ff. de lega. 3. & ibi Dyn. & Doc. tex. & Bar. in l. qui bona fide. §. fin. ff. de damn. infec. Bal. & Doc. in l. 1. in prin. C. de ſen. quæ pro eo quod inter. profe. Ang. in l. ſi finita, in prin. ff. de damn. infec. & debitor præſumitur in dolo: quia debuit comparere curia ſedente pro tribunali, & non poſt rectã curiam de ſero, poſtquam creditor diſceſſit, ut non fiat liquidatio, & habeat maiorem dilationem, & Iudex debet obuiare quantum poteſt prorogationi litium per ea quæ Abb. in c. ex parte. num. 8. extra de teſti. Alij uerò tenent contrarium, & dicunt, quòd poteſt iterum cõ-

parere

parere de ſero ex infraſcriptis rationibus: primò: quia ritus prædicti
incipientes. Item ſeruat ipſa curia. ſub rub. banni. & condem. dicũt
generaliter, quòd omnes banniti poſſunt comparere de ſero & ſequẽ
ti curia inſiſtere, & non diſtingunt inter bannitos uirtute citationis,
uel requiſitionis, ergò nec nos diſtinguere debemus. Specu. in titu. de
iudi. deleg. §. fin. in uerſ. ſed nunquid idem. num. 20. Secundo, qui
comparet de ſero die ſtatuta uenit & tollitur præſumptio doli, & cõ-
tumaciæ per iura ſuperius alleg. & purgatio modicæ moræ in iudicijs
admittitur, præſertim quando ius actoris non effectũ eſt deterius per
peremptionem actionis, per ea quæ Barto. in d. l. & ſi tres. Tertiò nul
la reperitur differentia inter primam citationem, & requiſitoriam ni-
ſi quòd in requiſitoria non expectatur triduum: quia eſt citatio, quæ
fit in proceſſu cauſæ, ut ſupra dictum eſt, ergò eſt eadem ratio, & pro
pterea idem ius ſtatutum eſſe debet. l. illud. ff. ad l. aquil. Specu. in
titu. de teſte. §. 1. uerſ. aliàs. Quartò rei fauorabiliores eſſe debent in
iudicijs, ut in l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. facit tex. in l. Arrianus
ff. de actio. & obl. & cap. cum ſunt partium iura. extra de regu. iur.
in ſexto & præcipue in pęnalibus & odioſis, iuxtà regu. odia. in 6. eo.
titu. Quintò potius conſideranda eſt negligentia actoris, qui non cõ-
paruit tempore inſiſtentiæ factæ per reum, quàm dolus & contuma-
cia rei qui ſtatuta die de ſero requiſitus uenit, nam ſi creditor tempo-
re inſiſtentiæ affuiſſet, reus non fuiſſet licentiatus, néc opus fuiſſet re-
quiſitoria. Nec obſtat ratio infinitatis euitandæ: nam actor comparẽ-
do in ſequenti curia poterit habere ſuam intentionem, & euitabitur
infinitas & litis prorogatio, & iura in contrarium allegata debent in-
telligi, quando non eſt in poteſtate ipſius actoris tollere infinitatem.
Et hanc ſecũdam opinionem tanquàm magis rationabilem, & æquio
41 rem ſemper ſectarer, & eam pluries uidi ſeruari. † Sin autem debitor
citatus non fuerit excuſatus, nec comparuerit de ſero, uel comparue-
rit, & non inſteterit ut ſupra, remanet contumax, & ſcribitur in li-
bro condemnatorum, ſeu contumacium pro intereſſe regij fiſci: ut
perceptor prouẽtuum poſſit exigere pœnam contumaciæ, quæ ho-
diè ſecundùm communem uſum redacta eſt in tarenis tribus pro
vncia, ut etiam teſtatur Maranta in ſuo ſpecu. aur. in verſ. octa-
uus actus. in princi. Sed Regens magnæ curiæ Vicariæ habet fa-
cultatem componendi tales contumaces, & remittendi tertiam
partem dictarum pænarum, ut latiſſimè legitur in inſtitutioni-
bus factis per dominum Ducem Alcalæ Regni huius Siciliæ ci-
terioris proregem, in quibus data eſt forma compoſitionum. De-
bitore itaque contumace ad inſtantiam eius creditoris, ſeu credi-
tricis expeditur commiſſio de exequendo in perſona, & in bonis de-

Cc bitoris

bitoris contumacis ad electionem ipſius creditoris, Capi. in deciſ. 46. numero 8. & in deciſ. 119. numero 10. per l. 1. §. quid ergo. ff. de uen. inſpi. Barto. in l. conſentaneum. C. quomo. & quan. iud. & Paul. de Caſtro. in l. 1. §. 1. ff. ſiquis iuſdi. non obtemp. & maximè quia in inſtrumentis ſolet apponi clauſula, quòd poſſit exequi dicto modo. Et ſi executio fit in perſona, carceratur debitor tanquàm ſuſpectus de fuga, ut in rit. incip. Item ꝙ ſi debitores, & in rit. incip. Item nota, ꝙ quando uolens. Si uerò exequitur in bonis, talis executio fit ex primo decreto uigore contumaciæ contractæ: & ſimili modo ultra debitum petitum poteſt fieri executio pro expenſis, præcedente prius illarum taxatione: nam contumax tenetur ſoluere expẽſas, & iudex non poteſt de eis facere gratiam, iuxtà not. in c. querelam. extra, de procura. gloſ. & Abb. in cap. conſuluit, de offic. dele. in uerſ. Niſi gratiam. Deci. in conſi. 34. ultima col. & Bal. in c. cõquerente. de reſti. ſpoli. Felyn. in cap. 1. extra de libel. obla. & Bal. in l. eum quem temere. ff. de iudi. & in l. ſancimus. C. eo. tit. Albe. oli. in ritu. 2. curi. archiep. Neap. in uerſi. Niſi de benignitate. Sed

43 pone, † quòd mulier debitrix eſt contumax, quomodo procedetur ad carcerationem ipſius mulieris? Dic quòd ſi eſt mulier inhoneſta carceratur de facto in carceribus curiæ, ubi ſolent poni aliæ mulieres ſecundùm Lanfran. in deciſ. 393. Sin autem eſt honeſta, fit mandatum pœnale ipſi mulieri, quòd eligat aliquod monaſterium, & illud ingrediatur, & teneat loco carceris, & non exeat, donec ſatiſfaciat parti de debito, & curiæ de pœna, uel in defectu monaſteriorum monialium fortè recuſantium eam recipere, eligat aliquam domum honeſtam, & ſi ipſa debitrix non curauerit eligere, & ingredi, dabitur electio creditori, & facta electione cogetur ipſa debitrix contumax ingredi, & ita ſeruatur quotidie, & hoc fit cauſa honeſtatis, quę practica uidetur ſumpta ex aucten. ſed nouo iure. C. de cuſto. reo.

ADDITIO.

In quibus caſibus mulier carcerari poſſit, uide per Dec. in l. 2. nu. 72. cum ſeq. ff. de reg. iur. Hier. Sadeolis.

44 Quæro inſuper, † an bona executa ex primo decreto contra debitorem contumacem pro debito contento in inſtrumento liquido poſſint uendi non expectato trimeſtri tempore nec interpoſito ſecundo decreto iuxtà formam regiæ Pragm. Diſpendia litium? Reſponde, ꝙ ſi inſtrumento debiti ipſe debitor obligauit omnia eius bona, & conſtituit ſe precario nomine poſſidere iuxtà ea quæ recitat Bar. in l. interdum.

tardum.ff.de acqui. poſ. tunc creditor reuocando precarium appoſitũ in ipſo inſtrumento, & illud ad ſe aduocando, poterit uendi facere bona executa ex primo decreto legitimis ſubhaſtationibus præcedentibus: pręcarium enim poteſt reuocari quandocunq; ut in c. pręcariæ. & ibi glo. 10.q.2. & Bald. in c.1.§.1.de natu. feu. etiam quòd in contractu ſit pactum,ꝙ pręcarium non poſſit reuocari: quia tale pactum eſt illicitum,& contrarium naturæ contractus. l. cum precario ff. de preca. Bar. in l. ubi ita.ff. de dona. cau. mor. & gl. Abb. & Doct. in cap. fi. extra de preca. Verum debet prius creditor citari facere ſuum debitorem ad dicendum cauſam, quare bona executa non debent uendi ſtante reuocatione precarij, uel ad ſoluendum debitũ, & reluendum bona executa: ut in lege creditor. C. de diſtrac. pigno. & l. finali.C.de iur. domi. impetran. & l. debitores. C. de pigno. & ibi gloſ. & Afflict. in deciſione tricenteſima quinquageſimaoctaua & huiuſmodi citatio communiter nuncupatur in magna Curia Vicariæ Mandatum ad reluendum reuocato precario. Et ſi debitor citatus comparuerit, & ſoluerit debitum, recuperabit pignus, & precarium erit reſolutum, ac penitus ſublatum, Bartol. in l. ſi debitor. ff. de preca. gloſſ. in dicto capitulo finali. extra eodem titulo. & Afflict. in deciſione centeſima trigeſimanona.

Si uerò non ſoluerit, interponitur decretum, quòd bona executa uẽdantur legitimis ſubhaſtationibus præcedentibus,& de ipſorũ precio ſatisfiat creditori,& ita quotidie uidi ſeruari in dicta magna curia. Vnde ſi inſtrumentum careret conſtituto, & precario, talis uenditio bonorum executorum ex primo decreto fieri non poſſet. Aduerten-
45 dum tamen eſt, † quod ſi debitor reputatus contumax prætendit ſatisfeciſſe,uel aliud opponere contra inſtrumentum,poteſt in uinculis ſatisfactionem allegare, aut aliam exceptionem peremptoriam proponere, uel ſi uoluerit euitare carceres, faciat depoſitum, & audietur extra carceres in iuribus ſuis, ſoluta pœna contumaciæ Regio fiſco: quia per contumaciam quis non amittit facultatem ſe defendendi, ſed tantùm patitur miſſionem in poſſeſſionem bonorum pro menſura debiti petiti. ut in conſtitutione regni,contumacem, & in rit. incipiente. Item nota quòd,& carcerationem tanquam ſuſpectus de fuga, ut in alio ritu incipiente. Item ſi debitores. Vnde exiſtente debitore in uinculis,uel facto depoſito ceſſabit ſuſpicio fugæ, & audietur in iuribus ſuis,ut in d. pragma. Diſpendia litium. uerſ. comparente
46 reo. † Sed hic uenit mihi in mentem unum dubium: quidam reputatus eſt contumax ſuper tenore inſtrumenti,in quo eſt clauſula, quòd liceat creditori exequi facere in perſona, & in bonis ad eius electionem,ita ꝙ una uia electa alia non tollatur, prout communiter fit in

inſtrumentis,ponitur dictus debitor contumax in carceribus, & ibi allegat ſatisfactionẽ, vel falſitatẽ inſtrumenti,uel aliã exceptionẽ peremptoriam data ei dilatione ad probandũm exceptionem propoſitã, & ea pendente comparet creditor, & dicit quod uult exequi facere in bonis dicti ſui debitoris carcerati, debitor replicat,quòd pendente dilatione data ad probandum non poteſt exequi,quid iuris? Videtur dicendum,quòd poſſit exequi in bonis,ſicuti fuit executum in perſona poſtquam habet electionem ut ſupra,ſed in contrariũ eſt ueritas:quia pendente dilatione Iudicis officium conquieſcit. l. ſiue parſ. C. de dila. & c. ſignificante,extra de app. adeo quòd ſi pendente dilatione procederetur proceſſus eſſet nullus ſecundum Doc. & Bald. in d. iuribus, & in l. pen. C. de arbi. gl. & Alex. in l. 1. ff. de ſcri.

ADDITIO.

Adde, quòd ita dilatione pendente conquieſcit iudicis officium, quòd quicquid iſto tempore Iudex facit, eſt ipſo iure nullum ex defectu iuriſdictionis, qua omnino tunc carere uidetur, ut concludit Sebaſt. Vant. in tractat. de nulli. ſent. in Rub. de nulli. ſententiæ ex defectu iuriſdictionis nu. 157. unde ſi pendente dilatione ab eo ſententia pronunciata fuerit, illa erit nulla, tanquam lata a non iudice, & a non habente iuriſdictionem ſecundum Cyn. & Bal. in l. pen. de arb. Iaſ. in l. qui pro tribunali, col. ult. nu. 37. & 38. ff. de re iud. Dec. in c. ſignificante, nu. 7. ff. de offi. deleg. & Marant. in ſuo Specu. aur. in primo actu tertiæ part. ſex. partis princ. & ita ſententia erit nulla, quod quatenus pars deinde eam acceptauerit, non ideo ut ſententia ualebit, aut obligare poterit l. 2. ubi gloſ. & DD. C. com. utr. iud. uoluit Iaſ. in l. pactum, num. 20. C. de tran. latè Dec. in c. de cauſis in gl. in uerbo partium nu. 8. & in c. prudentiam. col. 8. in 2. in uerſi. 3. q. gloſ. num. 19. de offi. deleg. & in conſ. 475. 488. & 499. & Hip. in l. 1. §. 1. ff. de quaſt. Fran. Ant. Maczia.

Crederem tamen ꝙ ſi debitor carceratus non poſſideret bona immobilia,ſed tantùm mobilia,& dubitaretur de dilapidatione ipſorũ, taliter quòd creditor in caſu uictoriæ poſtea non haberet, unde ſibi poſſit ſatisfieri,tunc poſſet fieri ſequeſtrum in dictis bonis mobilib⁹, niſi debitor ſatiſdederit de ſoluendo in caſu ſuccũbentiæ per ea, quæ not. Ang. in l. ſi debitori. ff. de iudi. & Iaſ. in l. 2. ff. de re iud. ubi dicitur quòd pendente dilatione data ad ſoluendum poteſt condemnatus ciuiliter, ſeu criminaliter capi de perſona, ut ſatiſdet de ſoluendo in tẽpore,& pro hoc bene facit ritus,qui inci. Item nota, quòd quãdo volens:maxime quia conſtat de debito per inſtrumentum publicũ, qđ

eſt

eſt probatio probata ſecundum Soci. in conſilio 89. in prima par. octaua columna, & Tho. gram. in deciſ. 103. num. 1. Sequitur mo
47 do uidere, † quomodo proceditur, quando debitor citatus comparet perſonaliter ad reſpondendum ſuo creditori tempore eius uocationis curia ſedente pro tribunali in ultimo peremptorio. Et circa hoc dico, quòd præſentibus in iudicio creditore, & debitore coram Iudice pro tribunali ſedente legitur inſtrumentum præſentatum, & ſi nõ opponitur aliqua exceptio ſubſiſtens illiquiditatis, uel alterius defectus ſubſtantiæ, aut ſolennitatis contra inſtrumentum apparentis in promptu, ut ſupra dictum eſt in prima & ſecunda conſideratione, & dicam inferius: fit interrogatio medio iuramento debitori, ſi habet inſtrumentum pro uero & deinde ſimiliter fit interrogatio creditori cum iuramento, ſi quid recepit de quantitate in inſtrumento contenta, & pro quanta ſumma illud præſentat, & liquidat, & habita reſponſione ab utraque parte ſcribitur per actuarium hic actus, qui in ma-
48 gna Curia Vicarię nuncupatur † liquidatio inſtrumenti: Et ſi debitor negat, ſiue affirmat inſtrumentum uerum, uel allegat ſatisfactionem, aut alios defectus ipſius inſtrumenti, incontinenti debitor ipſe carceratur, & datur terminus utrique parti ad probandum, & defendendum circa exceptiones allegatas, ut in d. ritu incipiente. Item ꝙ ſiqui debitores, & in rit. incip. Nota, ꝙ ille ritus. Et deinde proceditur ad examen teſtium iuris ordine ſeruato, ſcilicet citatis partibus ad uidẽdũ eorum iuramenta, iuxta l. ſi quando. C. de teſti. cum concor. Itẽ fit publicatio, & concluſio ut fit in alijs cauſis, & ſi debitor non probat exceptiones oppoſitas, non liberatur a carceribus, donec ſoluat debitũ ſuo creditori, & pœnã fiſco, ſi uero probat illas inſtructo proceſſu de facto liberatur, & pœna exigitur a creditore tanquam calumniatore: ut in d. ritu. Item quod ſiqui debitores, & in alio ritu incip.
49 Item ſeruat ipſa curia, quod ſi aliquis. † Et nota, quod inſtrumentum quantumcunque authenticum poteſt reprobari. c. cum Ioannes. extra de fi. inſtr. l. cum precibus. C. de proba. glo. in c. cum a nobex is. tra de teſti. in uerb. teſtimonia, & in c. ſi teſtes. 4. q. 2. & 3. in uerſi. eorum. & ſi allegetur falſitas ipſius inſtrumenti, qualiter probetur, uide Bar. in l. in exercẽdis. C. de fi. inſtru. & ſi in parte ipſius inſtrumenti reperitur falſitas totum redditur ſuſpectum, & ei non creditur. l. 2. in fi. ff. de fi. inſtru. gl. in c. ſi ad ſcripturas. 9. diſt. Et ex hoc dico, ꝙ ſi ex facie inſtrumẽti, cuius uigore agitur appareret aliqua falſitas in parte ip-
50 ſius impediretur interrogatio, ſeu liquidatio p̃dicta. † Sed iuxtà prędicta pone, ꝙ mulier eſt debitrix cõuenta, & ĩ termino dato ad probãdum exceptiones oppoſitas nõ benè probauit eius inietionem, & per hoc fortè petat ſibi concedi beneficium reſtitutionis in integrum,

an ſit ei concedendum, quando agitur hoc iudicio extra ordinario ſecundùm formam ritus? Et teneo indubitanter quòd non, cum cauſæ ſuper liquidationibus, & executionibus inſtrumentorum ſint criminales propter periurium, ut ſupra dixi ſecundùm Afflic. in d. deci. 64. & in criminalibus reſtitutio in integrum denegatur. Specu. in ritu. de excep. & repli. §. 3. num. 8. Barto. in l. auxilium. ff. de mi-
51 no. & Afflic. in conſtitu. † Minorum iura. in 4. notab. numero ſeptimo. Cautela eſt igitur, ut mulier conuenta ſecundùm formam ritus ad euitandum rigorem iudicij criminalis faciat depoſitum debiti petiti, & opponat exceptiones quas habet, & licèt depoſitum debeat liberari creditori ſaltem cum cautione de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, ſi debitrix non plenè probauerit exceptiones oppoſitas in primo termino, poterit obtinere beneficia: nam per depoſitum ſublata eſt criminalitas, & Iudicium efficitur ordinarium ſuper reſtitutione, ſeu repetitione pecuniæ per condictionem ſine cauſa, per ea quæ Bart. in l. Iulianus. ff. de condi. inde. & in l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. ubi in ſpecie loquitur de executione inſtrumenti guarentigiæ.
52 Quæritur etiam, † in quibus caſibus debitor citatus comparens pſonaliter poteſt incontinenti euitare, ſeu impedire eius carceratinē, & aliquando interrogationem, ſeu liquidationem inſtrumenti? Reſpondeo primò, quòd euitabit carceres, ſi ante liquidationē, ſeu poſt incontinenti uenerit cum ſacculo paratus ſatis facere, ideſt, cum pecunia præſenti, & fecerit depoſitum debiti petiti, & in iſto caſu euitabit nedum carceres, ſed pœnam, ut in ritu qui incip. Vbi autem, & in
53 alio ritu incipiente. Item quòd ſi aliquis, uel aliqua. † Secundò euitabit carceres ſi tempore liquidationis in promptu debitor ipſe produxerit inſtrumentum publicum quietationis, vel aliam cautelam, ſeu ſcripturam authenticam, vtputa acta iudicialia, ſeu forenſia, vel partitam publici banci, quæ plenam fidem facit ratione publicæ authoritatis, per ea quæ Bar. in l. nihil intereſt. §. nummularios. ff. de eden. uel produxerit teſtes in promptu deponentes de ſatisfactione debiti petiti, vt in ritu. incip. Item ſeruat ipſa curia, quòd ſi, & in alio ritu. incip. Item in caſu.

ADDITIONES.

An ſi in contractu apponatur pactum quòd ſolutio debiti non poſſit probari niſi per ſcripturam, valeat tale pactum glo. in authentica, vt ſine prohibitione mat. in ver. ſenatuſconſulto circa medium, vbi dicit, quòd non: vide pulcram cautelam. C. xool. 254. Hier. Sadeolis.

Pone, quòd in inſtrumento ſit adiectum pactum, quòd ſolutio non

non poſſit probari per teſtes, niſi per publicum inſtrumentum, partitam banci, uel per apocam ſcriptam manu creditoris, utrum debitor euitabit carceres producendo in promptu teſtes deponentes de ſatisfactio de iuxta rit. Item ſeruat ipſa curia, quòd ſi, & rit. Idem in caſu, poſſet dicit, quòd non, quia ſic uidetur teſtibus renuntiaſſe quibus de iure renuntiari poteſt per glo. in c. cum ueniſſent, in uer. renuntiatum, & in c. conſtitutis. el 2. in uer. inducit, extra de teſtibus, & ſequitur Bar. in auctentica, at qui ſemel. C. de prob. contrariam ſententiam puto ueriorem, quòd non obſtante tali pacto producendo teſtes de ſatisfactione debiti libe retur quia tale pactum eſt contra publicam utilitatem, & de iure non tenet, glo. in auctentica ut ſine prohibitione mat. &c. §. quia uerò in uer. ſenatus. colla. 7. quod tenet & Barto. ex gloſ. ibi in auctentica iubemus C. de iudicijs, hanc opin. ſequutus fuit Alexan. ibi numero 12. & Iaſ. numero 5. qui allegat Specu. Hoſt. & alios, & idem Alexand. in l. quod de bonis. §. frater, in princ. ff. ad leg. falcidiam & Soci. in Tract. fal. in regu. 419. quæ incipit, renuntiare iuri ſuo & in 4. limit. qui allegat Io. And. in c. ſi diligenti, de for. comp. & dicit communem opin. & ſecundum Iaſ. ibi in d. auctentica, iubemus. limito concluſionem hanc duobus modis, primò quando ſuper tali pacto eſſet appoſ. iuramentum. Secundò quando renuntiatio fit in iudicio ut in contrarijs, ueluti ſi uolo uidere probationes aduerſarij ante publicationem teneor renuntiare teſtibus, & ſic renuntiando non debeo amplius audiri in eorum productione, prout uoluit gl. in d. c. cum ueniſſent, &c. conſtitutis, de teſtibus & ſequitur Bar. in d. auctentica at qui ſemel. de prob. & etiam non renuntiando expreſsè, percutando ſolum atteſtationes aduerſarij videor renuntiaſſe, auctentica de teſtibus. §. quia uerò callat. 7. auctentica, at qui ſemel. iuncta gloſ. in uer. productio teſtium. C. de prob. Hinc in criminalibus eſt ducta illa practica, quòd ſi querelans inſiſtendo contra inquiſitum uoluerit uidere proceſſum informatiuum non adhuc publicatum debet renunciare futuris probationibus. Fran. Ant. Maczia.

Et in hoc caſu debitor euitabit carceres, & pœnam, & creditor detinebitur ut calumniator, & ſoluet pœnam ad rationem rarenorum trium pro uncia ut ſupra. Niſi creditor agat ut hæres facto præ ambulo; quia tunc præſumitur habere iuſtam cauſam ignorantię. per ea quæ Deci. in l. qui in alterius. ff. de regu. iur. num. 5. qui allegat Cardi. in conſi. 94. gloſ. in c. 2. de nou. ope. nun. in uer. non feciſſent. & 12. q. 1. c. expedit. & ibi gloſ. fin. quod puto uerum, ſi ſatisfactio ſit facta defuncto, & non ipſi hæredi agenti; quia tunc ceſſat dicta præſumptio ignorantię, & punitur hęres pœna prædicta. Quid ſi produxerit copiam cum fide, & ſigno notarij inſtrumen-

ti quietationis, an ſufficiat? Dic quòd de rigore ritus non ſufficit; quia debet eſſe inſtrumentum publicum, ſed de æquitate magna Curia Vicariæ conſueuit admittere, quando inſtrumentum eſt ſtipulatum,& confectum infra dietam legalem, ideſt viginti miliaria, & notarius & teſtes uiuunt,aliàs non, per ea quæ not. Afflict. in conſtitu. Baiulos omnes. numero quinquageſimoſexto & quinquageſimoſeptimo licèt concludat, quòd de iure talis copia nullam fidem faciat. Quæritur in puncto, ſi debitor citatus uenit cum teſtibus in
54 prõptu deponẽtibus de ſolutione, † uel alia exceptione & oppoſitũ creditor dicat, quòd ipſe quoque uult producere teſtes in contrariũ, an ipſe creditor debeat admitti? Et uidetur dicendum quòd ſic: quia omnis dilatio in iudicijs eſt communis, ut in rit. incip. Item nota, q̃ in beneficio. ſub rubr. de ponen. infra biduum. car. 3. columna 4. & in l. petendæ. C. de integ. reſti. cum ſimil. Attamen in contrariũ eſt uſus, & ueritas. Nam hoc uerum eſt, quando talis dilatio eſt ordinaria, & non promptuaria: quia dictus ritus admittit dictam probationem in promptu ad inſtructionem Iudicis, & tollendum rigorem ritus tantùm, ut debitor conuentus per huiuſmodi promptuariam probationem euitet carceres,& propterea depoſitiones teſtium ſic examinatorum non publicantur, ſed illarum uigore decernitur, quòd non procedatur uia ritus, ſed uia ordinaria, & poſtea in iudicio ordinario dabitur terminus ad probandum incumbentia, in quo ambæ partes poterunt probare ſibi neceſſaria,& ita intelligitur dictus
55 ritus qui incip. † Item ſeruat ipſa curia, quòd ſi. Aduertendum tamen eſt, quòd aliqui dicunt, quòd probatio ſolutionis debiti apparentis per publicum inſtrumentum debet fieri per ſcripturam, uel per quinque teſtes rogatos, qui deponant interfuiſſe numerationi, niſi de ſolutione fuiſſet confecta ſcriptura, & amiſſa: quia tunc admittitur probatio per duos teſtes deponentes de ſolutione debiti petiti, de confectione ſcripturæ, & de eius amiſſione, ut in l. teſtium. & ibi Paul. de Caſt. C. de teſtibus, ſed dicta lex intelligitur, quando inſtrumentum fuit neceſſariò confectum ex partium conuentione,& non ut facilius probaretur contractus: ut notat gloſ. in d. l. teſtium. & tenet Afflict. in deciſ. 13. in penultima columna, ſed quomodo cognoſcitur, quòd inſtrumentum ſit factum ex conuentione partiũ, dico quòd cognoſcitur,ſi in ipſo inſtrumento dicatur, quòd fuit factum ex conuentione, & pacto,aliàs in dubio præſumitur factum,ut per id facilius probari poſſit contractus, ne probationis modus anguſtetur,quod nota,quia in hoc multi errare ſolent: Probatio autẽ ſimu
56 lationis inſtrumenti ſufficit per duos teſtes ſecundùm Pau. de Caſt. in l. teſtium. nã lex prȩſupponit inſtrumentum uerũ, & nõ fictum, &

inſtru-

inſtrumentum ſimulatum non eſt uerum, nec continet uerum debitum.l.imaginaria.de reg.iur.l.nuda.ff.de contrahen.emp.& l.empto. ff. de aqua plu. arcen.nec inſtrumentum ſimulatum meretur dici inſtrumentum, cum deficiat ſubſtantia debiti ſecundum Bald.in l.cum precibus.C.de proba.ſequitur Pau.de Caſt.in l.teſtium,etiam ſi ſit interpoſitum decretum iudicis ſuper tali contractu ſimulato : quia eo non obſtante poteſt allegari, & probari ſimulatio. Specu. in tit. de empt.& uen.§.nunc dicendum.Bald.in rub.C.qui admit.nam ubi eſt ſimulatio,non poteſt eſſe cognitio,ergo decretum nullum.l.cū hi.§.ſi prætor. ff. de tranſ.l. cum uerò.§. ſubuentum.ff.de ſi. liber. ſequitur Lanfran. in deciſ. 183.& quod exceptio ſimulationis poſſit opponi contra inſtrumentum,dicit Deci.in c.ex par.2.de offi.deleg.in 12. fal

57 len. † Tertiò euitabit carceres,ſi debitor fuerit conuentus infra biennium uigore inſtrumenti facti de ſimplici confeſſione debitoris confitentis mutuò recepiſſe centum, & tempore liquidationis opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ per ea quæ latè Barto. in l. ſi ex conuentione.C.de non nume.pecu.quia talis exceptio oritur ex eodē inſtrumento, & contractu, vt tenet Alexan.& alij Doc.in l.4.§.condē natum.ff.de re iudi.& uide Afflict.in conſtitu.Cauſas. nu. 6. ſecus ſi dicta exceptio opponatur poſt biennium: quia non euitabit carceres debitor opponens,cum poſt biennium ei incumbat onus probandi pecuniam non fuiſſe numeratam. ante uerò incumbat creditori probare numerationem ſecundùm Bar.in d.l.ſi ex conuentione. Fallit ſi in dicto inſtrumento ſit renuntiatum dictę exceptioni non numeratę pecunię:quia etiam ꝙ opponatur infra biennium,non obſtabit, & debitor carceri mancipabitur uigore ritus,donec ſoluerit ut ſupra.Verùm poſtea dictus debitor poterit repetere ſolutum.Bar.in l. fi. C. de non nume.pecu.hinc eſt,ꝙ communiter in inſtrumentis confeſſionatis ponitur talis renunciatio cum iuramento ad excludendum dictam exceptionem impedientem executionem inſtrumentorū,& rariſſimè uidi eam omitti.Idem dicendum eſt in exceptione rei non traditæ, ſi opponatur infra triginta dies poſt contractum debitum per tex. in l.

58 in contractibus.§.ſed quoniam.C.de non nume.pecu. † Quartò euitabit liquidationem, & carcerationem,ſi debitor ipſe fecerit præuentionem petendo condemnari ſuum creditorem ad delendum, ſeu cancellandum inſtrumentum debiti ex aliqua iuſta cauſa, puta: quia prætendit ſatisfeciſſe, uel aliud dixerit contra inſtrumentum,ut in ritu incipiente. In primis, ſub rubr. de præuen. Sed aduerte, quòd dicta præuentio fieri debet,antequam ipſe debitor ſit citatus ad reſpondendum ſuper tenore ipſius inſtrumenti ad inſtantiam ſui creditoris,adeo ꝙ ſi eodē die ſit præuentio per debitorē & citatio ſuper

tenore

ti quietationis, an ſufficiat? Dic quòd de rigore ritus non ſufficit; quia debet eſſe inſtrumentum publicum, ſed de æquitate magna Curia Vicariæ conſueuit admittere, quando inſtrumentum eſt ſtipulatum,& confectum infra dietam legalem, ideſt viginti miliaria, & notarius & teſtes uiuunt,aliàs non, per ea quæ not. Afflict. in conſtitu. Baiulos omnes, numero quinquageſimoſexto & quinquageſimoſeptimo licèt concludat, quòd de iure talis copia nullam fidem faciat. Quæritur in puncto, ſi debitor citatus uenit cum teſtibus in
54 prõptu deponẽtibus de ſolutione, † uel alia exceptione & oppoſitũ creditor dicat, quòd ipſe quoque uult producere teſtes in contrariũ, an ipſe creditor debeat admitti? Et uidetur dicendum quòd ſic: quia omnis dilatio in iudicijs eſt communis, ut in rit. incip. Item nota, ꝙ in beneficio. ſub rubr. de ponen. infra biduum. car. 3. columna 4. & in l. petendæ. C. de integ. reſti. cum ſimil. Attamen in contrariũ eſt uſus, & ueritas. Nam hoc uerum eſt, quando talis dilatio eſt ordinaria, & non promptuaria: quia dictus ritus admittit dictam probationem in promptu ad inſtructionem Iudicis, & tollendum rigorem ritus tantùm, ut debitor conuentus per huiuſmodi promptuariam probationem euitet carceres,& propterea depoſitiones teſtium ſic examinatorum non publicantur, ſed illarum uigore decernitur, quòd non procedatur uia ritus, ſed uia ordinaria, & poſtea in iudicio ordinario dabitur terminus ad probandum incumbentia, in quo ambæ partes poterunt probare ſibi neceſſaria,& ita intelligitur dictus
55 ritus qui incip. † Item ſeruat ipſa curia, quòd ſi. Aduertendum tamen eſt, quòd aliqui dicunt, quòd probatio ſolutionis debiti apparentis per publicum inſtrumentum debet fieri per ſcripturam, uel per quinque teſtes rogatos, qui deponant interfuiſſe numerationi, niſi de ſolutione fuiſſet confecta ſcriptura, & amiſſa: quia tunc admittitur probatio per duos teſtes deponentes de ſolutione debiti petiti, de confectione ſcripturæ, & de eius amiſſione, ut in l. teſtium. & ibi Paul. de Caſt. C. de teſtibus, ſed dicta lex intelligitur, quando inſtrumentum fuit neceſſariò confectum ex partium conuentione,& non ut facilius probaretur contractus: ut notat gloſ. in d. l. teſtium. & tenet Afflict. in deciſ. 13. in penultima columna, ſed quomodo cognoſcitur, quòd inſtrumentum ſit factum ex conuentione partiũ, dico quòd cognoſcitur,ſi in ipſo inſtrumento dicatur, quòd fuit factum ex conuentione, & pacto,aliàs in dubio præſumitur factum,ut per id facilius probari poſſit contractus, ne probationis modus anguſtetur,quod nota,quia in hoc multi errare ſolent: Probatio autẽ ſimu
56 lationis inſtrumenti ſufficit per duos teſtes ſecundùm Pau. de Caſt. in l. teſtium. nã lex præſupponit inſtrumentum uerũ, & nõ fictum, & inſtru-

inſtrumentum ſimulatum non eſt uerum, nec continet uerum debitum.l.imaginaria.de reg.iur.l.nuda.ff.de contrahen.emp.& l.empto. ff. de aqua plu. arcen.nec inſtrumentum ſimulatum meretur dici inſtrumentum, cum deficiat ſubſtantia debiti ſecundum Bald.in l.cum precibus.C.de proba.ſequitur Pau.de Caſt.in l.teſtium,etiam ſi ſit interpoſitum decretum iudicis ſuper tali contractu ſimulato: quia eo non obſtante poteſt allegari, & probari ſimulatio. Specu. in tit. de empt.& uen.§.nunc dicendum.Bald.in rub.C.qui admit.nam ubi eſt ſimulatio,non poteſt eſſe cognitio,ergo decretum nullum.l.cũ hi.§.ſi prætor. ff. de tranſ.l. cum uerò.§. ſubuentum.ff.de ſi. liber. ſequitur Lanfran. in deciſ. 183.& quod exceptio ſimulationis poſſit opponi contra inſtrumentum,dicit Deci.in c.ex par.2.de offi.deleg.in 12. fal

57 len. † Tertiò euitabit carceres,ſi debitor fuerit conuentus infra biennium uigore inſtrumenti facti de ſimplici confeſſione debitoris confitentis mutuò recepiſſe centum, & tempore liquidationis opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ per ea quæ latè Barto. in l. ſi ex conuentione.C.de non nume.pecu.quia talis exceptio oritur ex eodẽ inſtrumento, & contractu,vt tenet Alexan.& alij Doc.in l.4.§.condẽnatum.ff.de re iudi.& uide Afflict.in conſtitu.Cauſas. nu. 6. ſecus ſi dicta exceptio opponatur poſt biennium: quia non euitabit carceres debitor opponens,cum poſt biennium ei incumbat onus probandi pecuniam non fuiſſe numeratam. ante uerò incumbat creditori probare numerationem ſecundùm Bar.in d.l.ſi ex conuentione. Fallit ſi in dicto inſtrumento ſit renuntiatum dictę exceptioni non numeratę pecunię:quia etiam ꝙ opponatur infra biennium,non obſtabit, & debitor carceri mancipabitur uigore ritus,donec ſoluerit ut ſupra. Verùm poſtea dictus debitor poterit repetere ſolutum.Bar.in l. fi. C. de non nume.pecu.hinc eſt,ꝙ communiter in inſtrumentis confeſſionatis ponitur talis renunciatio cum iuramento ad excludendum dictam exceptionem impedientem executionem inſtrumentorũ,& rariſſimè uidi eam omitti.Idem dicendum eſt in exceptione rei non traditæ, ſi opponatur infra triginta dies poſt contractum debitum per tex. in l.

58 in contractibus.§.ſed quoniam.C.de non nume.pecu. † Quartò euitabit liquidationem, & carcerationem,ſi debitor ipſe fecerit præuentionem petendo condemnari ſuum creditorem ad delendum, ſeu cancellandum inſtrumentum debiti ex aliqua iuſta cauſa, puta: quia prætendit ſatisfeciſſe, uel aliud dixerit contra inſtrumentum,ut in ritu incipiente. In primis, ſub rubr. de præuen. Sed aduerte, quòd dicta præuentio fieri debet,antequam ipſe debitor ſit citatus ad reſpondendum ſuper tenore ipſius inſtrumenti ad inſtantiam ſui creditoris,adeo ꝙ ſi eodẽ die ſit præuentio per debitorẽ & citatio ſuper

tenore

tenore inſtrumenti ad inſtantiam creditoris, talis præuentio non impedit interrogationem, ſeu liquidationem inſtrumenti nulla habita ratione horarum diei, vt in rit. incip. Item quod ubi facta eſt, & dicit
59 Affliċt. in deciſ. 387. † Et pro forma dictæ præuentionis nota, quòd debitor antequam citari faciat ſuum aduerſarium ſuper caſſatione dicti inſtrumenti debet præſtare fideiuſſionem de comparendo perſonaliter tempore publicationis faciendæ in cauſa dictæ præuentionis, & de ſoluendo debitum & pœnam, caſu quo ſuccubuerit in tali præuentione ut in Regia pragma. quæ incip. Malitijs litigantium, & ſi dictus debitor præueniens non habet fideiuſſores in loco iudicij, poteſt impetrare a iudice, vt committat officiali illius loci, vbi degunt fideiuſſores, quòd illos recipiat idoneos eius nomine, & ipſam fideiuſſionem tranſmittat ad locum iudicij, & hoc poteſt fieri antequam citetur creditor ſuper dicta caſſatione: quia cum talis præſtatio fideiuſſionis ſit præparatorium iudicij præuentionis, non poſſet poſtea fieri talis commiſſio de recipiendo fideiuſſores extra locum iudicij per ea quæ Affliċt. in deciſ. 137. & quamuis aliqui dicant, quòd talis fideiuſſio ſit præſtanda ſi petatur. Cum ſtatutum loquens de fideiuſſione præſtanda intelligatur, ſi fuerit petita ſecundùm Paul. de Caſt. in l. uniuerſa, cum glo. C. de preci. impe. offe. & ibidem Iaſ. & Hyppo. de Marſi. in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæſtio. Attamen in contrarium eſt veritas: quia dicta fideiuſſio in cauſa præuentionis omnino debet præſtari, etiam quod non petatur ob illud aduerbium, prius, poſitum in dicta Pragmatica: nam illud aduerbium, prius, dat formam ſpecificam præuentioni, & forma quæ debet præcedere eſt de ſubſtantia, & nō poteſt ſequi Bar. in d. l. uniuerſa. Fely. in c. cum dilecta. extra de reſcrip. & in c. paſtoralis, extra de excep. & in c. quoniam. lo 1. extra ut lit. non conteſt. refert, & ſequitur. d. Albe. oliua ſuper ritu. 20. cur. Archi. Neap. in uer. ſuis expenſis. unde ſi præuentio fuerit facta ſine præſtatione fideiuſſionis, non impedit liquidatio
60 nem, & carcerationem tanquam informiter facta. † Aduertendum eſt inſuper, quòd dicta præuentio fieri debet in magna Curia Vicariç, & non in alijs curijs Regni, quia ſi debitor citaretur in dicta magna curia ſuper tenore inſtrumenti, procederetur ad interrogationem, ſeu liquidationem, non obſtante præuentione facta in alia curia, niſi creditor eſſet clericus, quia tunc admitteretur præuentio facta in curia eccleſiaſtica vt in ritu incip. Item quòd ad ſatisfactionem.
61 † Quod intellige, dummodo in inſtrumento non ſit renuntiatum cum iuramento dictæ præuentioni: nam ſtante renuntiatione non poſſet ipſe debitor præuenire tanquam periurus per iura vulgaria: niſi debitor ipſe obtinuerit abſolutionem a iuraméto per viginti dies,

ante-

anteqnam ueniat terminus ſolutionis promiſſę in inſtrumento, ut per Afflict. in deciſ. 31. quę abſolutio non ſit ſubreptitia, nec obreptitia: vnde nota, quòd ſi in aliquo inſtrumento eſt renunciatum alicui exceptioni, ſeu beneficio, & eſt facta promiſſio cum iuramento non petendi abſolutionem de tali renuntiatione, non ſufficit abſolutio iuramenti pręſtiti in renuntiatione, ſed eſt neceſſaria quoque abſolutio a iuramento pręſtito de non petendo abſolutionem a iuramento. Bald. in repe. l. 1. ff. de iureiur. & idem Bald. & Io. de Imo. in l. hæc ſcriptura. ff. de condi. & demon. Fely. in c. debitores. extra de iureiur. & Afflict. in deciſ. 220. proinde ſit cautus impetrans ut in ſupplicatione faciat mentionem de omnibus clauſulis inſtrumenti, ut euitet ſubreptionem & obreptionem. De hac materia abſolutionis a iuramento, in quibus caſibus peti poteſt, quomodo, & quando, uide Pau. de Caſtro, & Barto. in l. ſi pro eo. ff. de fideiuſ. Iaſ. in l. nec quicquam. ff. de offi. procon. & in aucten. ſacramenta puberum. C. ſi

62 aduer. uendi. † Quintò euitabit liquidationem, & carcerationem, ſi inſtrumentum præſentatum per creditorem non eſt publicum, & auctenticum in forma probante cum ſolennitatibus ſupra narratis in

63 prima conſideratione. † Sextò euitabit liquidationem, ſeu interrogationem, & carcerationem, ſi inſtrumentum non eſt liquidum per ſe, uel per aliud inſtrumentum ſeparatum illiquidans primum, per ea quæ dixi ſupra in ſecunda conſideratione: Sicuti enim vnum inſtrumentum poteſt liquidari per relationem ad aliud, ita etiam poteſt illiquidari, in ritu incip. Item intelligitur iſte ritus a contrario ſenſu. Iudex enim debet habere rationem exceptionum prouenientium ex pacto incontinenti appoſito contractui: quia tale pactum eſt pars contractus. l. fundi partem. ff. de contrahen. emp. Barto. in l. lecta. ff. ſi cer. peta. & in l. eum qui ita. ff. de uerb. oblig. Lanfran. in deciſ. 291. immo tale pactum ineſt contractui, & in format actionem. l. iuriſgẽtium. §. ſed cum nulla. uerſ. quinimmo. ff. de pact. & nedum de pacto incontinenti appoſito, ſed etiam ex interuallo: quia ex interuallo appoſita proſunt ad excipiendum. l. in bonęfidei. C. de pac. Et aduerte, ꝙ debitor habens inſtrumentum, per quod illiquidatur inſtrumẽtum creditoris, debet illud præſentare in forma publica probante, & auctentica: eo enim modo quo liquidatur, eodem modo debet illiquidari, cum ſit eadem ratio, & proinde idem ius ſtatutum eſſe debet. l. illud. ff. ad l. aquil. quia in inſtrumentis incompatibilibus uni per aliud derogatur. Deci. in d. c. ex parte. lo. 2. in 13. fallen. extra de offi. delega. & uide quę dixi ſupra in ſecunda conſideratione. Niſi eſſet ſcriptura forenſis, ueluti obligatio facta penes acta ſeu teſtium atteſtationes, aut partium confeſſiones factę etiam in alio iudicio inter

eaſdem

eaſdem partes.Inno.& Abb.in c.per inquiſitionem. de electi.Io.And. in c.2.de ordi.cogni.Doc. communiter in l.2.C.de eden.refert Lanfran.in deciſ.314.quia acta forenſia, ſeu iudicialia poſſunt produci in carta bombicina cum fide actuarij: nam conſtitutio Regni, inſtrumentorum robur. non extenditur ad acta, ſed tantùm loquitur de inſtrumentis, quorum appellatione non continentur acta,glo. & Bart. in l.1.§.1. de eden.nec eſt in vſu curialium ea ſcribi in pergameno, ſicuti inſtrumenta,nec acta iudicialia requirunt teſtes ad eorum validitatem, ut requirunt inſtrumenta, glo. Inno. & Doc. in c.quoniam contra. extra de proba. Dec. in l. emancipatione. C. de fi. inſtru. & Bald. in rub.C.eod. titu.Dummodo dicta acta ſint facta inter eaſdem perſonas, aliàs non probarent.Bar.in l.1.C.quorum bonorum. per l. is apud quem, & ibi nota. C. de eden. & ibi idem Bar.& Iaſ.Inno. & Fely. in c. cauſam quæ,extra de teſti.& in c. qualiter & quando. il 3.
64 §. fi. de accu.& Iaſ.in §. Item ſiquis in fraudem inſti. de acti. † Verùm ſi ſunt depoſitiones teſtium,non probant;ſi non ſunt publicatæ. Bar.in l.geſta.C.de re iudi.& Fely. in d.c.cauſam quæ. nume.12. dic etiam, ſi non eſt facta concluſio in illa cauſa, in qua teſtes depoſuerunt: quia ante concluſionem poſſet peti repulſa, & ex conſequenti eorum perſonæ, & dicta reprobari, adeo quod non probarent: nam teſtes reprobati habentur,ac ſi nihil dixiſſent,ita dicit Andr.de Iſer.in conſti. Regni. Vſurariorum, per argumentum.conſti. proſequentes, & l.ſi prętor.§.Marcellus.ff. de iudi. nec dicitur plena probatio, quæ fit per teſtes reprobatos, ſecundùm Pari. de Put. in trac.ſyndi.in uer. & an ſiquis. nume.18.cum ſequen.Bald. in l. cum probatio. & in l. matris.C.de proba.& Bar.in l.maritus.ff.de quæſti. quia repulſa reſpicit defenſionem cauſæ ſecundùm Bar.in extrauag. Ad reprimendum.
65 in uerb.Et figura iudicij. † Septimò euitabit carceres, ſi debitor ipſe fuerit ſubmonitus per Regiam curiam, ut uadat ad Regium exercitũ pro ſeruitio Regio, dummodo doceat in promptu de ſubmonitione per fidem, ſeu literas præfecti exercitus, & durante ſeruitio non poterit ipſe debitor moleſtari, & ſuperſedetur in cauſa etiam per quindecim dies poſt regreſſum,ut in conſti. Regni. Hoſtici exceptionem, & ibi Aud. & Afflict. Fallit, ſi in inſtrumento ſit renuntiatum hoſticæ exceptioni:quia ſtante tali renuntiatione cum iuramento dicta exceptio opponi non poteſt, & oppoſita non prodeſt, nec debet admitti.l.poſtquam liti.C.de pac.& c.quamuis.eo.tit.in 6.Sed quãdo eſt dicta renuntiatio, ſolet per debitores ſubmonitos ſupplicari domino Proregi, ut non obſtante renuntiatione,& iuramento mandet admitti dictam exceptionem hoſticam, & ſuſperſederi in cauſa durante
66 ſeruitio Regio,quod uidi pluries obtentum, & ſeruatum. † Octauo euitabit

euitabit carceres, ſi debitor produxerit moratoriam, ſeu guidaticum conceſſum a Rege, ſeu eius Prorege iuxta l. quoties. C. de preci. impe. offe. & l. uniuerſa. eo. ti. dummodo in guidatico fiat mentio de iuramento, aliàs tale guidaticum non extenderetur ad debita iurata, & non obſtante ſimplici guidatico non facta mentione de iuramento debitor carceri manciparetur, iuxtà ea quæ notat Afflict. in deciſ. quinta.

ADDITIO.

Pone, quòd debitor in inſtrumento pacto promiſit non cedere bonis, vtrum deinde volens cedere admittatur, ita quod decreto ceſſionis euitabit carceres? Poſſet dici quod non quia ita uidetur renuntiaſſe beneficio ceſſionis bonorum, quod fauore ipſius fuit introductum, tot. tit. ff. & C. de ceſ. bon. & quilibet fauori ſuo renuntiare poteſt c. quam periculoſum 7. q. 1. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. In contrarium eſt veritas: quia ſic uidetur ſe obligare ad carceres, ad quos, ne debitores trahantur, & detrudantur ll. hoc beneficium introduxerunt. l. 1. C. qui bon. ced. poſ. ubi in ſpecie poſt Cyn. tenet Bald. quod huiuſmodi beneficio etiam per pactum renuntiari non poteſt, facit tex. ad hoc ſingularis in l. alia §. eleganter. ff. ſol. mat. habetur per Iaſ. poſt Io. Fab. Io. de Plat. & Ang. in §. fi. inſti. de act. col. 5. uer. reſtat ultimo, nu. 30. qui alleg. Cyn. Bal. & Sali. in d. l. 1. qui bon. ced. poſ. Dyn. Bar. Im. & cum. in d. l. alia §. eleganter. ſol. ma. tenet Iaſ. in d. §. fi. qui alleg. Specu. in tit. de ren. §. 1. ver. item beneficium, & Im. in c. cum contingat. item aduerte: quia prædicta, de iur. iur. ¶ Iaſ. in d. §. fi. columna tertia. numero 12. ponit duodecim limit. ex quibus debitor non poteſt cedere bonis, quarum duas hic nota, & duas alias, quas ipſe non ponit addo, quę pluries in facto contingere ſolent. Primò poſt. Io. Fab. Io. de Plat. Nic. de Neap. & Ang. ex glo. in l. ſtipulatio. §. ſiue autem. ff. de nou. operis nunt. tenet, quòd debitor non poteſt cedere bonis, ſi ad factum ſe obligauit: tunc enim cogitur præcisè, & cedendo non liberatur, per Cyn. & Bal. in d. l. 1. C. qui bon. ced. poſ. Hinc cauti creditores ſolent in contractibus ſe cautelari, quòd debitores obligent etiam ſeruitia perſonalia. Attamen huic debitori operanti, ſi pauper eſt, debent fieri expenſæ per creditorem l. ſuo victu. ff. de operis liber. Sed ſi propter impoſſibilitatem facultatem operandi minimè habuerit, admittitur ad beneficium ceſſionis bonorum, & cedendo liberatur ſecundùm Barto. in lege prima. ff. de ceſ. bon. Secundò ſi tempore contractus erat certus non eſſe ſoluendo: quia dolo, & in fraudem præſumitur contraxiſſe, non erit audiendus,

dus,dum voluerit cedere bonis.l. pen. ff. de iur.dot.ideo hinc per regiam prag. de ceſ.bon. ſtatutum exiſtit,quòd pro debitis contractis infra annum non poſſit fieri ceſſio bonorum: vnde magna curia in decretis harum ceſſionum ſemper conſueuit dicere : dummodo debita non ſint contracta infra annum: & debitor ad ſeruitia perſonalia non tenetur . Tertiò dico, quod debitor non poteſt cedere bonis , ſi per prius habuit dilationem quinquennalem ſecundum glo.in l. fi.in uer. generando.C.qui bo.ced.poſ. Quarto & vlt. dico, quod nec moratoria nec dilatio quinquennalis,nec denique ceſſio bonorum fieri poteſt contra Neapolitanos pro cenſibus , affictu terræ, & penſione domorum ex priuilegio huic fidelisſimæ ciuitati conceſſo per regem Ferdinandum,roborato denique decreto ſac.Conſ.in cauſa nob.Alfonſi Muſchatelli cum Io.Carolo Galterio, facta relatione in coll.Conſ. coram Illuſtrisſimo domino Prorege per excellentem dominum de Franchis,ſub die 21. Iulij 1572. Prout in bancha Roppuli. Franc. Anto. Maczia.

67 Idem † dico, ſi debitor produxerit ſententiam in rem iudicatam
tranſactam latam ſuper quinquennali dilatione conceſſa ad ſoluen-
dum per maiorem partem creditorum ſuorum , maiorem ſcilicet re-
ſpectu quantitatis debiti, & non numeri perſonarum, niſi quando in
cumulo debiti eſſet æqualitas.l.maiorem.ff. de pac.& ibi Bar.quia mi
nor pars creditorum cogitur expectare, & concurrere ſecundùm Af-
flic.in deciſ.288.per tex.in l.& ſuum.§.hodie & ibi Alex. & Doc. ff.
de pac.nam exceptio,quæ patet ex ſententia,opponi poteſt contra in
68 ſtrumentũ. Deci. in d. c. ex parte 2. in 19.fallen.de offici.deleg. † Et
idem dicas,ſi debitor citatus ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ edıtæ
tempore Don Petri de Toledo Proregis ceſſerit bonis ſuis,& in prom
ptu produxerit decretum,ac ſaluam guardiam factam per curiam, ut
69 in d.pragm.& ff. & C.de ceſ. bon. per totum. † Nonò euitabit carce-
res , ſi debitor conueniatur uigore inſtrumenti, in quo ſit obligatus
vnà cum eius patre exiſtens ſub patria poteſtate,& tempore quo con-
uenitur reperiatur ſui iuris per emancipationem,uel per mortem pa-
tris, & ipſe repudiauerit hæreditatem,aut illam adiuerit cum benefi-
cio legis & inuentarij , quo caſu habebitur , ac ſi ab ea abſtinuiſſet,ut
in l.fi.§.& ſi præfatam.C.de iur.delib.& ibi Bald. Saly. & Moder. &
l.debitor.ff.ad trebel.l.ita tamen. ff. ad l. falci.in c. 1. an agna. in uſi.
feu. cum ſimil. quia filiusfamilias effectus ſui iuris per emancipatio-
nem, uel per mortem patris abſtinendo ſe ab hęreditare ipſius ut ſu-
pra non poteſt carcerari pro debitis contractis uiuo patre, & unà cum
patre , & non tenetur niſi in quantum facere poteſt.l.2. & l. ſi ex par-
te. ff. quod cum eo. & ibi Pau. de Caſt. & alij in l.2.in l.nulla res , &
in l.ſi mandator. C. eo. tit. Io. de Plat. & Iaſ. in §. ſunt præterea. in fi.

Inſti.

Inſti. de acti. Soci. in fallen. 157. Alex. de Imo. in l. exhæredatum. ff. de re iudi. facit tex. in l. quæ dotis. iuncta gl. ff. ſolu. mat. & ibi communiter Doct. ubi talis effectus attribuitur etiam confeſſioni inuentarij, & hoc etiam procedit in inſtrumentis guarentigiatis, & contra quæ nulla poſſet opponi exceptio, ut per Pau. de Caſtro, & alios in d. l. 2. Et in hoc caſu eſt ei dimittendum tantum de patrimonio, quod ex eius fructibus poſſit ſe ſuſtentare. Bar. in l. qui bonis. ff. de ceſſio. bono. iuncto tex. & Lanfran. in deciſ. 174. nec obſtat, quod filius in inſtrumento ſit inſolidum obligatus cum patre: quia hoc habet locum, dum exiſtit in poteſtate patris, uel ſi eſt hæres patris poſt eius mortem, ut in l. ſi ex alio. C. quod cum eo. & Doct. in locis prælleg. nec nocet iuramentum, quia iuſiurandum non immutat naturam contractus ſuper quo præſtitum eſt, & per conſequens non tollit dictam exceptionem, ſeu priuilegium iuris, ut non teneatur, niſi in quantum facere poteſt ſecundùm Pau. de Caſ. in d. l. 2. & eſt de natura iuramenti ſecundùm Io. And. in addi. Specu. in tit. de dona. inter uir. & uxo. Bal. in l. 2. ff. de iureiur. Doc. in c. cum contingat. extra. eo. tit. in l. fi. ff. qui ſatiſda. cog. & in l. fi. C. de non num. pecu. ſed hodie ſolent creditores renuntiari facere filiosfamilias ſe obligantes unà cum patribus dicto beneficio. l. 2. & totius tituli. ff. & C. quod cum eo.

ADDITIO.

Si Aduerſus liquidationem inſtrumenti de rigore ritus non ſolent audiri debitores, niſi opponentes de ſatisfactione, quæ in promptu probari debet, aliàs in uinculis cauſam dicere, quare ergo debitor euitabit carceres allegando exceptionem l. quod cum eo quod non teneatur niſi in quantum facere poteſt, ex quo ſe obligauit ſimul cum patre tempore quo erat ſub eius poteſtate? dicit Bar. in l. filiusfa. per illum tex. ff. quod cum eo quod quamuis dicat ſtatutum, quòd aduerſus inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio, niſi ſolutionis: tamen admittitur exceptio l. quod cum eo quod filiusfa. obligatus ſimul cum patre tempore quo erat ſub eius poteſtate, non teneatur, niſi in quantum facere poteſt: quia non opponitur aduerſus inſtrumentum, ſed aduerſus ipſius executionem quod relinquatur ei tantum de patrimonio, quod ex fructibus ipſius poſſit ſe ſuſtentare l. qui bonis ff. de ceſſ. bon. quod tenet etiam Iaſ. in l. 1. num. 18. C. de iur. & fact. ign. & ita uidi deciſum per magnam curiam in cauſa nob. Marci Antonij letterenſis exiſtente iudice excellente Domino Ang. Carauita ad præſens mortuo conſi. ut in bancha de Buccerijs. Fran. Ant. Maczia.

70 Decimò † euitabit caceres, ſi tempore liquidationis in promptu pro-

produxerit ſupplicationem cum ordine ſacri Conſilij, quod magnā Curia Vicariæ relationem faciat de meritis cauſę in dicto ſacro conſilio: quia pendente tali relatione ligantur manus Iudicis, verum debitor citatus appellans debet cauere de comparendo perſonaliter tēpore relationis, & parendo mandatis dicti ſacri Conſilij: dummodo talis ordo ſit expeditus eodem uel præcedenti die quo producitur, aliàs non admittitur, & ita ſeruatur quotidie, & eſt prag. inſerta in inſtitutionibus factis per Dominum Ducem Alcalæ Proregem directis dictæ magnæ Curiæ Vicariæ.

ADDITIO.

Adde, quod ſupra notaui in uer. ſinautem &c. & nota inſuper, quod magna curia habita ſupplicatione ſolet certa die terminata relationem facere in S.C. per quod ſi allegata per debitorem non militabunt & uiſa fuerint captioſa, & dicta ad dilatandum, condemnato procuratore præſentante ſupplicationem ad pœnam vnius auguſtalis, quæ eſt carlenorum quindecim, remittitur cauſa eidem magnæ Curiæ, quæ habito decreto loco S. C. banniter facit debitorem per palatium contra quem ſi non inuenit accuſat fideiuſſionem, & mandat exequi pro debito & pœna, iuxta formam magni ritus, & ſi inuenit, carcerat illum, niſi uenerit cum ſacculo paratus ſatisfacere, iuxta ritum, ubi autem, & ritum, ſi aliquis, vel aliqua. Fran. Ant. Maczia.

71 Vndecimò & ultimò euitabit carceres † ſemper, quando in promptu debitor probauerit aliquod perimens obligationem, uel actionem creditoris agentis, puta quòd alteri facta fuerit delegatio debiti petiti, uel quòd contractus ſit uſurarius, & ſimilia per ea quæ Lanfran. in deciſ. 173. & 416. & latè Deci. in d. c. ex par. 2. extra de offic. deleg. Sinautem debitor nullam habet exceptionem contra creditorem, & inſtrumentum, vel ſi allegat & non probat, ut ſupra dictum eſt, detinetur carceratus, & non liberatur, niſi ſoluto debito, & pœna, vt in d. ritu, incip. Item quòd ſiqui debitores, & in ritu. incip. Item ſeruat ipſa curia, quòd ſi aliquis.

ADDITIO.

Vndecim fuerunt traditæ & notatæ cautelæ per Authorem in præſenti opuſculo, ex quibus debitores euitabunt carceres, & eorum debiti inſtrumentorum liquidationem. Adde duodecimò quòd debitor euitabit carceres, & inſtrumenti liquidationem, ſi in promptu perſonaliter comparendo

parendo

parendo docuerit ſe priuilegiatum & alterius fori, ſiue iuriſdictionis, vt puta clericum, tunc enim conſtito de eius clericatu per publica documenta, remitti debet ad ſuum iudicem eccleſiaſt. per rit. ipſius magnæ curiæ qui incipit, item ſeruat ipſa curia quod nullus Clericus, ſub rub. de cl. volent. decl. for. & ex his infertur ad duas not. & quotidianas quæſtiones. ¶ *Pone primò quòd quidam dum eſſet laicus ad certum tempus certam quantitatem ſoluere promiſit, deinde effectus eſt clericus, vtrum poſſit conueniri in magna curia & contra eum procedi ad liquidationem dicti inſtrumenti via ritus? Aliqui dicebant, quòd ſic: quia attendi non debet præſens ſtatus, ſed tempus obligationis, & contractus quo ſubijciebatur foro ſeculari, quemadmodum in delictis per ea quæ notantur per Barto. ex illo tex. in lege prima. ff. de pœnis. Magna curia pluries determinauit contrarium, & ita obſeruare uidi, quod nunquàm in talem voluit manus imponere, immo conſtito de clericatu remiſit cauſam ad iudicem eccleſiaſt. & hoc per doctrinam Alex. in l. nemo poteſt columna 8. ver. habes etiam ex dicta glo. ſecunda, numero 32. ff. de leg. primo. vbi voluit, quòd ſi poſt contractum quis efficeretur clericus, quòd non poteſt conueniri, niſi in foro epiſcopi, quod limitat, ſi quis in fraudem feciſſet, vel ſi ante clericatum poſt obligationem contractam fuerit præuentus a iudice ſeculari, per tex. in l. ſi quis poſtea ff. de iudicijs. idem ſequutus fuit Iaſ. in d. l. nemo poteſt. columna pen. uer. ſic etiam limitatur. numero 121. & an per ſolam citationem præueniretur iuriſdictio, vide gloſſ. in capitulo propoſuiſti. in ver. præuentus, extra de foro comp.* ¶ *Pone ſecundo econtra, quid ſi dum eſſet clericus ſe obligauit, vtrum deinde laicus effectus conueniri poterit in magna curia & contra eum liquidari inſtrumentum iuxta formam ritus? Per ea quæ dicta ſunt in præcedenti quæſtione a contrario ſenſu per dictum Alexand. in d. l. nemo poteſt, quod attenditur ſtatus quo conuenitur. Dicerem quod ſic, ſed tamen Thomas Grammaticus in deciſ. 10. in fortiori caſu refert, quòd ſacrum Conſilium. remiſit quendam ad iudicem eccleſiaſticum pro homicidio commiſſo tempore, quo erat clericus, per dictum Bald. in l. affinitatis. C. comu. de ſucc. quem nonnulli fuerunt ſequuti, & idem in proprijs terminis determinauit Sacrum Conſilium in cauſa magnifici Veſpeſiani Paulilli cum hæredibus magnifici Bernardini de Buccerijs, audita relatione magnæ curiæ, exiſtente Actuario Oblienza. Ego ſemper tenerem contrarium per illud dictum Alexan. in dicta lege nemo poteſt quòd attendi debet ſtatus, quo conuenitur. in deciſ. verò Gram. ius per prius erat acquiſitum iudici eccleſ. per informationem, citationem ad informandum, & contumaciam, & propterea per mutationem habitus, ſiue ſtatus non poterat*

Dd præiu-

præiudicare iuribus iudicis eccleſiaſtici cui per prius ſubijciebatur, per not. per Barto. in dicta l. prima de pœnis, & in his terminis ſacrum conſilium ſententiauit in d. cauſa Mag. Veſpeſiani Pauilli quia tempore quo erat clericus, reperiebatur præuentus a iudice eccleſiaſtico, & ideo ad eundem cauſam remiſit, per tex. in d. l. ſi quis poſtea. de iudicijs. Fran. Ant. Maczia.

72 Sed hic † nota & aduerte benè, quòd ſi debitor carceratus eſt adeo pauper, quod non habet vnde ſe alat, creditor debet ei ſubminiſtrare alimenta, aliàs iudex poteſt ipſum liberare. glo ſing. in l. fi. C. de eroga. mili. anno. lib. 12. & Lanfran. in deciſ. LXXVII.

ADDITIO.

Adde Iaſ. in §. item ſi quis. col. 18. ver. in quo tamen aduerte, num. 93. inſt. de act. dicentem, nudi debitoris carcerationem eſſe creditori damnoſam, poſtquam illum de ſuo alimentare tenetur, ad quod allegat Ange. in §. fi. eo. tit. de act. & Ray. de Forliu. in l. nullus. C. de epiſc. aud. adde ad hoc & Bar. in l. ſancta. ff. de rer. diuiſ. & in l. illicitas. §. 2. col. verſic. quæro a iudice. num. 8. ff. de offi. præſ. Bal. in tract. de carceribus in ult. car. in fine. Alexa. in addi. Bar. in d. l. fi. de erog. mil. an. & Ant. Corſet. in ſing. quod incipit, creditor, in ver. expenſa 3. & idem ſi debitor pauper infirmatus fuerit, quia conſtito de infirmitate, ſolet magna curia illum aſportari facere ad domum creditoris, ut ſuis ſumptibus illum curare faciat, quem ſi creditor recipere noluerit, vel ei neceſſaria in infirmitate ſubminiſtrare, conſueuit illum dimittere & licentiare, arg. tex. in l. 1. §. ſed ſcimus. C. de lat. lib. tol. Fran. Anto. Maczia.

Et hoc vidi obſeruari in magna Curia Vicariæ hoc modo: fit citatio contra creditorem, quòd ueniat ad ſubminiſtrandum expenſas carcerato ſtante paupertate, & quod prima die compareat ad uidendum iuramentum teſtium examinandorum ſuper paupertate, & deinde capitur informatio de paupertate, & conſtito de ea ſummariè interponitur decretum, quòd creditor infra biduum ſubminiſtret expenſas ſuo debitori carcerato, aliàs liberabitur, & ſi non ſubminiſtrat infra dictum terminum ſolet interponi aliud decretum, quòd ſubminiſtret infra aliud biduum, aliàs liberetur, & ſi incipit ſubminiſtrare & poſtea deſiſtit, interponitur decretum, quòd continuet expenſas, ſeu alimenta, aliàs liberetur, quę expenſæ ſolent taxari in magna Curia Vicariæ ad rationem ducati vnius pro quolibet

bet menſe, niſi debitor carceratus ſit perſona qualificata, & nobilis: quia tunc augetur taxatio arbitrio Iudicum.

ADDITIO.

Ex qualitate perſonæ miniſtrantur enpenſæ. uide Iaſ. in §. item ſi de dote. nu. 7. inſt. de act. Hie. Sadeo.

Si uero debitor non eſt tanta miſeria inopię affectus, & posſidet bona, ultra carcerationem ad inſtantiam creditoris expediri poteſt commiſſio exequendi in bonis debitoris carcerati uigore clauſulę inſtrumenti, quòd liceat creditori exequi facere in perſona, & in bonis, ſeu realiter & perſonaliter ad eius electionem, ita quod una uia electa alia non tollatur, ut dixi ſupra num. 42. & facta executione in bonis proceditur ad illorum uenditionem præcedente partis citatione ad reluendum pignus executum, ut ſuperius dixi per tex. in l. creditor. C. de diſtrac. pig. l. fi. C. de iur. domi. impe. & l. debitores, & ibi glo. C. de pig. Et facta integra ſatisfactione creditori liberatur debitor a carceribus, ut in d. ritu incip. Item ſeruat ipſa
74 curia, quòd ſi aliquis. † Et ſi non reperitur emptor, qui iuſtum precium ſoluat, adiudicatur pignus creditori mediante appretio expertorum, ut per Affl. in deciſ. 358. per tex. in l. 1. C. ſi in cau. in-
75 di. † Nota tamen, quòd pendente iudicio ſuper liquidatione inſtrumenti creditor non poteſt ſe concordare cum ſuo debitore ſine licentia curiæ, ut in ritu incip. Item nota, quod aſſignans, quod uerum, antequam reus fiat contumax, uel antequam fiat interrogatio, ſeu liquidatio, quando debitor comparet perſonaliter, ne fiſcus fraudetur pœna ſibi competente, & ſi creditor ſe concordat abſque dicta licentia curiæ, punitur pœna, ad quam teneretur debitor poſt contumaciam, uel interrogationem, ſeu liquidationem, ut in ritu
76 incip. ubi autem. † Sed dicta licentia quando petitur de æquitate ſemper concedi ſolet.

ADDITIO.

Adde quod iſte ritus magnæ curię hodie iſto modo quo ponitur per auctorem non eſt in obſeruantia, ſed dicerem q. poſſet practicari, ſi poſt condemnationem, & comparitionem de ſero creditor ſe concordauerit cum ſuo debitore, tunc enim ſic frauderetur fiſcus pœna ſibi competente: quia potuerit debitor deinde ad primam comparere & facere inſtantiam, & ſe licentiare non exiſtente creditore in curia. Fran. Ant. Maczia.

Simili quoque modo executiuo proceditur ad executionem expenſarum legitimè factarum in lite, præcedente prius ipſarum taxatione parte citata ad uidendum illarum taxationem ſecundùm Bald. in l. terminato.C.de fruc.& lit. expen. videlicet oblata petitione cum liſta expenſarum taxandarum & parti intimata, ſiue compareat, ſiue non, poſt contumacias incuſatas more aliarum citationum, Iudex taxabit dictas expenſas habito reſpectu ad quantitatem, morã, laborem, & facundiam, ſcilicet circa ſalarium aduocanti, iuxta conſti. Reg. hac edictali, & ibi Andr. de Iſer. quia circa ſalarium actorum fit taxatio ſecundùm pandectas ordinarias curiæ, licèt de iure communi Iudex in taxatione expenſarum debeat ſtare iuramento partis victricis, ut dicit Bal. in aucten. poſt iuſiurandum. C. de iudi. Alb. de Roſa. in d. l. terminato, & Lanfran. in c. quoniam contra. extra de prob. in uer. expenſæ. Quod puto procedere in illis expenſis, quę non comprehenduntur in diſpoſitione pandectarum, ueluti ſalaria procuratorum & ſimilia, aliàs dictæ pandectæ fruſtrà
77 factæ eſſent. † Sed quæritur, an debeantur expenſæ factæ in reaſſumendo inſtrumenta in forma probate & publica a protocollo? Et dicendum eſt quod ſic, ſi debitor fuit in mora ſoluendi debitum Bal. & Saly. in l. non ignorat. C. de fruc. & lit. expen. & Lanfran. deciſ. 35.
78 † Quæ omnia circa expenſas intelligenda ſunt, ſi debitor facta liquidatione nihil oppoſuerit, & non probauerit, & per conſequens ſuccubuerit: nam ſi probauerit aliquam exceptionem excludentem debitorem a conſecutione debiti petiti, nedum euitabit ſolutionem expenſarum, ac pœnæ inſtrumenti præſentati, ſed creditor ipſe punietur, ut ſupertus dictum eſt, & nota, quòd in hoc iudicio extraordinario ex antiqua conſuetudine, & ritu magnæ curię proceditur ad taxationem dictarum expenſarum abſque decreto condemnationis: nam eo ipſo quod liquidatum eſt inſtrumentum, tacitè intelligitur facta condemnatio expenſarum: quia inſtrumentum habet uim notorij ſecundùm Afflic. in conſti. In pecuniarijs. num. 25. & in notorijs ſemper partes Iudicis ſunt in exequẽdo per ea quę Thom. gram. in deciſ. 35. numero 40. & ita ſeruatur, maximè quia in inſtrumentis ſemper ſolet fieri promiſſio ſoluendi debitum cum expenſis & intereſſe: vnde liquidato debito, conſequens eſt ut liquidentur
79 expenſæ. Et pro terminatione huius materiæ executionis inſtrumenti notandum eſt, quòd ab executione inſtrumenti præſenti ſecundùm formam ritus non poteſt appellari ad effectum retardandæ executionis, ut notat Fely. in cap. quò ad conſultationem, extra de ſen. columna 8. numero 13. & licèt a decreto, ſeu pronuntiatione de exequendo inſtrumentum poſſit appellari ſecundùm Ab.

in d.

in d.c.quò ad conſultationem, glo.in l. ab executore. ff. de appel. cũ concor.Attamen magna Curia Vicariæ nunquam conſueuit interponere decretum ſuper executione inſtrumenti, ſed comparente debitore perſonaliter facit interrogationem, ſeu liquidationem ipſius inſtrumenti, & ſtatim ea facta carcerat de facto ipſum debitorem, ut ſupra dictum eſt, ſine alio decreto, ad euitandum appellationem, & proinde dixit Ang.in conſi. 112. incip. Quidam petijt, quod cauti aduocati nunquam petunt pronunciari ſuper executione inſtrumenti, ne appelletur a pronuntione, ſed petunt realiter exequi, refert Fely.in loco prælleg. Vnde ſi appellatur ad magnam Curiam Vicariæ a liquidatione, & executione inſtrumenti facta per inferiores Iudices Regni, non fit inhibitio, ſed ſolummodo mandatur, quòd tranſmittatur copia actorum, & non ligantur manus inferiorum iudicum: ſimili quoque modo ſi appellatur a magna curia ad ſacrum Regium Conſilium, non poteſt cauſa committi conſiliarijs, nec inhiberi, ſed ſolet mandari, quòd fiat relatio in cõſilio de meritis cauſæ, & interim carceratus appellans remanet in carcere, & ſummatim cognoſcitur de grauaminibus. Et per hæc ſit expedita practicabilibus materia ritus magnæ Curiæ Vicariç ſuper liquidationem inſtrumentorum ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac intemeratæ eius genitricis Mariæ, & omnium ſanctorum eius, ad tyronum nuper ad cauſas forenſes aſpirantium modicam introductionem: quæ ſi mendoſa uideantur doctis & in tribunalibus diu aſſuetis, ac uerſatis, ſint tantũ grata ſimplicibus cauſidicis per mendicata ſuffragia elaborantibus, quibus hos nocturnos meos labores etiam atque etiam commendo.

ADDITIO RECENS INNOMINATI.

Inſtrumentum quod alias ex ſtatuto habet exequutionem paratam & contra quod nulla poteſt opponi exceptio, non tamen poteſt mandari exequtioni contra tertium bonorum poſſeſſorem, ita dicebat Bald. in l. fi. C. ſi vnus ex plurib. hæred. Ale. conſi. 83. poſt num. 11. lib. 3. Bal. in l. 1. C. comm. de legat. Riminal. conſi. 17. num. 7. lib. 1. & Anchar. regienſ. quæſtio. 44. nu. 5. par. 2. & dixit multum apte Benedict. de Bars. in ſuo tract. de guarentig. quæſt. 9. verſic. aliquando, nam perſonalis exequutio non ſequitur fundum. l. 1. C. ſi cer. pet. & l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. quod corroboratur ex his quæ deduxit Ioannes. Vincent. de Ann. allegat. ultim. in part. ubi concludit fuiſſe deciſum quod conſtitutum & precarium, & pactum de authoritate propria capiendi non operantur effectũ ſuum cõtra tertium bonorũ poſſeſſorem, ſed cõtra illũ agendũ eſt ordinarie ex remedio. l. fi. C. de acqui. poſſ. & ex his apparet quomodo nõ procedant

ea quæ notauit Marant. & magni fecit in ſua praxi par. 6. in verbo aduertatur circa exequutionem nu. 33. vbi concludit quod pactũ de capiẽdo, & conſtitutum præcarij poteſt mandari exequutioni contra tertium poſſeſſorem ẽt non citatum, allegat Are. cõſi. 21. col. pen. in fi. & Soci. cõſi. 82. col. 3. lib. 3. quibus addo Gozadi. qui illos ſequitur conſ. 28. nu. 15. & conſ. 42. nu. 3. 11. et 15. & conſ. 95. nu. 9. & multos alios relatos per Aſiniũ in ſua praxi. §. 31. limit. 25. & late Duenas a quo ipſe habuit in regul. 225. in 6. limit. & ſequitur Vaſall. in deciſ. Afflict. 139. in fi. & deciſ. 383. in fi. vbi dicit communem opinionem: hanc ipſam opinionem late amplectitur Rodoric. Zoarez. in repet. l. poſt rem iudicatam, de re iudic. in declaratione legis regni in prima limitatione ſol. 575. cum ſequen. vbi poſtquam approbationem fecit de concluſione iam dicta quod inſtrumentum non habet exequutionem contra tertium bonorum poſſeſſorem, ponit limitationem de qua ſupra, & ſequitur Bero. conſi. 42. nume. 21. lib. 3. & ipſe Berous conſi. 66. eod. lib. 3. qui dicit non habere difficultatem quando adeſt etiam pactum manuum adiectionis ſiue iniectionis, & nihilominus adhuc Foller. in addit. ad Maran. par. 6. in verbo recte cenſeatur citatio num. 38. dicit quod contrarium eſt de iure verius vt plene congerit Afflict. in conſtit. pacis cultum, & Tiraquell. in tract. conſtitu. in 1. par. nu. 42. & ſubdit, & ita teneatis, vnde conſiderandum eſt quod aliquando agitur via iudiciali pro exequutione inſtrumenti, & tunc ſi agitur contra tertium bonorum poſſeſſorem nullo modo poteſt procedi via exequutiua ex forma ſtatuto. ſed debet procedi via ordinaria, citata parte, ut iam dictum eſt, & uoluit etiam Iaſ. in l. iuriſgentium. §. prætor ait nu. 9. ff. de pact, & in l. ſi vnus. §. ante omnia nu. 4. & ibi etiã Ange. ff. eo. de pact. & in l. imperatores in prin. nu. 2. ff. de tranſact. & voluere Aſin. & Duen. vbi ſupra. Aliquãdo vero, via extraiudiciali creditor innititur pacto, & tunc poßet illud pactũ exequi contra tertium etiam poſſeſſorem & ſine citatione partis, & ita procedit alia, & tunc poſſet ẽt peti aſſociatio familiæ curiæ per uiam extraiudicialẽ, ~~quæ concederetur ſine~~ alia citatione prout docebat Afflict. in deciſ. 326. & ibi multa dixi, ſed Foller. in c. regni ~~item ſtatuimus in~~ tit. de litteris, et cler. dicit quod in magna curia non ſeruatur, & dixit Ioa. Vincentius de Anna ſingu. 189. quod ipſe nunquam potuit obtinere ſine citatione partis, & in hanc diſtinctionem deuenit Bero. in d. conſi. 66. & non ſine cauſa magna curia non admittit illam practicam, nam ex ea oriuntur multæ difficultates, et nunquã bene extricantur, niſi iterũ fiant acta & proceßus parte citata, petẽdo confirmationẽ captæ poſſeſſionis, uel alia fieri quæ incũbũt ut notaui in d. deciſ. Afflict. & latius in l. creditores. C. de pigno. & l. fi. ff. quod met. cauſa, & ideo in actu practico caueas ab illa obſeruatione quoniã eſt nullius momenti, ſed quæro an quæ dicta ſunt, procedant in inſtrumentis cenſualibus, quæ iuxta formam Regiæ pragm. de cenſibus habent exe-

quutio-

quutionem nedum realem, ſed etiam perſonalem contra tertium bona ſummiſſa poſsidentem, vt ſumitur ex litera illius textus, vbi poſſe eſſequi contra perſonas illorum qui detinent bona ſuper quibus cenſus ſpecialiter ſunt impoſiti, quod Petrus Foller. in comment. d. pragm. in uerbo tanquam res iudicata nu. 23. & nu. 29. declarat procedere tantum quando ille tertius poſsidet bona ſuper quibus dicitur impoſitus cenſus ſpecialiter, & quod emerit cum onere dicti cenſus, nam tunc eo ipſo uidetur ſponte ſe obligare ad ſolutionem dicti cenſus, & ſic ex facto ſuo uidetur oriri obligatio perſonalis, & inde iuſtius procedi ad exequutionem contra eum & quod dicta prag. in his tantum terminis intelligi debeat & non aliter, ſed quoad exequutionem perſonalem non ſeruatur in practica, & magna Curia Vicariæ nullo modo admittit, quinimmo cum maxima difficultate admittit vt procedatur uia exequutiua etiam ad exequutionem realem tantum, nã quamuis Foller. ubi ſupra nu. 60. dicat quod magna Curia Vicariæ obſeruet in practica vt expediat contra detentorem bonorum, vel aliàs vbi inſtrumentum non poteſt præſentari iuxta formam ritus, expedire citationẽ ad dicendum cauſam quare non debet exequi exequutiue inſtrumentum cenſus iuxta pactum in inſtrumento contentum, & poſt hæc vel ipſo comparente, vel in contumaciam facit decretum quod exequatur, & hoc ipſum dixerit Carauit. in tit. 167. nu. 31. Attamen licet pluries hoc attentari fecerim per diuerſos procuratores obtinere non potui, ſed fuit dictam vt ordinario procederetur per uiam aſsiſtentiæ: immo cum aliquando in curijs Caietanis eſſet prouiſum iuxta dictam praticam & relaxaretur exequutio fuit prouiſio reuocata per magnam curiam & dictum male prouiſum, & an hoc euenerit ex incuria procuratorũ, vel ex inaduertẽtia, neſcio, id tamẽ ſcio quod dixi, & ſecundum prædicta pragmatica de cenſib. eſſet fruſtatoria, & nihil operaretur. Et in his etiam aduerto quod Petrus Foller. non admittit ſimpliciter illam practicam ex ſolo inſtrumento cenſuali, ſed quando adeſt pactũ exequutiunm uel manus iniectionis, vel ſimile, vel quod exequatur ac ſi ageretur pro penſionibus domorum iuxta conſuetudinẽ neapolitanam, & inde annuit ſecus eſſe, ſi huiuſmodi pacta non adeſſent. & quæ dicta ſunt non aſpernatis, nam ſunt quotidiana, neceſſaria, & male animaduerſa, & ideo conſidera quod inſtrumentum iuxta formam ritus poteſt liquidari & præſentari etiam pro cenſibus decurſis, ut dixit Carauit. ubi ſupra allegando Marinum Frecciam, ſed quoniam non ſemper admittitur inſtrumenti præſentatio iuxta formam ritus, quoniam multa requiruntur, & in ſpecie quod ſit rogatũ de facie adfaciẽ, quod præſentetur per principalem, quod inſtrumentũ ſit in forma probanti, & ꝙ non ſit antiquũ vltra viginti annos, & requiruntur nonnulla alia, ut habetur per Carauit. & alios in locis ſuis: ideo quando aliquid ex prædictis deficeret, & non poſſet quis vti via præſentationis inſtrumenti, et vellet uti remedio dictæ pragmaticæ, vti-

lis eſt inueſtigatio prędicta, & quãuis in Ciuitate Caiete attenta forma ſtatutorum, inſtrumenta præſententur per procuratores, & ẽt in carta papiri, nihilominus quoniam in Ciuitate Caiete adeſt ſtatutũ ut mulieres non poſſint cõueniri in curia domini Capitanei ẽt uirtute publici inſtrumẽti, & ſi ageretur in Curia Ciuili per uiã aſſiſtentię, res protraheretur prope in infinitũ, & tunc ſatis utilis eſſet obſeruatio dictę regię pragmaticę, ut expediretur citatio pro cenſibus contra mulierẽ ad dicendũ cauſam quare nõ debet exequi, & ita pluries uſus ſum, & uti feci in pluribus cauſis, & obtinui, ſed ut dixi uidi aliquando prouiſionem reuocatam a magna curia. eſſet itidem utilis obſeruatio dictę regię pragmaticę quando inſtrumentum eſſet antiquum ultra uiginti annos, & non poßet præſentari iuxta formã ritus, nã tunc etiã haberet locum regia pragm. ut dixit Foller. ubi ſup. ſimiliter quando uidua uel pupilli, uel quãdo eccleſiarũ prælati uellent in magna curia eligendo forũ illius procedere cõtra debitores cenſuarios, & nõ poßent de perſona intereße præſentationi inſtrumentorum, & ita nõ poſſet procedi ad liquidationem, nam tunc etiam utilis eſſet obſeruatio prædicta, & remedium ex dicta regia pragm. & quatenus dixi ſupra quod Petrus Foller. præſuponat tũc poſſe procedi dicta uia, quãdo adeſſet aliquod pactũ de narratis ſupra, aduertas quod in Ciuitate Caitę, & ẽt locis conuicinis, adeſt notariorum communis obſeruatio, ut in fine inſtrumenti dicatur, & uoluerũt præſens inſtrumentum intelligi factum iuxta bullam Papæ Nicolai, & pragm. regis Alfonſi, nam ex huiuſmodi relatione cenſentur uirtualiter in inſtrumento contineri omnia quæ habentur in ipſa bulla, & dicta regia pragmatica, iuxta ea quæ dicam inf. in aduerſar. relatum, & proinde tunc perinde eße deberet, ac ſi expreſſe conuentum eßet, ut pro cenſibus prædictis fieri poſſet exequutio prompta & parata, ac ſi ageretur pro re iudicata cum alijs prærogatiuis quæ ſunt in dicta regia prag. quæ æquiualent, immo præualent pacto manus iniectionis, ac ut in penſionibus, & merito ſi tunc poſſet dici uiſo pacto, & ſic non uideretur eſſe difficultas immo ſimpliciter mihi uerius uidetur ut ipſa regia pragm. obſeruari deberet, & hæc nota, quia in omnibus terris conuicinis deſeruire poßent, dum ſolet plerunque opponi quod non poteſt procedi ad liquidationem inſtrumenti eo quod inſtrumentum non eſt in forma publica, uel quia principales non ſunt præſentes, nam poterit practica prædicta opitulari, quamuis ſciã Illuſtriſſimam quondam recolendæ memoriæ Iſabellam columnam principẽ Sulmonis & dominam horum locorum, ad minuendum diſpendia uaßallorum, ordinaße ut etiam inſtrumenta in papiro obſeruarentur, & admitterentur, ac ſi eſsent in forma publica, & ita obſeruari fecit dum uixit, & quamuis ipſa hoc forſan diſponere non potuiſset, attamen obſeruari fecit, & nunc certo modo obſeruatur, unde ſuccedunt ea quæ late notaui ſuper commentarijs ſtatutorum Caietę in principio,

& hæc

& hæc apprime nota; & redeundo ad ea quæ in principio dicta ſunt, quod inſtrumentum non mandatur exequutioni contra tertium bonorum poſſeſſorem, eodem modo dicas, quod non mandatur exequutioni contra ſingula rem ſucceſſorem Iaſon in dicta leg. prima. §. ſi hæres ff. ad trebell. & in l. 2. de iure iur. Bal. in l. fin. C. ſi aduerſ. credit. & Caſſane. in conſuetud. burgum. fol. in meo 829. numero quinto Cappell. Tholoſan. & ibi Aufrer. deciſio. 257. Duen. Aſin. & Zoar. ubi ſupra, & alij præallegati; ſimiliter quando contra inſtrumentum præſentatum eſſent aliqua indicia ex quibus dubitaretur de fide inſtrumenti, tunc deberet ſuſpendi & retardari exequutio inſtrumenti donec cognoſcatur. De illis indicijs Barbat. conſilio quadrageſimoſecundò libr. primo, & Cagnol. in l. in teſtamentis num. 10. uerſic. & quando ff. de regul. iur. ſimiliter in caſibus prædictis contra inſtrumentum opponi poteſt exceptio rei non traditæ, uel pretij non ſoluti Dec. late in conſi. 119. columna prima, & ſecunda Alciat. reſponſ. 159. & 701. Caſſane. in libr. conſuetud. fol. in meo 830. numero 19. cum ſequen. Natta late in conſi. 360. Canar. de exequut. inſtrumento. cap. 27. Deci. conſi. 507. numero octauo Alexand. conſilio vigeſimo, numero ſecundo, & tertio libro ſexto & Galleſi. in form. cameral. obliga. fol. 59. num. 10. & Marin. Frecci. in tract. de præſent. inſtru. part. 8. quæſt. 3. in fin. & part. 7. quæſt. 1. num. 2. Neuizan. conſ. 37. in principio, & dixit Paul. merend. in conſi. 37. quod hæc exceptio poteſt opponi contra omnem obligationem iuratam, etiam nulla habita abſolutione a iuramento; & quod hęc exceptio facit ut etiam ex inſtrumento ordinario agatur, qui amplius hoc dicit, quod poteſt dictæ exceptio opponi ad impediendum exequutionem, etiam quod ſuerit dicte exceptioni renuntiatũ, allegat Fely. in c. ſi cautio; de fide inſtrument. num. 45. cum ſequen. & Gramatic. conſ. ciuil. 63. num. 4. & 5. quod roboratur ex his quæ dixit Oſaſcus deciſ. 10. ubi concludit quod in incorporalibus debetur patientia, & de ea opponi poteſt non obſtante inſtrumento; & faciunt not. per Marin. Frecci. in ſupradicto tract. par. 7. quæſt. 9. in fine ubi dixit quod inſtrumentũ locationis & affictus nõ poteſt præſentari, quia non dicitur liquidum eo quòd habet conditionem annexam de patientia præſtanda, quæ exceptio ſemper opponi poterit, etiam quod illi ſuerit renuntiatum, ut ipſe ibidem concludit, in fine, dicitq; probari ex his quæ ipſe dixit par. 8. quæſt. 3. ubi late concludit quod partes non poſſunt ex pacto facere ut inſtrumentũ quod in ſe non eſt liquidum ſit liquidum, & quod ex pacto poſſit præſentari quod aliàs ex ſe non poterat, per multas rationes quas allegat, ut ibidem uidere poteris, & facit quod dixit Rodoric. Zoar. in repet. l. poſt rem, in declarat. legis regnor. fol. 651. num. 41. nàm dicit tantam eſſe uim harum exceptionum, ut inſint ita et taliter, ut iudex poſit ex officio repellere partem præſentantem inſtrumentum uenditionis uel locationis ſi non conſtat

de

de re tradita, uel è contra de pretio non ſoluto, allegat Bart. in loco ſuo; cuius opinionem ueriorem dicit, quicquid dixerint Salic. & Fulgoſ. in l. ſi pater. C. de action. empt. & ex his uidere potes quomodo non procedat illud quod dixit Carauit. ſed tranſcurſiuo modo in rit. 167. num. 20. dicendo quod inſtrumentum affictus, in quo non apparet renuntiatum exceptioni patientiæ non præſtitæ, non poteſt putari, quia non liquidum, nam ex his quæ dicta ſunt illud idem dicendum uidetur, dato quod dictæ exceptioni renuntiatum fuiſſet; quia renuntiari non poteſt ut iam dixi, & non ſumitur ex dictis doctorum argumentum a contrario ſenſu, ut dixi ſupra in aduerſar. argumentum a contrario ſenſu; bene uerum eſt quod in dubio patientia præſumitur præſtita ſecundum Glo. & Bart. in l. 2. C. de acquir. poſſ. Soc. conſi. 15. num. 7. lib. 4. Oſaſc. deciſ. 50. num. 2. & 17. & Ioannem Vincentium de anna ſingul. 680. & inde niſi ille contra quem præſentatur inſtrumentum opponeret & probaret in promptu exceptionem patientiæ non præſtitæ, quod ſibi non opitularetur aliquo modo talis exceptio patientiæ non præſtitæ; & ideo in actu practico aduertendum eſt ad duo; primum quod locator tenetur ad duo, primum ad rei traditionem & conſignationẽ ſecundum ad patientiam præſtandam, ut late declarauit Marin. Fricc. ubi ſupra. Aliud, & ſic ſecundum quod conductori competunt ſimiliter due exceptiones; una rei non traditæ, alia patientiæ non præſtitæ; his præhabitis quando præſentatur inſtrumentum ſi opponitur exceptio rei non traditæ, impeditur liquidatio; quia non habet aliquid probare conuentus qui non poſſidet, & habet ipſe intentionem fundatam; ſi autem opponitur exceptio patientiæ non præſtitæ; tunc quia ex iſta exceptione præſumitur & prætenditur rem fuiſſe traditam, & ex prædictis ſumitur indicatio & præſumptio quod patientia fuerat præſtita; & ille qui opponit habet præſumptionem contra ſe, adeo ut illi incumbat onus probandi; tunc ſequitur ut niſi in promptu & incontinenti doceat de exceptione quod tunc procedetur ad liquidationem inſtrumenti, & eius exequutionem; quæ bene aduertas in actu practico; & circa ea quæ dicta ſunt de exceptione pretij non ſoluti obſtante emptori agenti ad rem uenditam, nota notabile conſilium Hieron. Gabriel. 155. ex quo duo adnota, primo quod exceptio prædicta locum habeat etiam quod a principio fuiſſet habita fides de pretio; dummodo tempore quo agitur ad rem tradendam ueniſſet tempus ſolutionis; nam adhuc in iſto caſu competit prædicta exceptio ut bene probat; ſecundum quod procedit nedum quando ipſe primus emptor ageret ad rei traditionem, ſed ceſſionarius eius uel alius cauſam habens ab eo, nam omnes exceptiones quæ competunt aduerſus primum emptorem, competunt aduerſus omnem alium habentem cauſam ab eo, caſus eius erat; quidam Iacobus uẽdiderat quaſdam pelles Stampæ; & Stampa illas uendiderat Caſari, cui Iacobus de uoluntate ſtampe, illas conſignare promiſerat, & longe

appa-

apparatu & diſcurſu dicit Cæſari agenti ad conſignationem pellium contra Iacobum qui etiam fuerat condemnatus per ſententiam quæ fecerat tranſitum in rem iudicatam, obſtare exceptionem pretij non ſoluti, ita ut non teneretur pelles conſignare, niſi pretium ei ſoluatur, quod nota quia eſt elegans conſilium pro diſcuſſione quæ in eo habetur; nonnulla alia uide ſupra in aduerſario exceptio rei non traditæ; ſimili modo dicendum eſt quod ſtante concluſione ſupra firmata quod inſtrumentum habeat exequutionem paratam; & quod contra illud non poſſit opponi aliqua exceptio, nihilominus ſemper opponi poterit exceptio quod perſona quæ in tali inſtrumento reperitur obligata, non potuit obligari, prout ſic dixerunt Ludouic. Roman. & Iaſ. in l. tutor in 2. notab. ff. de iureiur. Anchar. in conſi. 167. col. 2. & Crauett. in conſi. 104. & ſequitur Marin. Frecc. in ſupradict. tract. de præſentat. inſtrum. quæſt. ſeu par. 12. num. 5. cum ſequen. & ibi generalius dicit, quod licet nulla alia exceptio opponi poſſit, quod tamen ſemper poterit opponi exceptio reſpiciens perſonam, tam reſpectu præſentationis, ut quia diceretur non habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio & præſentandi inſtrumentum; utputa quia minor, uel quia excommunicatus, uel ſi miles, uel quia non potuit obligari quod probat authoritate multorum; & facit Canar. de præſentation. Inſtrument. quæſt. 15. & Galles. ad formã cameral. obligat. fol. 60. num. 3. Et ex hoc illud inferri poteſt; an contra inſtrumentum præſentatum contra aliquem opponi poßit quod tempore obligationis erat filius familias cum patre habitans, & conſequenter quòd obſtante regio edicto non potuit obligari, & quod propterea inſtrumentũ exequi non poſſit; Carauit. in rit. 166. nu. 73. dicit quod ſi ex lectura inſtrumenti appareret illum eſſe filiumfamilias, uel illud opponens in promptu per teſtes id doceret; tunc obſtaret exceptio, & non procederetur ad liquidationem inſtrumenti, nec ille carceraretur, allegat Canar. in tract. de exequutione inſtrumenti queſt. 13. Benedict. de barz. in tract. de guarentig. par. 3. quæſt. 6. & Grauinenſ. in illo rit. part. 2. declar. 17. nu. 32. & alios nonnullos; ſin autem neque ex inſtrumento conſtaret illum eſſe filiumfamilias, neque per teſtes in promptu, tunc procedetur ad exequutionem inſtrumenti & liquidationem, & dicet interim cauſam in uinculis, & dabitur terminus & procedetur, & ubi & quando contra exceptionem oppoſitam præſentans inſtrumentum, aliquid diceret, & replicaret, cum multa poſſit, & tunc debet iudex in ultimo peremptorio procedere ad liquidationem inſtrumenti; uerum ſuperſedebit in exequutione, & dabit terminum ad probandum; & ita reſidebat Carauit. ubi ſupra. ſimiliter poterit contra dictum inſtrumentum opponi quod eſt confectum ſine cauſa; uel cauſa eſt reducta ad non cauſam; ut bene aduertebat Galles. in forma cameral. obligat. fol. 60. & uide quæ dixi ſupra in aduerſar. cauſa requiritur; ſed an poſſit opponi exceptio; quem de euictione tenet actio,

eundem

eundem agentem repellit exceptio, Celſus vgo in conſ. 45. dicit, agenti ex inſtrumento guarentigiato obſtare dictam exceptionem prout et nonnullas alias quas ipſe enumerat ibidem; Illud etiam adnota quod quamuis in alijs caſibus non admittatur quiſpiam ad opponendum uel probandum aliquid contra inſtrumentum; nihilominus ſi ex aliquo incidenti, uel caſu præſentanti inſtrumentum fuerit datus aliquis terminus, tunc ille contra quem inſtrumentum præſentatum fuit, poterit etiam probare de iuribus ſuis Bald. in l. ſi cauſam. C. de exequutione rei iudic. & Hippolit. in l. ſi quis fol. 52. col. 4. ff. de quæſt.

FINIS.

BERNARDINI PANDI, GRAVINATIS V·I·D·

COMMENTARIA IN RITV Magnæ Curiæ Vicariæ Neap. CLXIIII.

DE PRAESENTATIONE & exequutione Inſtrumentorum.

PRAEFATIO.

Iuſtitiæ correctiuæ hic Tractatus ſubalternatur.

1 QVemadmodum Ariſtoteles 5. Ethic. 5. Adſtruit, Primum Iuſtitiæ genus in eorum contributione ſubſiſtit, quæ inter eos diuidi poſſunt, qui in ciuili ſocietate uerſantur Alterum in morum correctione & comertiorum, quod
2 item bifariam diſtribuitur, Sicut enim contractationes, Aliæ uoluntariæ ſunt, Aliç inuoluntariæ: Ita Iuſtitiæ genus quod ad eas pertinet uoluntarium unum eſt, Alterum inuoluntarium; Voluntariorum comertiorum Iuſtitia (ut inuoluntaria mittam) inde bitis cõ ſiſtit, uel contractibus; propterea iuris hæc portio qua de inſtrumentaria exequutione agitur, commutatiuæ Iuſtitiæ ſub alternatur.

3 Commutatiua enim Iuſtitia (ut doctiſſimus Cælius lib. Antiquarum lectionum 12. cap. 48. inquit) ipſam rei diſparilitatem qua res rem excedit Alteram, ad æqualitatem Aritmethica quodamodo proportione nititur reuocare, nullamque habet perſonarum rationem; & ideo nihil refert bonus ne debitor ſit, Malusuè creditor? Sed damni in teſtitium ſpectat modo quòd creditor ſubiret ſi non ſatisfieret.

Priſci cur in debitores exaſperabant nimium.

Ex hac doctrina (cuius author mihi eſt Ariſtoteles) demanaſſe puto, quòd debitoribus perfidioſius tergiuerſantibus ac ſæpius fraude agentibus, eludentibusq; non mediocrem pœnam priſci legumlatores irrogabant.

Debitores olim in ſeruitium ducebantur cum filijs ac nepotibus.

Cæll. lib. 7. cap. 20. teſtatur quòd qui AEs Alienum primitus con

flabant

ſtabant in ſeruitium à creditoribus ducebantur,& quòd grauius multo eſt, adducebantur item filij & nepotes.

Item uenundabantur cum uxore ac filijs,& grauiora perpetiebantur.

5 Eminentiores interpretes in parabola debitoris Math. 18. prodiderunt in litteras, quòd a creditoribus debitores olim uenumibant, quodque ab omni pietate diſſitum eſt, uenūdabantur quoque uxores eorum, ac filij.

6 Aul quoque Gell. lib. noctium acticarum 20. cap. pri. legem 12. tabularum refert in ergaſtulum quodammodo & carnificinam debitores ſeruiliter euerberatos nectitalle; & propterea nexi Appellabantur; De his Cæl. nuper citatus inquit, oblita erat ſqualore ueſtis, fædior corporis habitus, pallore ac macie perempti, ad hęc ferè prolixa barba, capilliq́ue efferabant ſpeciem oris,uix ut noſcitarentur in tanta deformitate.

7 Eadem l. 12. tabularum illud quoque præcipiebatur horrendum protinus & ab omni humanitate ſequeſtratum,quod & Gell. & quoque Rhodigin. memoriæ tradiderunt;ſi creditori non ſatisfaciebatur, habebantur debitores in uinculis dies 60.interque eos dies trinis nundinis continuis ad prætorem in comitium producebantur, quantęq; pecuniæ debitores forent pronuntiabantur.

Debitores capite olim puniebantur.

8 Tertijs deinde nundinis capite pęnas dabant:quòd ſi plures forent creditores ſecum ſi uellentæque partire corpus addicti ſibi hominis permittebatur.

Ritus noſtri ratio ex Ariſt.

9 Compari (ut ego Arbitror) ratione ritus hic noſter præcepit,quòd debitores oſtenſo debito ſtatim carcerentur & è uinculis ex audiantur ſi quid opponere ſe ſe præferant, nullique dubium quòd conſtituuo prædicta iuridica eſt. Canar. in tract. de exequutione inſtrument. q. 31. Alex. in l. ſi alia. §. eleganter. ff. ſoluto matrimonio Annib. col. 15. Crott. 4. in l. nemo poteſt de legatis pri. Ripens. in l. obligatio col. 5. ff. de pignoribus Zas. in lib. ſingul. reſponſorum 2.c. 8.

Statuta huic ritui ſimilia plerisque locis: Florentiæ,Peruſii,Mediolani, Anchonæ,Firmi,Aſſiſii,Terdonæ, Cortonæ, Tuderti, Burgi, Cæſenæ, Caſtellæ,Eugubij,Canarij,Tuſciæ generatim, Italiæ generaliſſime.

10 Porrò & alia locis alijs haud parum multis ſunt ſtatuta & huic ſimilia. Caſtren. in l. pri.C. de exequutio.Rei iudicatæ.

Flo-

Florentiæ primum eſt hoc ſtatutum. Bal. in l. 3. C. de pignoribus Areti. in d. §. eleganter Caſtrenſis. in l. pri. ff. de conſtituta pecunia. Roman. in conſi. 120. circa Corn. in conſilio trigeſimoprimo uidetur in 3. & illud etiam Peruſii. Bal. i l l. etiam. C. de exequutio. Rei iudicatæ in conſi. 28. iſtud in conſilio 38. præmiſſis in conſi. 39. cuius idem eſt initium in 5. Angel. in d. §. eleganter Iaſ. in l. error. C. de iuris & facti ignorantia. Atque idem Mediolani Homod. in conſi. 97. quæſtio, id queque item Anchonæ Cor. in conſi. 320. Videtur in pri. Alex. in conſi. 115. Viſa in 7. Firmi etiam Cor. in conſi. 112. uiſo in primo Alex. in conſi. 20. ſi promiſiſti in 6. Aſſiſii quoque Cor. in cõſi. 31. uidetur in 3. Terdonæ. Bal. in conſi. 355. ſicut in 3. Cortonæ Corn. in conſi. 9. uiſo in pri. Tuderti Cor. in conſi. 112. uiſo in pri. Burgi. Corn. in conſi. 297. in conſilijs in 3. Cæſenæ. Alex. in conſi. 126. repetitus in 6. Caſtellæ Abb. in conſi. 73. circa in 2. Egubij Angel. in conſi. 121. Nicolaus. Canarij ut de ſuamet patria Canar. teſtatur in tractat. de exequutio. inſtrument. quæſt. 43. uerum illud Tuſciæ generatim ſtatutum eſt Bal. in d. l. etiam Iaſ. in d. l. error, Ripens. in l. obligatio 4. col. ff. de pignoribus: atque item in Italia perpetuo ſunt eiuſmodi ſtatuta Bart. in l. pri. ff. iudicatum ſolui Canar. in d. tractat. 4. q.

Ritus hic aduerſatur iuri communi.

Hoc uero confeſſum eſt quòd ſtatuta prędicta iuri communi aduerſantur quę de inſtrumentis ſimplicibus quemadmodum & ritus hic loquuntur. Canar. in d. tractat. 4. item 5. Bar. in tractat. de inſtrument. guarentigiat. p. p. p. q. Alex. in l. ait prętor. §. ſi iudex. ff. de re iudicata in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſoluto matrimonio Iaſ. in l. final. col. 6. C. de edicto diui Adriani tollend. in l. quæ de legato. ff. de legatis Aquens. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pactis Dec. in l. in bonæfidei eodem tit. C. de pactis, Annibal. in l. ſi inſulam col. 9. ff. de uerborum obligatio. Ripens. in d. § ſi iudex nu. 6. Cagnol. in d. l. in teſtamentis. nu. 9. Corn. in conſi. 238. uiſa in 3. Boer. in deciſ. 295. computus in 2. Bero. in q. 57. ſtatuto cauetur.

Ritus hic num procedat in curijs regni inferioribus.

13 Et ideo probatiſſime dubitari ſolet an hic ritus in Regia curia loquens protrahatur etiam ad alias huius regni inferiores? ritus 54. nuncupatim exprimit quòd non. Puteus uero noſtrarum legum interpres nulli ſecundus, in ſindicatu uerſi. inſtrumentum, adſtruit, quòd de conſuetudine totius regni non obſtante eo ritu ad curias inferiores noſter hic ritus etiam extenditur.

Ego

Ego autem Cenſeo quòd ritus 44. nuper allegatus correctus ſit per alios ritus ſubſequentes dum eis rituum collector addiderit non ſolum ritum noſtrum procedere in Regia curia uerum in alijs etiam curijs, atqui in ritu noſtro præſertim id ſuper additum eſt, dum ibi dicitur in ipſis curijs uel altera ipſarum: idem quoque eſt in ritu a noſtro 7. & item in 23. a noſtro eum connumerando. His non inſcite opinor uel improſpere aut (quod ille ait) inſipide præfatis: Aggrediamur nunc huius ritus prouinciam & ab ingreſſu de his contractemus, Quæ inſtrumenta concernunt, ut poſſint ad formam Ritus noſtri exequi.

PRIMA PARS EORVM QVAE INSTRVMENTVM CONCERNVNT XX. DECLARATIONIBVS Conſiſtit.

PRIMA DECLARATIO.

1 ILLVD verò in primis teſtatum uolumus, quòd Ritus hic intelligatur in ſcriptura ad hominum memoria infacta, ſic enim inſtrumentum deſcripſere. Canar. in tract. de exequutio. inſtrument. q. 35. Pennens. in rubrica. C. de fide inſtrument. & Aquens. in rubrica. C. de edendo.

Teſtium perſonæ, non exequuntur ad Ritus noſtri formam.

2 A quo inſerpuit quòd perſonæ inſtrumentorum non habent paratam exequutionem ad huius noſtri Ritus formam Feli. Dec. in rubri. de fide inſtrumentorum Feli. in c. peruenit primo de teſtibus cogendis. Tiraquel. Abundè in retractu tit. pri. §. 2. gloſ. pri. nu. 11. cum ſequenti.

SECVNDA DECLARATIO.

3 PRoinde illud ſcitu dignum eſt, quòd ritus noſter intelligitur in inſtrumento publico, ita enim ſæpiſſime exprimit.

Scriptura priuata non exequitur ad formam ritus.

4 A quo & illud quoque proſerpuit haud negligendum, quòd priuata ſcriptura neque habet exequutionem ad formam huius ritus Feli. Dec. in rubrica de fide inſtrument. Anto. ab Alex. Curt. in l. pri. C. de iure iurando ob calumniam pręſtito Dec. in l. bonæ fidei col. 3. C. de pactis. Firmian. in Gabellis. 3. p. 8. p. 35. q. & Tiraquel. in retractu tit. pri. §. 2. gloſ. pri. nu. 30.

Publicum & Autenticum quo ſeparantur?

5 Sed agè poſtea quàm hic uolentes incurrimus, adijciatur quæſitum egregium & non in iube vulgaria modo ſed inter claſſicos quoque uiros excitatum, quæ nam ſit differentia inter publicum inſtrumentum & authenticum? Feli.in c.pri.de fide inſtrumentum. Curt.Ripens.in l. admonendi. ff. de iure iurando aiunt quòd inſtrumẽtum publicum ſit à tabellione, Authẽticum uerò ab officiali publicitus inſtituto, inde ſit quòd ſcriptura archiuij ſit inſtrumẽtum authẽticum. l.comparationes cum Auth.ad hæc,ibi inſcripta. C. de fide inſtrumentorum.

Dec.uerò in d.c.pri.inquit,quòd inſtrumentum publicum alio differt ab authentico, quia Authenticum fidem obtinet abſq; ſollemnibus, publicum uerò(ut ei credatur) ſollemnibus muniri debet.

Ioan.deniq; Vicomercat.in l.2.C. de edendo utramque opinionẽ breui manu perſtringens ait, quòd inſtrumentum publicum eſt quod ſit à tabellione & ſollemnibus item præmunitur.

6 Ego uerò cum prædictis iamdiu litem habui, quia protocollum non eſt publicum inſtrumentum ut dicetur hac p. 14. d. & tamen ſit à tabellione iuris ſolemnitatibus interuenientibus ut 9.d. huius,p. uideri poteſt.

Altera igitur inuenienda eſt diſcrepantia inter publicum inſtrumentum & authenticum, At qui meo ſenſu publicum inſtrumentum eſt quòd iuris ſollemnitatibus publicatum exemplatumuè eſt,& ex eo fidei authoritatem ſumit.c.pen.& final. de fide inſtrument. Authenticum uerò inſtrumentum eſt quod ſine publicatione, abſque publicationis ſollemnitatibus ex ſe fidei authoritatem habet, unde authenticum nominatur quaſi authoratum, ideo protocollum dicitur Authenticum.l.2.ff.de fide inſtrument.

Publicare & Authenticare quid ſit.

7 Ad hoc plurimum facit Aquenſ.in auth.ſi quis in aliquo documento in ingreſſu.C. de edendo,dum conſtituit differentiam inter publicare ſeu exemplare & Authenticare ad text.in d.auth.Ad hęc dum probaſſe uidetur quòd ſcriptura Archiuij ſit publica reſpondit Dec.in d. cap. pri. & diſcrimen fecit interpublicam ſcripturam & publicum inſtrumentum.

Subfrigida certè reſponſio,quia immo ſcriptura Archiuij eſt inſtrumentum publicum Feli. in rubric. de fide inſtrumento.in poſtremis verbis.

Et huic ſententiæ adſtipulantur Alex. colum. 3. Ant.ab Alexan.4. Aquens 3. Curt.final.Dec. 6. in d.Auth. ſi quis in aliquo documento

C.de

C. de edendo Feli. 3. Dec. 4. in capitulo cum cauſam de probatio.

Facit.l.pri.ff.de fide inſtrumen.l. notionum.§.inſtrumentorum.ff. de uerborum ſignificatio, quæ probant quòd inſtrumentum appellari poteſt quicquid iudicis mentem inſtruit.

Ego uerò Arbitror quòd inſtrumentum authenticum dici poteſt publicum inſpecta alia ratione ab ea quam ſuperius expēdimus neq; inconuenit ſi quidem acta iudicij dicuntur inſtrumentum publicum Alia quoque ratione proſpecta quia fiunt in loco iudicij qui eſt publicus & coram iudice qui eſt perſona publica Alex.Ant. ab Alexand. Socc.Iaſ.Gozzad.Vicomercat.Curt.Aquens Dec.Purpurat.Ripens, in d.l.2.C.de edendo, & ideo ſcriptura Archiuij dici poteſt inſtrumentũ publicum inſpecta ratione quia fit ab officiali publicitus conſtituto & fit in loco Archiuij qui eſt publicus.

TERTIA DECLARATIO.

Illud quoque obſeruandum eſt quòd Ritus noſter procedit in in-
10 ſtrumento ſollemnibus dotato à iure præſtitutis, Canar.in tracta. de exequutio. inſtrument. q.11.Alex. col.3.Iaſ.pri.Ripenſ.2.in l.4.§. condemnatum.ff.de re iudicata Feli.col.pen.Dec.4.Fallent.2.eijſdem col.fi.fallent.20.in c.ex parte.2.de officio delegati.

Inſtrumentorum ſolemnia.Inuocatio diuini nominis.

11 Inſignia ſeu ſollemnia inſtrumentorum ſemptem præcipuè ſunt: In primis diuini, nominis uocatio Feli.col.2.Dec.3.in c.pri.de fide inſtrument.Alex.3.Aquens, prima Rui.2. Hermonot. 3. in rub.ff.de operis noui nuntiatio.Afflict.in conſtit.baiulos col. 6. Cagnol.in prologomena digeſtorum in prin.col.4.

Regis nominatio.

12 Secundo Regis nominatio Feli.2.Dec. 3.in d.c.pri.Iaſ.30.Ripens. 28.in l.admonendi. ff. de iureiurando, Corſet.in tractat.de poteſtate Regia.q.46.Caſſan.in gloria mundi.5.p.24. conſiderat num.183.Afflict. loco iam citato & iterum in conſtit. inſtrumenta.per tex.ibi & ſi Rex non extaret in hoc regno Pennenſ. in leg. in ſacris colum.2. C. de proximis ſacrorum ſcrineorum docet inſcribi debere pontificis nomen.

Anni dominici.

13 Tertio Anni Dominici Fel.2. Dec.3. in d. cap.pri.Afflict.in d.conſtit.baiulos colum.6. Gramat.in deciſ. 106.in cauſa colum.5.& Caue

(inquit ibi Afflict.) ne ſcribantur per Abacum quia littera ex littera extendi debent quod poſt gloſſegraphum idem repetit in conſtit. conſuetudinem.

Dies ac menſis.

14 Quarto Dies ac Menſis Feli.3. Dec. 4. in præfato c. pri. Feli. in c. in literis de fide inſtrumento . Iaſ. in l. admonendi col. 61. ff. de iure iurando Dec. Cagnol. in l. ſi librarius.ff. de regulis iuris Cagnol. in prologomena digeſtorum in principio col. pen. Scobod. in auth. habita ad finem C. ne filius pro parte.

Hora non eſt neceſſaria.

15 Horæ autem exprimitio utilis eſt, non neceſſaria Soc. Iaſ. Bal. Nouel. Aquens. in l. pri. ſoluto matrimonio Dec. in c. pri. col.4. de fide inſtrument. Fel. in c. capitulum ſanctæ crucis col. final. de reſcriptis Fel.2.Dec.3. in c. paſtoralis & Iaſ. in l. pri.§. edictioues col.3.ff. de edendo,Cagnol. in l. in ambiguis.ff. de regulis iuris.

Indictio.

16 Quinto,indictio Feli.3.Dec.5. in c. pri. non ſemel relato Feli. in c. inter dilectos.col.7. de fide inſtr. Iaſ.61. Ripens. 28. in l. admonendi.ff. de iureiurando Cagnol. in prologomena digeſterum in principio col.pen.in l. ſi librarius Cart.3.ff. de regulis iuris. Atq; ſufficit generatim ſcribere indictionem cum uerbo &c. Dec. in plus ſemel citato.c.pri.col.5.Iaſ. Ripens. in d. l. admonendi, locis iam proximè ſignificatis Galliaul. in l. gallus.§. idem credendum col. pen.ff.de liberis & poſthumis Cagnol. in d.l. ſi librarius nu.24. Gramat. in deciſio. 106. in cauſa col.4.

Et licet Iaſ. ſibi contrarius col.4.Gar. 20. in d. §. idem credendum & iterum Iaſ. in l. Argentarius in principio.ff.de eden. Arma ex aduerſum ſumant; Prior tamen opinatio tum frequentior eſt tum ueracior & in ea quoque pedibus coeunt Corn. in conſi.93. quia in 4. Alex.in conſ.190. plura in 6.

Quin etiam ſufficeret intermiſiſſe indictionis ſpatium Feli. in d. c. inter dilectos col.7. Galliaul. in d.§. idem credendum col.pen.

Locus locique locus.

17 Sexto,locus ac loci locus Feli.3. Dec. 4. in ſæpe relato c. primo,Paris in c.quoniam contra falſam col.2. de probatio. Cagnol. in l. ſi librarius ad fin. plus ſemel citato Bolog. in conſi.30.& adeo a Afflict.in ſæpiſſimè Relata conſtit. Baiulos col.7.

At qui

17 At qui dubitari ſolet inter eminentiſſimos ſi id conſuetudine obliterari poſſit Alex.que in l.de pupillo.§. qui nuntiat. ff. de operis noui nuntiatio. Feli.3. Barbat. in 16. in d.cap. pri. ſcripſere quòd ſic, ſed eorum Opin.legali uigore conterunt Dec. in d. c. pri.col.4.in cap. 2. col.5. de probatio. Iacob. de canibus in tractat. de tabellio.7. ſollemnita. Afflict. in d.conſtit. Baiulos col.7.Curt.in tractat.de conſuetudine fol.114.col.2.& Pariſ.in d.c.quoniam contra falſam col.26.

Signi inſculptio.

18 Septimo & ultimo inſculptio ſigni Feli.15.Dec.6.in d.cap. pri. Feli.in cap.cum.p.Tabellio col.2.de fide inſtrument.Dec.in conſ.36. circa in primo. Cagnoli.in prologomena digeſtorum ad finem principij. Boer. in deciſ. 37. quia in primo, Gramat.in deciſ.106.in cauſa col.6.& 8.

QVARTA DECLARATIO.

Iudex contractuarius.

19 ILlud itē animaduertito haud neglectū quòd Ritus noſter procedit quādo in inſtrumento adeſt cōtractuarius iudex ut in conſtitutio. Baiulos,& in conſtitutio.inſtrumentorum. Atqui fortaſſis ſunt charturarij iudices de quibus loquuntur Alex.in l.ſi cum dotem.§.eo au-
20 tem tempore.ff.ſoluto matrimonio Iaſ. in l. error. C. de iuris & facti ignorantia Bar.in tractat.de inſtrument.guarentigiat.p.p.p. q.Maria. in c.ſignificaſti. 10.q.de foro competenti Herculan.in l.ait prætor pri. col.ff.de re iudicata Sapia.col.3.Cagnol.pen.in l.pri.ff.de iudicijs Tiraquel.in tractat.de conſtituto.3.p.30.limitat.nu.28.
21 Hoc tamen procedit quando in loco inſtrumenti reperitur iudex ubi uerò non eſſet inſtrumentum poſſet fieri ſine eo,ita ſcribit Gloſſegraphus in longobard.de ſcambianis & Cancellarijs Cui hęret Blas. de Marchon ibi quem priuatim habeo.

Tabellio & iudex contractuarius an utroque fungi ualeat?

22 Hac parte curioſior fortaſſe quiſpiam quærat an tabellio qui etiam ſit iudex contractuaris poſſit utroque officio fungi ſumendi rationem ut tabellio & uti iudex aſſiſtendo? Eſernitan.& Afflic.in feudis quæ ſint Regalia uerſi. magiſtratus inquiunt quòd non in diuerſum tamen probabiliter allegari poſſet quia Tabellio ſimul & iudex chartularius poteſt ſumere inſtrumentum guarentigiatum ut inter citatos ſcribunt Anchar.in conſi. 423. uiſo Angel. in conſi.234.uiſis.

Corn. in conſi.99. uiſis in 3. Alex. in conſi. 92. uidetur in 7.

Spectat, quòd de emancipatione dicitur, tabellionem eam recipere poſſe & ſi iudex eſt ſimul authoritatẽ præſtare, Angel. in conſi. 99. uiſis, Corn. in conſi. 238. uiſa in conſi. 259. uiſo in 3. Arridet etiam ꝙ ſcribit Corn. ſi ſtatutum diceret donationem non ualere niſi iudex ad fuerit, tabellionis deſumptio ſufficit qui & iudex ſit in conſi. 185. tria: col. pen. in 2.

Prior tamen opinatio propter authoritatem Eſernitan. & Afflict. in fori uerſura præualeret, neque deeſt ratio ubi namq; ſtatutum requirit taxatum numerum perſonarum ijſdem non poteſt duplici officio fungi Feli. colum.4. Dec.3. in cap. ex literis de probatio Fel. 26. Dec. 25. Paris. 52. in c. quoniam contra falſam & ijs adde Dec. in conſil. 40. uiſo in pri.

QVINTA DECLARATIO.

Archiuij ſcriptura non exequitur ad formam ritus

23 CAeterum nec illud ignorandum, quòd ritus procedit in inſtrumento a tabellioue confecto Alex. Iaſ. in l. 2. §. pretor ait in fin. ff. qui ſatiſdare cogantur Alex. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff.
24 de pactis Feli. col. pen. Dec. 4. fallent. 2. in c. ex parte 2. de officio delegati, ab eo fit quòd ſcriptura Archiuij quæ eſt inſtrumentum publicum ut dixi ſupra hac. p. 2. d. non habet exequutionem paratam ad formam huius ritus quia fit ab officiali.

Tabellionum qualitates ſubſcribuntur.

Verum nec uacantis opere fuerit attexuiſſe huic potiſſimum loco qualitates tabellionum ac contractuariorum iudicum quas in regno uel maxime habere debent.

Sint electi a Rege.

25 In primis quæritur quòd electi ſint a Rege ut in conſtitutio. in locis demanij, Eſernitan. uerò ibi uidetur hoc extenuare in locis demanij tantum, & quamuis Afflict. 4. notabil. extendat etiam in terris baronum, tamen ueracior eſt Eſernitan. ſententia quia d. conſtit. ſignificanter loquitur in terris demanij.

Quid ſi a Baronibus?

26 Ab hoc proſerpit quicquid ferant Eſernitan: & Afflict. ibi ac in feudis quæ ſint Regalia uerſi. Magiſtratus & Puteus in ſindicatu cap.

de

de exceſſibus Baronum, quòd in eorum terris barones poſſunt eligere Iudices ac tabelliones quod etiam adſtruunt Feli. in c. cum p. tabellio de fide inſtrument. Aluarot. & alij in eo uerſi. Magiſtratus Iacob. de canibus in tractat. de Tabellionibus ubi de cauſa efficiente. 5. q. Boer. in deciſ. 50. & ea quæ in deciſ. 242. ad tertiam in pri. atqui Blaſ. de Marchon. legum regni enarrator egregius in longobard. de eo qui falſam cartam ſcripſerit, teſtatur ſuo tempore barones huius regni legiſſe tabelliones ac Iudices quod iterum in lungobard. de Scambianis & cancellarijs, haud negligenter adfirmat.

Cuius etatis?

27 Secundo quòd ſint 18. annorum maiores ut in conſtitutio, Minorum iura ita ſcribit Blaſ. ille de Marchon. in longobard. de eo qui falſam cartam ſcripſerit, ad finem, ſed Bart. & Roſac. in l. impuberem. ff. de falſis Bal. in tractat. de tabellionibus 15. q. Firmian. in tract. de Epiſcopo lib. 2. p. p. nu. 56. opinati ſunt quòd maiores. 14. annorum tabelliones eligi queunt. Quin Angel. in l. p. C. de muneribus & honoribus cuius ſit cumq; ætatis ſcripſerit poſſe eligi, modo poſt pubeſcẽtiam exerceat, atque illam Angel. opin. furtim ſequitur Dec. in l. Fœminæ. §. impuberes. ff. de regulis iuris: & quamuis Cagnol. ibi aduerſetur & multis rationibus pugnet, ea tamen Angel. ſententia Receptior eſt & præter Dec. ſectatur Iacob. de canibus in tractat. de tabellionibus ubi de cauſa materiali 5. fallent.

Ne ſint infames.

28 Tertiò Quæritur ne ſint infames ut in conſtitutio. mores diſſoluti & in conſuetudo. Baiulos igitur Bart. opinatio in l. eandem. §. primo ff. ad l. Iuliam Repetundarum in hoc regno deſita eſt Pennens. in l. neque C. de dignitatibus Afflict. in d. conſtitutio. mores diſſoluti 6. notabil. Caſſan. quoque facit in gloria mundi. 2. p. 19. conſiderat: qua propter Afflict. in d. conſtitutio. baiulos. 14. notabil. quinto requiſit. qui de. d. Bart. ſententia tanti facit hallhucinatus eſt.

Viles ne ſint, uel Angarij, ſeu uillani.

29 Quarto, item quinto, atque item Sexto, ne ſint uiles perſonæ, ne ſint Angarij perue Angarij, ne denique ſint uillani ut in conſtitutio. conſtitutione præſenti.

Vaſalli.

Septimo requiritur ne ſint uaſalli ut in d. conſtitutio. in locis demanij Pennenſ. autem in l. generali. C. de tabularijs inquit quòd ua-

ſalli non poſſunt elegi tabelliones in terris demanij.

Spurij uel filij clericorum.

31 Octauo ne ſint ſpurij clericorum uė filij ut in d .conſtitutio.conſti tutione præſenti in calce fallit ſecundum Angel. ſi ſint legitimati in conſi.284.præmitte ad finem.

Spectat hic quæſtiuncula ſi inſtrumentum confectum à ſpurio cre dito legitimo ſubſiſtat? in qua Alex.in conſi.80. examinato in ſecundo & Marſil.in ſingul.273.notiſſimum paulo ad finem adſtruunt par tem negatiuam.

Contrariam uerò ſententiam enixè fulciunt Calder. in conſi. ſecundo de fide inſtrument.Ang.in d.conſi.284. pręmitte Feli.in cap. primo col.5.de fide.inſtrum. & Afflict.in conſtitutio. inſtrumentorū ante finem.Hæc uellicatim ſcripta ſint Cum ad Alia haud parum mul ta noſtra ſeſtinet oratio.

Clerici ne ſint.

32 Nono & ultimo ne ſint clerici ut in d.conſtitutio. Inſtrumentorum in fine quo legentes aduoco ad Iaſ.præter Puteum in ſindicatum uerſic.clericus col 4.Aquens.3.in l.pri.§. huius ſtudij. ff. de iuſtitia & iure Dec.8.Ripens.19.in ca. decernimus de iudicijs Cagnol.in leg. ſi librarius nume.66.ff.de regulis iuris Dec. in conſi.494. quod ſupra in conſi.499.in cauſa in 3.

SEXTA DECLARATIO.

Teſtes inſtrumentarij quales debeant eſſe, ex ordine ſubſcribuntur.

33 NEc illud reticendum opinamur, quòd Ritus prædictus procedit in inſtrumento trino teſte munito in contractu ſupra libram auri,infra uerò bino teſte ut in conſtitutio. inſtrumentorum , ꝙ ſi ſupra libram auri cum duobus tantum fieret teſtibus neq; ſubſiſteret pro Rata infra libram, Caſtrenſ. Ant. que ab Alex. in l. pri.C. ſi aduerſus rem iudicatam, & Calcan. in conſi. 124. in cauſa adfinem.

Maiores quacumque exceptione.

34 Atque in eadem conſtitutio. præcipitur ut teſtes præfati ſint omni exceptione ſupremi, uerum ij qui ſint? diſcas ab Afflict. ibi.3.notabil. cui aſſuere potes. Alex. in conſil. 18. uiſo in pri. in conſil. 76. uiſo col.4. in 2. in conſi. 180. in cauſa. col. 2. in 6. in conſi. 183. in cauſa col.4. in 7. Dec. in c. atſi clerici col. 18. de iudicijs. Feli.in c.cū

Ioannes

Ioannes de fide inſtrum.Cur.in conſi.56.ſuper col.5.Iaſ.69. Ripenſ. col.30.in l.admonendi.ff.de iure iurando Gramat.in conſi. ciuil. 59. in cauſa col.3.

35 Ab eo inſerpuit hoc in regno tabellionum obſeruatio non feriata, quod inſtrumentis teſtes clericos pręcipuè uocant,hi enim ſunt quacumque exceptione ſuperiores ut Abb.inquit in c.ad noſtram de probatio.& iterum in c.in noſtra de teſtibus.

36 Sed hæc tempero mihi quin hoc potiſſimũ loco appingã ꝙ quando clerici teſtes uocantur in inſtrumento adeſſe debent Epiſcopi uel eius Vicarij indulgentia. Ita nuncupatim tradit, Pennens in l. generaliter ad finem.C.de Tabularijs.

37 Verum ſi clerici teſtes adſcribantur Epiſcopi uenia ſiue eius Vicarij prætermiſſa inſtrumentum ab eo non infirmatur Feli.in c.cum nũtius de teſtibus Aufrer.in tracta.de reprobatio. teſtium uerſ. clericus Crot.in tract.de teſtibus car.10.nu.178.

Literati.

Quærit pręterea dicta conſtitutio quod teſtes item ſint literati ſi in loco inſtrumenti inueniri queunt,at qui dicantur literati diſcere potes à Feli.col.5.Dec.ſi.in c.ſuſcitatus de reſcriptis.

Obligationes an valeant abſque teſtibus.

39 Ego enim poſteaquam in conſtitutio. inſtrumentorum inciderim ut non abſque fęnore hoc ſit factum & actuario, hac parte quæſtionem promoueo,neque ab inſtituto prorſus diſſentaneam,quod extra aleas(ut aiunt) feramur,An.d.conſtitutio. loquatur etiam in conuentionibus apud acta receptis ſiue obligationibus quas noſtrates uocant ? Sunt qui dixere quod non modo iudice præſente uel mandante recipiantur Pennens.in l.2.C.de iure fiſci Afflict.in conſtitutio.magiſtri Camerarij 13.notabi.in deciſ.135.quidam Venetus Gramat. in conſ. Ciuil.63.in cauſa in conſ. item 65.& quia & iterum ipſe (ſi is eſt)in conſi.66.quia col.3.

Huius rei perpetua Ratio eſt quia conuentiones & acta quæ de ſe non ſunt iudiciaria atque in iudicio fiunt teſtes quærunt ſi abſente iudice eoque non fiant mandante? Alex.Iaſ. Corn. Riminald. in l. omnium.C. de teſtamentis Feli.col.pen.Dec.8.in c.quoniam contra falſam de probatio.

Sunt uerò & qui contrariam adſtruunt ſententiam quia licet non requirantur teſtes ad probandam conuentionem ſunt tamen uel neceſſarij ad docendum quod iudex pręſens fuerit ſeu mandauerit Huiuſque opin. anteſignanus eſt Pariſius Neapolitanus. ll. explicator

cator eminentiſſimus nulliq; ſecundus in d.c. quoniam contra falſam col.13. per tex.in d.l.omnium ad finem.

Ego (ut meum quoque interponam iudicium) cenſeo quod debet conſtare de præſentia iudicis vel mandato ut Abſque teſtibus obligatio ſuſtineatur quod & Afflict. (ſi introſpiciatur) quoque conſenſit in deciſ.135.uerum in receptione obligationis non ſunt neceſſarij teſtes qui ſe adſcribant.

40 Et ideo ſi obligatio inteſtatim recipiatur opponaturq; quod iudex neque præſens fuerit neque mandauerit,probari poſtea poſſet iudicis præſentia vel mandatum.

Conſuetudo recipiendi obligationes abſque teſtibus num valeat?

41 Cæterum nec paruæ illud quoque diſceptationis cenſeri ſolet an noſtratium mos recipiendi. d. obligationes abſque teſtibus in plateis ac uicis iudice abſente neque mandante valeat?dicunt quod non Pennenſ.in d.l.2.Afflict.in d.conſtit.Magiſtri Camerarij, ſunt tamen qui in diuerſum arbitrantur Pariſ.in d.c. quoniam contra falſam col.17. & Gramat.in d.conſi.ciuil.65.

Ego quoque licet diſpudeat.Pennenſ.& Afflict. uiris alioquin authoratiſſimis non adcredidiſſe cum Paris. & Gramat. non mediocris quoque credulitatis ſentio quod d. obſeruatio ſit ualida adhoc expendo Bal.in conſi.261.quidam in 2.quid conſuetudinem ſpeciatim adfirmat & quoque Roſac.in l.in donatione. C.de donatio. quique illam eandem conſuetudinem probat.

SEPTIMA DECLARATIO.

42 SEd Agè, a ſemita redeamus ad uiam, ultro pergamus, ritus noſter procedit etiam in inſtrumento publicato exemplatove a tabellione qui & Rogationem deſumpſit Alex.col.2. Antonius ab Ale. 6.columna 3.fallen.Iaſ.2.col.2.fallent.Socci.2. Aquenſ. 3.col. & 3. item fallen.Cur.6.col.3.fallent.Dec.3.col.2.fallent.in Auth.ſiquis in aliquo documento.C.de edendo Feli.in c.Albericus col.2.de teſtibus in c.fi.col.2.de fide inſtrumen.Ripenſ.in l.admonendi col.26.ff.de iureiurando Gramat.in conſi.ciuil.70. ſuper the.

Tabellio qui rogationem ſumpſit an poſſit eam publicare teſtibus mortuis?

43 Et licet Afflict. in conſti. Baiulos.14. notabil.7. requiſit.5. q. laplatus ferat quod tabellione ſuper uiuente qui Rogationem ſumpſit inſtrumentum publicari non poteſt. niſi unus teſtis adminus uiuat,

de ijs

de ijs qui in inſtrumento fuerunt, eius tamen opinationem riſu probriſque dignam arbitratus ſum quia ſollemnitas. d. conſtitutio. baiulos exquiritur in publicatione inſtrumentorũ tabellionis defuncti ut ibi expreſſum eſt,& quod tabellio poſſit publicare inſtrumentum ſuũ teſtibus quibuſcunque peremptis nuncupatim ſcribunt Bal.& Sali. in l.comparationes. 5.q.C. de fide inſtrument.

44 Afflict. (ut ni forſan modeſtiæ tranſgrediamur menſum) ſaluari poſſet quando contractuarius quoque iudex deceſſiſſet,tunc enim in regno mortuis teſtibus inſtrumentum tam & ſi a ſe ſumptum tabellio non poteſt publicare probat capitulum regni ne teſtificantium de quo ſequent.declarat.ad finem dicetur,

OCTAVA DECLARATIO.

45 PRoinde Altius generoſiuſque eſt excitandus ritus noſter, procedere in inſtrumento mortui tabellionis publicato a uiuo, modo in publicatione interuenerint ſollemnia, atque de communi iure requiritur cauſæ cognitio & citatio Alex. col. 1. Iaſ. 2. Antonius ab Alex. 4. Aquenſ. 2. Cur. 5. Socci. 2. Dec. item. 2. in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo Feli. in c. Albericus col. 1. de teſtibus in c.fi.col. 2. de fide inſtrumento. Boer. in deciſ. 35. ſed hic fuit in primo. Pariſ. in c. quoniam contra falſam col. 10. de probatio, Cagnol. in l.ſi librarius car. 6. de regulis iuris: in hoc autem regno eſt conſtitutio, baiulos quæ in §. ceternm docet modulos publicandi ſcedas tabellionis defuncti.

46 Et quia in publicationis materia pleraque reconditam habent doctrinam proindeque illotis (quod dicitur) non adeunda pedibus mox ſubtexemus obſcuriora non nulla quę Delium requirere natatorem imperitioribus fotte uidentur,lucemque pro virili inferemus.

Inſtrumentorum publicatio an in regno fiat cauſa cognita?

Verum ne undique inſcitiæ circumfuſi caligine cum multis immo omnibus hac in re lapſitemus, quærendum. In primis eſt An in publicatione etiam apud nos in Regno diſquiratur cauſæ cognitio & citatio? in qua re Afflict. legum noſtrarum Anagnoſtes (ita enim de Ariſtotele ferebat Plato) in d. conſtitutio. baiulos. 14. notabil. pri. requiſit. item 2. & iterum. 3. ſcribit quod ſic,& pro eius ſententia facit. d. §. cæterum ibi per competentis coertionis modos, & illud item repetitum eſt ab eodem in deciſ. 6. quidam.

Ego aliàs arbitratus ſum contrarium quia in d. §. cęterum, Rex indulget uiuis tabellionibus ut ſcædas mortuorum exemplare quęrant,

& ubi

& vbi ſtatutum viuis dat veniam publicandi defunctorum tabellionũ inſtrumenta,cauſæ cognitio & citatio non requiritur, Antonius ab Alex. col. 5.Iaſ.4.in auth.ſi quis in aliquo documento.C. de eden.

Item quia tabelliones in eorum priuilegijs a Rege veniam habent publicandi mortuorum ſcedulas & quando veniam princeps dat reaſſumendi inſtrumenta mortuorum non exquiritur cauſæ cognitio & citatio. Aquens.col.2.Dec.3.in d.auth.ſi quis in aliquo documento.

47 At qui ſi dicat aliquis uideri quidẽ id acutè ſatis ac ſolerter ex cogitatum eſſe tamen præter aliorum conceptum, is legere poteſt Antonium ab Alex.doctrinæ huius Regni haudqua quam extrite & obuie in d.auth. ſi quis in aliquo documento col. 5.qui d. quod in hoc regno eſt obſeruatio haud parum antiqua publicandi mortuorum Tabellionum ſcedas abſque cauſę cognitione & citatione, eique manus dedere Ethnici (ita enim uoco exteros ſcribentes) Cur. 5. Aquenſ. 2. col.ibi,licet.Iaſ.3.Muſitet.

Imprę́ſentiarum teneo quod in duobus tantum caſibus requiritur cauſæ cognitio & citatio atque ijs cancellis recludo Afflict. opinationem: primus quando hæredes Tabellionis iam mortui uel teſtes in ſcæda ſcripti controuerterent publicationi, tunc neceſſaria dubio procul eſſet cauſæ cognitio & citatio ad eos coercendos, ita enim intelligitur.§.cæterum,eo loco per competentis coertionis modos.

Alter eſt quando non ſuperuiuunt teſtes ſcripti in ſceda ut infra ſeq.q. patebit.

Inſtrumentorum publicatio an fieri poſſit mortuis teſtibus ſcriptis in ſceda?

48 Iam in ea referamus opin.Afflict. calculis omniũ doct. uiri emunctæ naris,an teſtibus, quæritur inſtrumento ſcriptis non exiſtentibus publicato fieri ualeat? Afflict.ab omni parte quaſi ſtupidus cenſet in d.14.notabil.7.& 9. requiſit.inquit quod duo ad minus teſtes ſuper eſſe debent in 5.requiſit.eandem confirmat ſententiam dum 4.q.retulit quod in regno protocollum nequeſemi probat niſi duo de numerarijs teſtes ſuperſint.

Verum enim uerò ipſiſſime ſecum a diametro pugnans in 5.requiſit.p.q. ait quod etiam nullo teſte ſuper uiuente protocollum ſemi probat & poſtrema.q.in fi.tradit quod iudex inferior ex cauſa poteſt decernere publicationem teſtibus etiam defunctis,& in c.requiſit. per totum illud idem adfirmat, dum inquit quod ex præſumptionibus mortuis quoque teſtibus poteſt releuari inſtrumentum, quod & repetijt.in deciſ.48.ſtante.

Ratio inſtabilitatis Afflict. intercutanea eſt, quia tex.in d.§.cæterum

terum ibi duobus teſtibus, poſtulare videtur quod duo teſtes ſuper uiuant de ijs qui interfuerint rogationi vt publicatio fieri valeat.

49 Nos igitur lepide (opinor) fecerimus ſi illud ſcrupulum in primis reijciemus, & ſciendum eſt quod §. cæterum in illis verbis loquitur ſecundum ius commune quo ad probandam ſchędam mortui tabellionis frequentius producantur duo teſtes de ijs qui fuerunt præſentes rogationi Bal. in conſi. 158. ſi inuenitur in 2. in conſi. 401. Punctus in 3. Boer. in deciſ. 36. ſed hic fuit in primo.

50 Iam ueniamus ad deciſionem q. prædictæ ac Afflict. Antinomiam diſſoluamus, aut loquimur in publicatione abſque cauſę cognitione & citatione facienda: tunc damus quod adeſſe debent duo teſtes ut in præcedenti q. ſcripſimus, aut loquimur in publicatione cauſa cognita facienda, tunc mortuis etiam teſtibus tabellio poteſt releuare inſtrumentum: primo caſu protocollum non probat niſi ſuper uiuant duo teſtes: ſecundo uerò ipſis etiam mortuis ſemiprobat.

Quid ſi ſuper uiuant interuenientes non tamen ſcripti in ſcæda?

51 Ab ijs oriuntur duo Corollaria, primum quod licet duo teſtes qui ſuperſint non ſint deſcripti in ſcæda ſi tamen fuerint præſentes rogationi tunc ex dicto eorum poteſt releuari inſtrumentum ita ſcribũt Bal. in conſi. 158. ſi inuenitur in 2. in conſi. 401. Punctus in 3. Boer. in deciſ. 36. ſed hic fuit in primo, pro hac quoque ſententia facit. §. cæterum dum inquit duorum teſtium qui interfuerunt, non dicit qui in ſcæda ſcripti ſunt.

Protocollum cum uno teſte an ſufficiat?

Secundum eſt quod in publicatione cauſa cognita facienda ſufficit protocollũ cũ unico teſte de præſentia q̃d plene probat Bal. Sali. in l. comparationes. 5. q. C. de fide inſtrumen. Ale. in conſi. 58. in cauſa in 7. & Afflict. in 7. requiſit. 4. q. contrarium dicens ſaluari debet in publicatione abſque cauſæ cognitione facienda & citatione.

Inſtrumentorum publicationis cauſa quæ requirat docenda.

Præterea alias intelligentiæ lineas ducamus, quæritur, an in exemplatione quæ fit cauſa cognita duo hæc copulatim docenda ſint rogationis tenorem & ſcripturæ cognitionem. Afflict. in d. 14. notabil. 7. requiſit. & iterum. 9. ſcripſit quod ſic pro eo eſt. §. cæterum ibi ſi quidem notarius &c.

Ego uerò (miſſa authoritate Afflict. eum licet alioquin multifaciam) opinor quod ſufficit alterum eorum docere modo ſufficienter probetur, quia tenore rogationis oſtenſo ſcripturæ recognitio ſuper-

per vacanea eſt, cum hæc rogatione non probata ſubſidiariè fiat Bal. & Salt. in l. comparationes. ſ. q. C. de fide inſtrument. ſic etiam recognitione (ut iuris eſt) facta rogationis teſtimonium ſeparatim non diſquiritur, quia teſtes deponentes in recognitione teſtari quoque debent, quòd fuerunt præſentes in rogatione, aliàs non probant recognitionem Gramat. in deciſ. 84. fuit producta in deci. 106. in cauſa col. 7. & alij ab eo effuſe citati. oſtenſa ergo recognitione iam probata eſt rogatio & econuerſo.

Non obſtat. §. cæterum quia illa uerba ſiquidem notarius & eius manus, exponi debent ſi, pro quamuis, ne abſurdum ſequatur Roſac. in Lexicon. in uerbo ſi. Itaque ſenſus eſt etiã quod probetur recognitio ſcripturæ, requiruntur teſtes qui fuerunt præſentes rogationi.

An ſufficiat docere rogationem per coniecturas & præſumptiones. Coniecturæ quæ?

Neque illud per incuriam tranſiliamus an ſufficiat probare rogationem per coniecturas ac pręſumptiones Afflict. in 7. requiſit. p. q. inquit quod ſic, opinationem intelligo in cauſa cognita facienda ſecũdum ea quæ commonuimus, pro eo ſunt Bal. in conſi. 401. pũctus in 3. Anchar. in conſi. 242. prius.

Hic aliquas coniecturas ſeu pręſumptiones Afflict. enarrat, quas quoque & nos delineabimus, pleraque addendo ipſi, haud cõperta.

Inſtrumentum nuncians rogationem.

Prima eſt ubi eſſet inſtrumentum enuntians rogationem, & aduertendum eſt quod ſola hæc coniectura non ſufficeret, licet ualde adminicularetur Bal. in conſi. 401. punctus in 3. Anchar. in conſilio 242. prius. Afflict. in deciſ. 48. ſtante Capic. in deciſ. 171. Andriella.

Obſeruatio rogationis.

56 Secunda, quando ſeruaretur id quod in ſceda exprimitur, idem repetit Afflict. in deciſ. 48. ſtante hoc tamen intelligendum eſt quod ſola hæc coniectura neque ſufficeret. licet ualeat multum præſertim ſi ab antiquo exequutum ſit Bal. in conſi. 33. quidam in primo in conſilio 402. quæritur in 5. Ancha. in conſi. 242. prius Gramat. in deciſ. 106. in cauſa col. 3. Bar. Cyn. Bal. & alij in conſi. 400. ſuper in 4. inter conſil. Baldi.

Inſtrumenta loquentia de confinibus.

Tertia quando plura inſtrumenta eſſent confines locos exprimentia.

mentia. Alex. Iaſ. in l. cum aliquis. C. de iure deliberandi.

Apoſtillam.

58 Quarta coniectura eſt appendicula in latebris ſcedæ miſſa, quod aliàs fuit publicata, ſi duo teſtes eam comprobantes ad ſunt, alias. Affli. ibi & in deciſ. 48. ſtant e inquit quod non ſufficit.

Ego quoque illud idem ſentio ubi alio præter teſtium genere probationis adfirmatur Feli. in C. ex literis col. pen. de fide inſtrument. Iaſ. in l. fi. col. 6. C. de edicto diui Adriani tollendo. Iaſ. Riminal. in l. ſi unus. C. de teſtamentis Bal. in conſi. 401. punctus in 3.

Et de d. appendicula quæ hic deſunt, legere potes apud Marſi. in ſingu. 466. quoniam Cagno. in l. ſi librarius numero 54. ff. de reg. iu.

Liber æſtimi.

59 Poſtrema coniectatio eſt, quando in libro æſtimi res allibrata eſt ei pro quo ſceda concinit, de hoc præter ea quę latiſſime tradunt Feli. Dec. in c. cum cauſam de probatio. Feli. Pariſ. in c. ad audientiam de præſcriptio. ad ſaturitatem quoque uideri poteſt Bal. in conſ. 37. quidam in conſi. 216. dubium in 5. Corn. in conſilio 214. licet in primo, in conſi. 19. uidetur in conſi. 226. aliàs in 2. in conſi. 165. profecto in 3. Alex. in conſi. 92. uiſo in conſi. 36. uiſo in conſi. 147. proſpectis in conſilio 185. in cauſa in 5. in conſi. 57. uiſo in conſilio 77. uiſo in conſilio 199. proſpectis in 6. in conſilio 57. in cauſa in conſilio 182. uiſo. in conſi. 186. uiſo in 7. Bologni. in conſi 4. uiſo & in conſi. 14. uiſo.

Teſtes inſtrumentarij an quæſiti ſint in publicatione inſtrumenti eccleſiæ uel eccleſiaſticæ perſonæ?

60 Illud uerò quod quętatur hoc potiſſimum loco dignum puto, an duo teſtes prædicti quęſiti ſint etiam in publicatione inſtrumenti Eccleſiæ uel Eccleſiaſticæ perſonæ? in qua re Pennens. in gloſſemate c. Regni ne perſonarum interemptu, inquit quod ſic, Afflict. uerò in 13. notabil. reclamat. mihi placet opinio Pennenſ. quia ut præſemina tum eſt duo illi teſtes de quibus in §. cęterum, non exquiruntur præter diſpoſitionem iuris communis.

Quid in inſtrumento dotali?

61 Sed nec tempero mihi quin hac potiſſimum parte quæram, an forma conſtitutio. baiulos ſeruanda etiam ſit in publicatione inſtrumenti dotalis, & Afflict. in 13. & in 14. notabil. 7. requiſit.

poſtrema

poſtrema q. ait quod non, & ad hoc præcipue expendit capitulum regni ne teſtificatum, ubi (ut ipſe credit) particularis forma releuandi inſtrumenta dotalia inſtituta eſt.

Et hæc ſententia frequentiſſima eſt in pullatis circulis, ego uerò ea in re meum comprimam iudicium, ne quòd aiunt admouere arietem uidear, uel oſtentare. Hoc tamen nullo pactó prætermittam, quòd capitulum ne teſtificantium non corrigit conſtitutio. baiulos id utique ſupponit in final. uerbis dum inquit ſi & quatenus conſtitutio. baiulos aduerſaretur. Porrò conſtitutio. baiulos loquitur mortuo tabellione & dictum capitulum loquitur uiuo tabellione (ut ipſe exprimit) quod Afflict. locis iam citatis animaduertit ac Capic. in deciſ. 171. Andriella.

Neque illud diſſimulabo, quòd in publicatione inſtrumenti dotalis quęſiti ſunt teſtes de ijs qui fuerunt præſentes rogationi ſicut in publicatione aliorum inſtrumentorum uitro ſidonico clarius patet. in d. cap. dum ibi & nota ſit manus, dicitur quod facienda eſt comparatio & (ut præſtabilitum eſt) examinari debent teſtes qui fuerunt præſentes rogationi.

NONA DECLARATIO.

62 NVnc uerò poſteaquam nō parum multa dicta nobis ſunt de publicationis forma, redeundum illuc eſt ad ritum, & illud item notandum, quòd procedit in inſtrumento publico exiſtente adhuc quia inſtrumentum abſque eo publicari impoſſibile eſt Homod. in conſi. 224. in quæſtione Ange. in conſi. 220. adhoc Bal. in conſilio 401. punctus in 3. Butri. in conſi. 11. eſt aduertendum Anchara. in conſi. 431. pręmiſſa Annan. in conſi. 33. circa primum, Corn. in conſilio 226. licet in 3. in conſi. 218. placet in 4. Cardinal. in conſi. 133. primum Alex. in conſi. 157. uiſis in 7. Bologni. in conſi. 30. uidi Grammat. in deciſ. 106. in cauſa Cagnol. in l. ſi librarius nu. 35. ff. de regulis iuris qui & alios citant.

63 Tempera, ſi poſt publicationem inſtrumenti forte non inueniretur protocollum, inſtrumentum iam publicatum non infirmatur Alex. col. 2. Iaſ. item 2. Aquens iterum. 2. Dec. 4. in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo Feli. in c. cum. p. tabellio. 2. q. de fide inſtrumentorum in c. quoniam contra falſam. 7. notabil. de probatio Ripeuſ. in l. admonendi columna 26. de iure iurando Cagnol. in d. l. ſi. librarius numero 83. Grammat. in conſi. ciuil. 70. ſuper Themate.

Protocolli quæſita.

De pro-

64 De protocollo itē hoc in regno eſt pragmatica ſingularis quæ docet quo nam pacto fieri debeat, a cuius uiſceribus exterebraui, quandoque tria quę ad eſſe eius neceſſaria ſunt.

Liber qui ſit ad differentiam Baſtardelli qui eſt quinternio.

Primo quid ſit liber Ancha. in conſi.43 r. præmiſſa Gramat.in deciſ.106.in cauſa col.3.atque liber dicitur qui plures continet quinterniones Abb. in conſilio 51. uidetur in primo, propterea protocollum differt a baſtardello quem uocant qui eſt quinternio. Feli. in c. quoniam contra falſam col.5.de probatio.ex eo excerpitur error Grammat.in conſi ciuil.127. in cauſa col. 2. qui ſcripſerit quod idem eſt protocollum ac Baſtardellum.

Ligatus, ad differentiam faſciculi qui eſt liber eligatus.

65 Secūdo quod ſit liber ligatus, ineoque differt a faſciculo qui eſt eligatus, propterea ab eo non publicatur inſtrumentum. Pennens. in l. rura.5.q.c.de omni agro deſerto, Afflict.in conſtitutio. baiulos. 13. notabil.Gramat.in d.deciſ.106.col.9. & final.ijs ſi placet impinge. Cagno.in d.l. ſi librarius.nu.36.

Extenſus, ad differentiam ſcedæ quæ eſt abbreuiata.

66 Tertio & ultimo quod ſit extenſus & ſollemnizatus ut haud incurioſe notatur in d.pragmatica, idque ad differentiam ſcedæ, Porrò ſceda eſt inſtrumentum abreuiatum ad huc ſub prælo emendandum ac in libro ultimam imponendo manum non adhuc redactum Iſido. author eſt in 6.ca.4.

DECIMA DEÇLARATIO.

Inſtrumenti ſcriptura qualis ſit. Patria lingua. Literis legibilibus?

67 SEd agè, pergamus ultro, ritus noſter procedit in inſtrumento ordinatim conſcripto. Dec. in c.pri.col.5.de fide inſtrumentorū Afflic. in conſti.baiulos col.7.& patria lingua ſcribi poteſt Cagno. in l. ſi librarius car.3.de regulis iuris, atqui exarari debet legibilibus literis inquit Ancha.in conſ.242. prius Ale. in l. quicquid aſtringendæ.ff. de uerbo.obliga.Iacob.de canibus in tracta.de tabellionibus in tabellionum conſilijs 9.conſ.& item.10.In regno eſt conſtit.Conſuetudinem quæ id nuncupatim ex poſtulat.

Quid de cifris & ſignis. Quid item ſi cifrę ſunt legibiles? Communibus literis.

68 Propterea Cifris vel ſignis ſcribi nequit Alex. in conſi. 153. videdetur in 2.in conſi.90.in cauſa in 6. Verum ingerit ſe difficultas haud quaquam ex triuio, an legibilibus Cifris delineari queat? & de communi iure clarius eſt quod ſic Feli.in c.primo electio col.4.de fide inſtrument. Cagno.in prologomena digeſtorum.§. illud autem Ale. in conſ.190.plura col.2.in 6.in hoc tamen regno ſcrupulum commouet d.conſti.conſuetudinem dum inquit quod communibus quoq; literulis impingi debet.

Ordo ſcribendi inſtrumentum: Nomen tabellionis ac cognomen: Cuius authoritate tabellio? Rogatio.

69 Ordo conſcribendi inſtrumentum hic eſt ſtatim primordio tabellio ſcribat ſuum nomen ac cognomen Ange.in conſi. 275. imprimis, poſtea ſe eſſe tabellionẽ & cuius authoritate Iacob. de canibus in tractat. de tabellionibus 4. ſollemnit. deinde teſtetur rogatum eſſe ad illius inſtrumenti confectionem, Feli.columna 6.Dec. 8. in cap. primo de fide inſtrument. Alex. in col.pen. Iaſ.15. aquens. final. Butticel. 18.in l. ſciendum. ff. de uerborum obligatio. Afflict. in d.conſtit, baiulos.7.col.Bal.in conſi.158.ſi inuenitur in 2.Anchar.in conſilio 431. præmiſſa Alex. in conſilio 73. non puto in pri. in conſilio 38. conſultus in 7. Boer. in deciſ. 35. nunc dicamus Gramat. in deciſ.306.in cauſa col. 5.& iterum.7.ſufficeretq́ue intermittere ſpacium dicendo in pręſentia mei notarij &c.Barbat.in conſi.32.ſcribitur col. 6.in primo.

Nomen ac cognomen contrahentium. Nomen ac cognomen teſtium: Teſtes a primordio ſcribantur & an in fine ſubſcribantur?

70 Ex inde ſcribat nomen ac cognomen contrahentium Rebuff. in praxi.3.p.de breui.nu.5.ſubinde nomen teſtium ac cognomen Ale. in conſi.153.uidetur in 2.nam de more teſtes ſcribuntur in principio inſtrumenti pennens,in l.nulli.C.de numerarijs.

71 Obiter illud quęro conſti.inſtrumentorum diſponit quod poſt modum in calce teſtes ſubſcribant an iuri communi id aduerſum ſit, Afflict. inquit quod ſic ibi & idem repetit.in conſtitutio. baiulos.7.col. ſed quod teſtes ſubſcribant in publicatione inſtrumenti aſcedis mortui tabellionis eſt de iure communi ut tradunt relati ab aquens.in auth. ſiquis in aliquo documento col.2.C.de edendo Afflict. igitur uerum loquitur in inſtrumento publicato ab eodem tabellione qui & rogationem ſumpſit.

Emutatio dictationum an viciat?

Cæ-

72 Cæterum caueat tabellio,ne dictationes emutet modo in ſingulari,poſtea in plurali,iam in perſonam primam,ex inde in ſecundam iamiam in tertiam, hæ namque uariationes inſtrumentum uitiare ſcribunt Iacob.de canibus in tract.de tabellionibus pluries relato in conſ. 4.conſi.& Gramat.in deciſ.106.in cauſa col.pen. ſed contrarium adſtruunt Iaſ.in l.diuortio col.6.ff. ſoluto matrimonio Cagno. in l. ſi librarius.nu.13.ff.de regulis iuris,quibus arridet Bal.in conſi.464. dubitatur in 4.

VNDECIMA DECLARATIO.

Iuſiurandum habet exequutionem paratam. Pœnam quoque.

73 EAndem retundamus incudem,ritus hic procedit in inſtrumento cum pena uel iureiurando ut ipſe ſignificanter ex poſcit,quia iuſiurandum promptam habet exequutionem Iaſ.in l.2.ff.de iure iurando in l.nulli.C.de iudicijs in l.fi. C. de edicto diui Adriani tollendo Bauet.in tract.de uirtutibus iuramenti nu.39.Canar.in tracta.de exequutio.inſtrument.q.4.& item 20.Marſi.in l.fi.car. 55. de probatio. in ſingul.356.iuramentum Boer.in deciſ.295.computus in 2. & idē quoque de pęna obſeruare uiſus eſt Iaſ.in d.l.fi.col.4.

Fidei tactus num ſufficiat primo iure iurando?

74 Quærat hic inter fatus quiſpiam,an idem eſſet quando in inſtrumento appareret de fidei tactu? Feli.in c.quærelam col.2. de iure iurando Corſet.in rub.de iure iurando.7.q.Parpal.in l.ſi quis maior.10. notabil.C.de tranſac.tenent quod non,& hanc opin.d. eſſe communē Corſet. loco iam citato, promouentur maxime quia.c.ad aures quod metus cauſa non procedit in odioſis glo.in c.pen.de iure iurando.

In diuerſum toto cerebro pugnant, Alex. col. 3. Antonius ab Alex. 3.Iaſ. final. Aquens.2.Cur.7. Cagnol.18.in d.l. ſi quis maior Iaſ. in l. 3. §. iurari. ff. de iure iurando Feli.in c.2.col.pen. de ſponſalibus Barbat.in c.peruenit col. fi. de fideiuſſoribus Afflict.in conſtitutio.eos qui ſcienter.3.notabil.5.q.& Cagno.col. ſupra relata ait quod hæc eſt magis communis opin.mouetur quia glo. in c. pen. frequentius laceſſita eſt.

DVODECIMA DECLARATIO.

Inſtrumentum an ſcribi valeat in carta hierica uel imperiali? Catulli locus, Plinij quoque illuſtratur.

75 SEd illud neutique prætereundum, quòd ritus noſter procedit in inſtrumento delineato in membrana ſeu pergameno ut inquit conſtit.conſuetudinem.

76 An uerò ſcribi ualeat in hierica.l.Imperiali uel Regia quam uulgo dicimus carta? Guarin.in Epigramat. Catul.19.ad Varrum in enarratione illius uerſiculi.

Relata cartæ Regiæ noui libri inquit Regia carta eſt pergamena atque Plin. in libro natural. hiſtor. 13. c. 12. dum loquitur de Auguſta ſeu Hierica ad eum modum interpretatus eſt, ſed Plin. eo in loco uitro (quod dicitur.) Sidonico clarius loquutus eſt, & Hiericam ſupponit eſſe papiraceam, itaque eum interpretatur Beroald.uir non obſcure doctus in græcanica Apul.hiſtoria lib.pri.& loquendo uerbum ex uerbo omnia cartarum genera pro Plin.uelata in digitos ſupputat Iſidor.in 6.c.10.Quare Guarin.non bene interpretatus eſt Plin. locum, & catul. uerſiculus intelligi debet de papiracea carta non pergamena.

Inſtrumentum an ſcribi ualeat in deliticia.

77 An uerò ſcribi ualeat in carta deliticia? Afflict.in 2. notabil. 2. inquit, quòd ſic, ſed de conſuetudine haud parum antiqua non ſeruari allegat ad hoc Bar.in l.cartæ.ff.de bonorum poſſeſ. ſecundum tabulas & Roſac.in l.ſacri affatus.C.de mandatis principum.

Ego nullo pacto ſcribi ualere in deliticia arbitror, quia eſt papiracea ut probat.d.l.cartæ, Porrò dum inquit quod deliticia uenit appellatione cartæ ſupponit quod ſit papiracea quia cartæ appellatione papiracea intelligitur & non pergamena.l.librorum.§. cartę delegatis.3. Itaque eam.l. interpretari uiſus eſt Iaſ.in l.fi.col.6. C.de edicto diui Adriani tollendo.

Non obſtat Bar.& Roſac.quia communi lege inſtrumentum ſcribi etiam poteſt in papiracea Dec. in c.p. col.3.de confirmatio. Vtilium uel inutilium Pennens. in l. generali. C. de tabularijs Bal. in conſi. 467.in 5.

TERTIA DECIMA DECLARATIO.

An inductio vel remiſſio uiciat inſtrumentum? Si eſt recens.

78 POrrò nec illud omittendum, quòd ritus hic procedit in inſtrumento non inducto neque remiſſo Ale.Iaſ.Dec.Sapia,& alij quot ſunt in l.fi.C.de edicto diui Adriani tollendo, hoc uerò multis modis ſcribentes obtundunt.

Primo

79 Primo procedere ſi modo inductio uel remiſſio apparuerit recens. Feli.in c.inter dilectos de fide inſtrument. Gramat.in conſi. ciuil. 63. in cauſa.

Et in loco ſubſtantiali: Ac ſuſpecto.

80 Secundò non procedere quando inductio uel remiſſio eſt in loco non ſubſtantiali Ale.col.5.Iaſ.7,Dec.12.Sapia 9.in d.l.fina. Riminal. in l.ſi unus col.2.C.de teſtamentis Bal.in conſilio 14. punctus in 4. Anchar.in conſi.458. prætermittendum Butr. in conſi.11.eſt aduertendum Ale.in conſi.14.uiſis in 6.in conſi.104. ſtantibus in conſilio 175.uiſis in 7.

81 Tertio non procedere quando eſt in loco non ſuſpecto Feli. in c.ex literis col. pen. de fide inſtrument. Alex. 2. Iaſ. pen. in d. l. ſi unus Corn.in conſilio 28.aliàs in primo Gramat.in conſi.ciuil. 23.in cauſa.

Niſi facta ſit inter ſcribendum?

82 Quarto non procedere ſi inductio uel remiſſio apparuerit facta antequam ultima eſſet impoſita manus, Riminal.in d.l. ſi unus col. fi. Cor.in conſi.118.placet in 4.Gramat.in d.conſi.73.

Et non apparuerit eiuſdem manus?

83 Quinto non procedere ſi apparuerit eadem manu conſcripta Ale. 5. Iaſ. 7. Dec. 12. in d. l. final. atque hoc tempera procedere in his quæ pertinent ad tabellionem Iaſ. Riminal. in d.l ſi unus in fi. Feli. in d. cap. ex literis col. pen. Sapia. in non ſemel allegat. l. fi. columna nona.

Atque ueritas non poteſt colligi ex præcedentibus & ſequentibus.

84 Sexto niſi ex præcedentibus & ſequentibus ueritas inductionis liqueret ſeu remiſſionis Feli. in plus ſemel citato c. ex literis col.pen. Iaſ.Dec.Sapia 4.fallen.in d.l.fi. Ale.in conſi.14.uiſis col.3. in 6. Gramat.in d.conſi.73.

Vel ex alio originali: Aut teſtibus.

85 Septimo niſi ex originali illud approbaretur,quia fortaſſis eſſent duæ matrices Iaſ. in non ſemel citata.l. fina. columna 8. Bal.in conſ. 401.punctus cum ſequenti in 3.in conſi.14.punctus in 4. Anchar.in conſilio 242. prius idem quoque eſſet ſi teſtibus ueritas ad firmaretur Feli. in d.cap.ex literis columna penultima Iaſo. in dicta. l. fi. columna octaua.

Fallit in cartha ex toto raſa: Et in odium eius ad quem reperitur.

Octauo non procedere ſi charta integerrime abradaretur. Iaſ. ni Miles relata.l.fin.8.fallant.

87 Nono non procedere in eius odiũ,ad quem inſtrumentum cancellatum reperitur Feli.in ſæpe relatio. c.ex literis col.pen.Iaſ.Sapia. 5.fallẽt in d.l.fin.Alex.2.Iaſ.3.Riminal.2.in d.l. ſi unus.

Vel ſi tabellio teſtetur ſe feciſſe.

88 Decimo niſi ultro teſtatur tabellio ſe feciſſe Feli.in c. ex literis colum. pen. Iaſ. Dec. Sapia. 3. fallent. in l.final.Alexand.Iaſ.Riminal.in leg.ſi unus in fine Alex.in conſi. 104. uiſis in 6. in conſi. 175. uiſis in ſeptimo.

Procedit ſi eſt in loco de quo eſt controuerſia: Neque ſit in capitibus diſcretis.

89 Vndecimo non procedere quando inductio uel remiſſio eſt in loco de quo non eſt controuerſia Alex.in conſi.14.punctus in 4.Grama. in deciſ.104.in cauſa col.6.

90 Duodecimo non procedere in capitibus diſcretis ac ſeparatis Feli. in c.ex literis,col.pen.

Fallit poſtremo ſi fiat poſtea quam inſtrumentum eſt præſentatum.

91 Terriodecimo & ultimo niſi litura, ſit facta poſt inſtrumentum in actis productum Bald.in leg. ſi unus in fine, atque perpetuo uerum eſt quod lituræ à iudicibus uel actuarijs factæ ſcripturam non infirmãt,Iaſ.in conſil.47.ex facto in pri.Rebuff.in praxi.3.p.de procuratore ad reſignandum nume.35. quædam alia in materia apoſtillationis hic deſita uidere potes apud Cagnol.in leg.ſi librarius nume.75. ff.de regulis iuris.

QVARTA DECIMA DECLARATIO.

Protocollum num exequitur ad formam ritus?

92 NEque illud reticuero, quod Ritus noſter non habet locum in protocollo ut ipſum exequi ualeat Canar. in tract. de exequtione inſtrument.q.3.8.Corn. in conſi. 73. uidetur in 2. in conſil. 141. licet in 3.

QVIN-

QVINTA DECIMA DECLARATIO.

Tranſumptum non exequitur ad formam ritus.

93 NEc illud per in curiam tranſiliamus, quòd Ritus noſter, non procedit in exempli exemplo quod tranſumptum uocant. Alex. Antonius ab Alex. Soc. Iaſ. Dec. Aquens. Curt. in auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo.

SEXTA DECIMA DECLARATIO.

Regiſtrum non exequitur ad formam ritus.

94 SEd enim ſcitu non iniucundum eſt, quòd Ritus prædictus neque procedit in regiſtro ac fide actuarij Corn. in coſi. 73. videtur in 2. in conſi. 141. licet in 3.

DECIMA SEPTIMA DECLARATIO.

Confeſſio debitoris quòd & inſtrumentum exequitur ad formam ritus.

95 ILlud uerò Bratteatum eſt, & nulla non hora repetendum, quod ritus, neque procedit in confeſſione debitoris quod inſtrumentum ſit cum pęna ſeu iureiurando uel ipſum præſentari omnino debet Angel. Bal. in l. pen. C. de fide inſtrument.

DECIMA OCTAVA DECLARATIO.

Teſtatio publicata an exequatur ad formam ritus.

96 CAEterum ſuperſunt ne alia? Immo uerò nec erit finis ſi omnia libeat amplecti, nunc illud præterijſſe nequeo, quod Ritus non procedit etiam in teſtatione publicata in caſibus quibus ante litis conteſtationem teſtes examinari queunt Alex. col. 7. Dec. 13. in l. final. C. de edicto diui Adriani tollendo. Canar. in tract. de exequutio inſtrument. q. 36. Feli. in c. ſicut col. final. de probatio. Matſil. in ſingul. 484. ſi uera. Boer. in deciſ. 295. computus in ſecundo Tiraquell. in retractu, Tit. pri. §. 2. glo. 1. nu. 14. licet Iaſ. S. Sapia. in d. l. final. frontem corruſcant intellige illud procedere, modo in teſtatione prædicta pœna uel iuſiurandum contrahentium ſupputetur. Ita enim Ritus ex poſcit.

DECIMA NONA DECLARATIO.

Teſtatio de tenore inſtrumenti eo perdito, non exequitur ad formam ritus.

97 COmmouetur ex his aliud, quod ritus non procedit in tenore inſtrumenti lacerati uel perditi ac per teſtes probati Caſtrenſ. in l. noſtram.C.de teſtament.in l.prima.§.ſed conſulto.ff.de his quæ in teſtamento delentur.

VIGESIMA DECLARATIO.

Obligatio præterquam quod habet promptiorem exequutionem exequi poteſt etiam ad formam ritus.

98 CAeterum neque par eſt, abeamus longius, iam parte iſta complicanda erunt uela, ſi illud adnotauerimus, quòd ritus noſter procedit in conuentionibus quæ in actis ſcribuntur quas obligationes uocamus, Pennenſ.in l.nulli.C.de numerarijs Bar.in l. 1. in principio.ff. de edendo Calcan.in conſi.octauo in cauſa col. fi. Cepoll. quem uocant in conſi. Criminal. 21.ego ad finem Feli.in rubrica de fide inſtrumentorum in fine.

99 Et ſtatutum uel loquens de inſtrumentis comprehendit huius noſtri modi obligationes, Angel. in conſi. 49.reperitur Purpurat.in rub. C.de edendo in poſtremis uerbis.

Tranſeamus ad ſecundam partem in qua tractabimus de his quæ conſpiciunt perſonas creditoris ac debitoris.

SECVNDA PARS EORVM QVAE CREDITORES DEBITORESQVE DISPICIVNT: XXVI. DECLARATIONIBVS Conſtat.

PRIMA DECLARATIO.

Creditor qui iuſta exceptione ſubmoueri poteſt, non agit ad formã ritus.

1 ATq; illud primum conſtituamus, ritum hunc non procedere in creditore qui legitimè ſubmoueri queat Roma. in conſi. 204. pro diſcutienda. Gram. (ſi is eſt) in conſi. ciuil 95. in cauſa col. final. Cagnol. in l. Marcellus. ff. de regulis iuris, hoc autem interpretari debet quando probaretur in promptu
2 Canar. in tractat. de exequutio. inſtrument. q. 5. Modo ſit ſolutionis uel ſatisfactionis exceptio ita expoſcit ritus noſter, commune ius obtundens, ſed de hoc poſtrema parte latius.

SECVNDA DECLARATIO.

Quid in creditoris creditore ritus hic ſtatuat?

3 ADnotandum quippe illud impenſius, Hunc noſtrum Ritũ neq; procedere in creditore creditoris, Barz. in tractat. de inſtrumento guarentigiat. p. p. 9. q. poſtremo dubio, Ang. in l. 3. in fin. C. quando fiſcus uel priuatus, Roman. in conſi. 225. iſta captura, quod intelligunt niſi interueniant quæ in l. 2. C. quando fiſcus, diſquiruntur: licet Alex. in l. a diuo pio. §. fin. ff. de re iudicata. debitoris confeſſionẽ repudiauerit.

TER-

TERTIA DECLARATIO.

Quid in hęredibus creditoris debitoriſue?

4 VErum Hac parte illud vehementer obſeruandum, Ritum noſtrũ procedere in hęrede creditoris: in hęrede debitoris nequaquàm vt eſt Ritus ab hoc. 12. collectorque Rituum ibi in calce uidetur aſſignaſſe rationem differentiæ dum inquit cum præſumatur iuſtã ignorantiæ cauſam habere, quia debitoris Hęres iuſtam habet ignorationis excuſationem. leg. qui in alterius.ff.de regulis iuris cap. cum quis eodem tit.in 6.

Ratio cur hæres agit ad formam ritus in hæredem vero non agitur.

Superficiaria nempe Ratio, quia ſi id inſpectum eſſet, hæres creditoris, qui ad formam Ritus noſtri interrogatur ſi principalis quid de pecunia recepit ut dicetur 4.p.19.dict.huius ritus beneficio haud parum minus gauderet.

5 Ego verò cenſeo quòd Ritus. 175. fundatus ſit in viſceribus iuris communis, quia ſtatutum iuducens debitoris carcerationem ad inſtantiam creditoris etiam procedit in eorundem hęredes quando d.ſtatutum non reſpicit perſonas principalis creditoris & debitoris, Alexan. Aquens.in leg.poſtulante. ff.ad trebellianum. Alexan. Iaſ.in leg.ſi deceſſerit. ff.qui ſatiſdare cogantur Canar. in tract.de exequutio, inſtrument.q.30. Barz.in tractat. de inſtrument. guarentigiat. pri. p.9. q.in principio, Galliaul. Alciat. in leg.2.§.ex iis.ff.de verborum obligatio. Ruin.in leg.4. §.cato ad finem eodem tit. Sapia in leg. hæres abſens. in princip.C.de iudicijs.Crot.in leg.nemo poteſt col.8. de legatis primo Boer.in deciſ. 10.Ceſſionarius in primo: quia igitur Ritus noſter conſpicit perſonam principalis debitoris & non principalis creditoris facta (inquit) Reſponſione per principales debitores propterea d. Ritus interpretatur Ritum noſtrum procedere creditoris in hęredem debitoris nequaquàm.

Quid in hærede pro parte? Quid in hærede ex iure accreſcendi?

Atqui ritus prædictus (ne quod relatu dignum eſt, ſi prætereatur ex formula damni illati mecum Agatur) procedit pro ea parte qua hęres eſt Alexan. Socci. Iaſ. Aquens. Galliaul. Alciat.in leg.2.§.pri.ff.de verborum obligatio. Alexan. Socci. Iaſ. Aquens. Crott. Galliaul. Butticel. Ruin. Socc. nouiſſimus Alciat. in d. §.Cato ſuper 4.q.Bartol.niſi altera ei accreſceretur portio Aret.in leg.inteſtamento.ff.de vulgari & pupillari.

Rurſus

7 Rurſus limitatur ſi in Inſtrumento pro hæredibus ſuis Iuſiurandũ creditor recepiſſe non exprimit atque hæredibus contrauentio incidit tunc Capic. Inquit ꝙ hæredes creditoris non poſſunt incuſare inſtrumentum de periurio in deciſione ſeptuageſimaquinta. In cauſa ad quem modum interpretatur Eſernitan. & Afflict. in conſtitutio. eos qui ſcienter aſſerentes, quòd hęres creditoris non poteſt accuſare de periurio,& huic deciſ. appingendus eſt Cagnol. in l.ſiquis maior col. 19.C.de tranſactio.

Obligationes exequuntur in hæredes debitoris.

8 Limitatur denique non procedere in obligationibus quæ præter id quod pro nunc noſtrum Ritum habent exequutionem paratam ut dixi ſuperiori.p. poſtrema.d. etiam communi iure promptam & multo magis habent exequutionem ut dicetur. 3.p.14.d.Porrò Ritus iam dictus loquitur in inſtrumentis exequendis ad huius noſtri Ritus formam,dictę uerò obligationes alteram habent exequutionis figurã, Atque ratio d.Ritus non militat in exequutione obligationum, leges namque communes paratam exequutionem obligationibus dantes non reſpiciunt perſonam principalis debitoris.

QVARTA DECLARATIO.

Quid in hæredis hærede?

9 ILlud uerò parte hac (ut conueniens) minimè tranſiluerim, ritum noſtrum procedere in hæredis hærede,itaquoq. l. final. beneficiũ. C. de edicto diui Adriani tollendo ei competere teſtantur Sapia.poſt. Bart. ac Bal. eo loco colum.3.Curt. nouiſſimus 10.& Tiraquell. in le Moirt.2.p.5.d. in fin.

QVINTA DECLARATIO.

Quid item in ſubſtituto?

10 ILlud pręterea memoriæ ſumma cura affigendum, quòd ritus hic procedit etiam in ſubſtituto hærede,cui & l. fin. priuilegium.C. de edicto diui Adriani tollendo,dari expedunt Alex. col.4.Iaſ.5. Dec.9. Sapia.6.Curt.nouiſſimus. 8.eo in loco & Ripenſ. in l. Centurio col.
11 18.ff. de uulgari & pupillari,idque in tacito quoque ſubſtituto protrahunt Barz. in tract.de inſtr.guantig. p.p.9.q. paulo ad finem Sapia. in l.quamuis.C.de impuberum & alijs ſubſtitutio.ac in d.l.fin. col.6.

SEXTA DECLARATIO.

Rurſum quid in bonorum poſſeſſore?

12 ID quoque ſumma ope obſeruandum, ritum hunc procedere in bonorum quoque poſſeſſore, quibus in caſibus de iure ciuili non ſucceditur, quod in materia haud diſſimili. l. final. C. de edicto diui Adriani tollendo adſtruunt Alex. col. 4. Iaſ. Dec. 8. Sapia. 7. Curt. nouiſſimus 9. inibi & Barbat. in rub. C. qui admitti col. pen.

SEPTIMA DECLARATIO.

Quid in fidei commiſſario uniuerſali?

13 MEmorandum quoq; eſt illud, & hunc ritum procedere in fidei commiſſario uniuerſali quemadmodum in remedio l. fin. C. de edicto diui Adriani tollendo ſcribunt ibi Alex. col. 2. Cor. 3. Iaſ. item 3. Dec. 8. Sapia. Cur. nouiſſimus. 7. Ripenſ. in l. Centurio col. 18. ff. de
14 uulgari & pupillari Tiraquell. in le Moirt. 2. p. 10. d. quibus ſpectat, ꝙ creditoris appellatione 115. etiam in ſtatuto uenit Aret. col. 5. Anto. ab Alex. 9. Alex. 10. Iaſ. 8. Soci. 6. Dec. 6. Ripens. 16. in l. p. ff. ſi certum petatur.

OCTAVA DECLARATIO.

Quid in legatario?

15 CVi Affine & hoc eſt, ut ritus noſter intelligatur etiam in legatario Aret. col. 5. Alex. 10. Antonius ab Alex. 9. Soc. 6. Iaſ. 8. Dec. 6. in 2. lectura Ripiens. 16. in pri. ff. ſi certum petatur, Atque hoc intelligendum eſt adita demum hereditate Roman. in conſi. 223. iſta captura Fulgoſ. in conſi. 133. Sed p. ciuis.

NONA DECLARATIO.

In hærede particulari quid.

17 HVic corrolarium eſt, ut ritus quoque procedat in hærede particulari qui & legatarius omnium ferme conſenſu eſt, Nec obſtat ꝙ ei non datur l. fin. remedium. C. de edicto diui Adriani tollendo ut

ut inquiunt Alex. ibi col.3.Iaſ.6. Dec.8. Sapia.7.Curt. nouiſſimus.8. Tiraquell. in le Moirt.2. p.4.d. quia legatario neque illud competit beneficium Imol. in conſi.105. in cauſa col.2.

DECIMA DECLARATIO.

Quid item in Epiſcopo & exequutoribus?

18 ILlud uerò non prętermiſerim, ritū procedere in Epiſcopo & huius generis exequutoribus, ijs etiam datur beneficium.l. fin.C. de edicto diui Adriani tollendo Alex. ibi col. 4. Iaſ.6.Dec.9. Sapia.7. Cur. nouiſſimus 8.Iaſ. in l.qui liberis. §. hæc uerba.ff. de uulgari & pupillari Barz. in tractat. de inſtrument. guarentigiat.p.p.9.q. ad finem.

VNDECIMA DECLARATIO.

Demum quid in Fiſco hærede?

19 ATq; illud itē eſt in fiſco hærede, ut poſt Bal. ſcribit Iac. de ſancto giorgio in l.fin. col.4.C.de edicto diui Adriani tollendo & Tiraquell. in le Moirt.7.p.14.d.nu.19.

DVODECIMA DECLARATIO.

An exequi poſſit in patrem ad peculium?

20 HOc uerò ne intercidat, Hic protinus implantabimus, ritum prædictum procedere in patrē ad peculium quicquid Soc. effluciat, ita confulcit Iaſ.in l. cum filius familias. ff.de verborum obligatio. cuipediarius eſt Boer. vir facundiæ haud quaquàm extritæ obuiæque in decif.221.ſi pater in 2.

TERTIA DECIMA DECLARATIO.

Exteri an includantur in ritu?

21 CÆterum hac in parte non videor mihi rectè facturus, ſi veluti per incuriam tranſmiſero, Ritus noſtri exequutionem procedere in extero, aduerſus eum verò nequaquàm Alexa.Iaſ. in leg.2.C.quemadmodum teſtamenta aperiantur Iaſ. colum.12. Caccialup. 52, in leg. prima. C.de ſumma trinitate & fide catholica Alexan.pen.Iaſ.8. in leg.

a diuo

a diuo pio.§.ſententiam.ff.de re iudicata Barz.in tractat.de inſtrumen. guarentigiat.p.p.8.q.

DECIMA QVARTA DECLARATIO.

Clerici item an in hoc ritu occludantur.

22 ET nequid relinquatur, quo legentium præpediri poſſit animus, Ritus quoque hic procedit in clerico: aduerſus item eum nequaquàm Aret.colum.5.Caccialup.50.in leg.prima C. de ſumma trinitate & fide catholica Fel.in c.eccleſiæ ſanctæ mariæ col.24.de cõſtitutio. Alex.in conſi.163.uiſo in 2.Canar.in tractat. de exequutio. inſtrum. q.22.Barz.in tractat.de inſtrument.guarentig.p.p.4.q.Curt.in tractat. de conſuetudine fol.31.colum.2.Afflict. in conſtitutio.ſiquis in poſterum pri.notabil.7.q.& quòd in clerico hic ritus locum habeat ſignificat item Ritus.186.

23 Id non eſt prætermittendum, quòd Ritus noſter neque procedit aduerſus clericum laico ſuccedentẽ, Canar.in tractat. prędicto.q.pen. Feli.Abundè & Dec.in c.quia Bu.de iudicijs.

DECIMA QVINTA DECLARATIO.

Infantes quoque.

24 VErum vt eandem incudem ſubinde (quod dicitur) tundere pergamus, Ritus noſter procedit in infantibus etiam intercedẽte tutoris authoritate Barz. in tractat. de inſtrument.guarentig.p.p.3.

25 q.At qui hoc non intelligendum eſt in eo qui fari penitus neſcit, tunc enim cũ eius tutore agetur Alexan.colum.penult.Socin.final.Iaſ.5.Ripens.10.Crott.p.lectura.10.2.lectura item 2.col.Galliaul.16.Alciat. 6.Butticel.13.in l.pri. in principio.ff. de uerborum obligatio. & ideo Aquens.ibi.2.col.inquit ꝙ aſſerens infantem potuiſſe obligari in primis docere debet quòd ſciuerit fari.

DECIMA SEXTA DECLARATIO.

Mitiores quoque includuntur in ritu.

26 DIgnum uero obſeruatione cenſuimus, & quòd huic potiſſimum loco ad glutinemus, noſtrum ritum intelligi etiam in minoribus intercedente tutoris authoritate, ſi impubes eſt, ſi uero pubes Curato-

ris,

ris,Barz. in tract. de inſtrument. guarentigiat.p.p. 3.q. Fel. Dec. in c.
27 ex parte.2.4. fallent. de officio delegati quod intelligendum eſt niſi iurauerit ſe maiorem Canar. in tract. de exequutio. inſtru.q. 16. Gramat.in deciſ. 12.Hector.col.3. & in conſi.ciuil.159. in cauſa col.fin. Atqui in regno eſt conſtit. minorum iura quę ſtatuit ꝙ legitima ætas ſit decem & octo annorum.

Maior. 18. annorum in regno an reſtituitur in integrum?

28 Præterea lepide (opinor) fecerimus, ſi flores aliquos ad huiuſce cõſtitutio.nexum ex iuris communis amœnioribus hortulis præcerpſerimus,quibus inſpectantium ex hilaretur obtutus, & rerum fragantia non nihil afficiatur anima: declara eam quòd non propterea beneficium reſtitutionis in integrum reuellat Cur. in auth. ſacramenta puberum col.7.& 9. C. ſi aduerſus uenditionem Bal. Nouell. in l.pri. 50. col. ff. ſoluto matrimonio.

An maior 18. annorum in regno poſſit eſſe tutor uide infra nu.31. hac.d.

29 Item ꝙ non propterea maior decem & 8.annorum,minor 25. poſſit eſſe tutor Bal.in conſi.105. quæritur in 4.

Obligatio maioris 18.annorum & minoris 25. ſine curatore nũ ualeat?

30 Verùm in eo dubitari frequentius ſolet,an minor uiginti quinque annorum maior decem & octo abſque tutoris auctoramento uel curatoris queant obligari ſaltem in actis curiæ Homod. in conſi. 161. ſtatuto,ſentit quòd non,quia conſtitut.præfata nuncupatim exprimit ꝙ ætas decem & octo annorum ſit legitima in iudicio,iudicium uero eſt poſt litis conteſtationem Dec.2. lectura col.5. Ripenſ.10. in Rub. extra de iudicijs, Sapia. in Rub. de iudicijs col. 2. Homod. ſententiam legali uigore conterunt,idq; maxime uerum eſt in terminis.d. conſtitutio. quæ non ſolum ait in iudicijs & contractibus uerum etiam ſigil
31 lum addit dum ſubdit,& in omnibus de mũdo, qua de re & tutorem quoque fieri poſſe eodem calculo arbitrarer.

DECIMA SEPTIMA DECLARATIO.

Filij familias includuntur in hoc ritu?

32 ADiuerticulo redeamus ad uiam,Ritus hic non procedit aduerſus filium familias niſi patris conſenſu obligetur Canar. in tractat. de

de exequutio. inſtrument.q.18. Barz. in tractat. de inſtrument. gua-
33 rentigiat.3.p.q.6.Dec.in c. ex parte. 2. 27. fallent. de officio delega
ti,eſtq; in hoc noſtro regno pragmatica nuper expenſa,quæ id nuncu
patim quærit,de ea haud incurioſe meminit Grammat. in deciſ. 12.
Hector & in conſi. ciuil. 159. in cauſa.

Filiusfamilias num obligatur in regno ſine conſenſu patris? Etiam cum iureiurando?

34 Ingrediamur parumper huius pragmatię prouinciam,non ut tranſ fugę & exploratores, perfloraturi quod hoſce libellos adipoſiores ac ſucculentiores faciat, Teſtatur Grammat. finitum eſſe in S.R.C. ꝙ illa pragmatia intelligi quoque debet in obligatione filijfamilias iure iurando firmata reluctantibus conſiliarijs.

Ego uerò (ni modeſtiæ digrederer menſum) oppoſita haud catoniana fronte ſubcenſerem,quòd pragmatia illa non procedit ſi iuſiurandum adfuerit, ita enim hoc ferme caſu arbitrati ſunt Antonius ab Alex. columm.6. Iaſ.11. Corn. item 11. Curt. 7. in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus uenditionem, ea ratione ſuffulti, quia rex non poteſt diſponere ſuper iuramento, idque præter eos ſcribunt Caccialup. colum.20. Crott.15. Iaſ. 7. in l. omnes populi.ff. de iuſtitia & iure.

35 Supra ſcriptorum pedarij ſunt Ferrac. in cautel. 16.comunis & uera, Cagnol. quoq; in l. ſi librarius cart.5.ff.de regulis iuris, ſed S.R.C. authoramento hęreamus.

Etiam ſi iuraſſet patrem ſe fore,

36 Gramat. item in d.deciſ. 12. ampliat. eam pragmatiam, procedere etiam ſi filiusfamilias iuraſſet patrem ſe fore.

Vel habitare ſeorſum a patre? Idem eſt ſi per procuratorem contraheret?

37 Iterum quoque ipſe in d. conſi. 159. extendit illam, procedere etiam quòd iuraſſet a patre ſeorſum habitare,atque nos quoque protrahimus eam procedere etiam ſi filiusfamilias uellet ſe per procuratorē obligare Alex. Iaſ. Soc. Aquens. & alij in l. pri. §. item acquirimus.ff. de acquirenda poſſeſſione Crott. in l. ſi is qui pro emptore columna 36.ff. de uſucapio. Caccialup. in l.p.col. 15. C. de ſumma trinitate & fide catholica.

Idem eſt in filio clerico.

Rur-

38 Rurſum etiam procedere in clericis filijs familias Bal. Caſtreſ. in l. ſacroſanctæ. C. de ſacroſanctis eccleſijs Caccialup. in d. l. pri. num. 160. & item 162.

Fallit in filiafamilias.

39 Tempora non procedere in filia familias, Alex. in conſi. 29. præclare col. 3. in 3. in conſi. 234. puta in 6. Dec. in l. 2. colum. antepenul. ff. de regulis iuris Tiraquell. in retractu tit. pri. gloſ. 9. nume. 191. quique alios excitat.

Item ad eius commodum? Rurſus ſi obligetur patri uel pro patre.

40 Neque item procedere quando in filij familias commodum obligatio cedit Corn. in conſi. 203. uiſo in 3. Alex. in conſi. 234. puto in 6.

41 Et ſi filius familias obligatur patri uel pro patre illa pragmatia haud neceſſario ſeruanda eſt, Alex. Iaſ. Aquens. Ripens. Cæterique in l. pri. §. fuit quæſitum. ff. ad trebellianum Alex. Aquens. in l. 2. §. uoluntatē. ff. ſoluto matrimonio Iaſ. in l. tranſactionem. C. de tranſactio. Bald. in conſil. 213. occurrit in 2. in conſil. 289. in quæſtione cum ſequenti in 3. in conſil. 233. punctus in quinta. Bolog. in conſil. quadrageſimo-quarto, latè a quibus (ne te commoter) excipere potes huius aſtructionis limitationes.

Atq; ſi pater eſſet in longinquis partibus, ita quòd facile haberi nequiret.

42 Si uerò pater abſens eſſet longinquis in partibus quibus facilimè haberi non poſſet, tunc pro eo ſufficeret iudicis pręſentia Alex. Antonius ab Alexand. Iaſ. curt. & alijs in d. leg. tranſactionem, & idem quoque eſt quando pater eſſet furioſus uel demens Aret. Alex. Ripens. in d. l. 2. §. uoluntatem.

Item ſi alieno nomine contraheret.

43 Atque tradunt. dictum pragmatiam procedere quando filius familias ſuo contraheret nomine ſecus ſi alieno Alex. Iaſ. in l. quæſitum. ff. de inius uocando Caccialup. in l. pri. nu. 94. C. de ſumma trinitate & fide catholica Corn. in conſi. 16. in præſenti in 4.

Demum compromittere poteſt ad formam pragmatiæ, odia itium, ſine patre.

44 Id denique prætermittere piaculum eſſet, reliqua enim ſtudioſus quiſpiam perquiret, quòd filius familias compromittere poteſt ad formam pragmatiæ odia litium abſque patris conſenſu Alex. in l. quæſitum. §. ſi fundus, in Bart. aucthurijs. ff. de liberatio. legata, Blanc.

quoque in tractat. de compromiſſis 3. quæſt. verſicu. filijs familia.

DECIMA OCTAVA DECLARATIO

Mulieres includuntur in hoc ritu.

45 ILlud ſciendum amplius, Ritum hunc procedere in mulieribus ut ipſe exprimit etiam Ritus ab eo 8.q. 14. aduerſus mulieres nequaquã Canar. in tractat. de exequutio. inſtrument. q. 19. Barz. in tractat. de inſtrument. guarentigiat. 3. p. 6. quæſt. Dec. in cap. ex parte. 2. 27. fallent: de officio delegati, niſi cum tutoris authoramento, quem mundualdum Barbarè tediſſimèque uocant, obligatur, ut in conſtitutio. obſcuritatem.

46 Sed agè diuerticulum repetamus in ſpectuti mundualdorum uiretum, & quid inde percipi poſſet quòd hoſce libellos inſtructum adiutum nè iret, ac comptiores efficeret, non ut calenti ferro inauſtos ſed ſolida ſinceraque ſpectabiles uenuſtate.

Mundus muliebris?

Mundus Muliebris uel mundum muliebre (utrũq; enim dici poteſt) Vlpian. teſte, eſt quo Mulier fit mundior in d. l. argẽto. §. mundus ff. de auro & argento legato inquiens quod mundi appellatione cótinétur ſpecula, unguenta, uaſa unguentaria, & huius generis talia, qua de re in ea. l. §. ſicut, ſeperat mundum ab ornamento muliebri, tanquam mulier poſſit eſſe munda non tamen ornata è contra.

Vlpian. lapſus.

Verum Beroald. vir impenſe doctus in græcanica Apul. hiſtoria lib. 4. eum feſtiue retundit, dicens, quod mundi muliebris appellatione etiam ornamentum complectitur, idq; rethorum, poetarum, ac Hiſtoriographorum authoritatibus cõfulcit, necnon ſtrenuiſſima Ratione, quia Mundus latine ideſt quod græcè dicimus coſmos, quę dictio abſoluta & perfecta elegantia latinæ idem eſt quod ornamentum.

Ezechiel locus explicatur.

47 Poreò in hac mundi muliebris negotiatione, non parergon fortaſſe fuerit aperuiſſe Ezechiel. prophetæ ſcriptum, in quem ueluti Lutitans ad uit ſaxum pleroſque iam impactos ſcio, cap. 16. inquit, Multiplicata es & grandis effecta & ingreſſa es & peruenisti ad mundum muliebre, Lira ibi exponit admundum muliebre. i. ad pubeſcentiam, expoſitio quidem inſulſa haudque improba, meo certe arbitratu

tu explicari debent ut iam dixi. l.ad ornamentum muliebre idq; patet ex alio conſimili Ezechiel. loco c.23. quo idem uocabulum nullo contradicente ad eum modum exponitur.

Mundium muliebre.

48 A mundo muliebri ſatis improbe deceſſit uocabulum hoc longobardum mundium, Muliebre, quod eſt ius in bonis & perſona mulieris ut inquit gloſſegraphus in longobard. de ſponſalibus. l. ſi quis pro libera & qualiter quis ſe defendere debeat l. 2.

Mundualdus quis? Tutor latinè dicitur Mundualdus. Mundualdi apud Romanos antiquo iure.

49 A Mundio mox profluxit mundualdus qui eſt habens ius in bonis & perſona mulieris, Ij uerò latine appellãtur tutores, Neque enim moderna longabardarum legum ad inuentio eſt hæc mundualdorum poteſtas, ſi quidem & eam antiquiſſimo iure fuiſſe apud Romanos teſtatur Boet. in Cicer. Topica lib. 2. antiquo (inquit) iure mulieres ſub perpetua tutela continebantur & cum recedebant à tutoris poteſtate quæ in manu uiri conueniebant capite diminuebantur, itaque fiebat eis prioris ſtatus mutatio. hæc illæ qui & idem poſtea retulit in 4. Topicorum.

Mundualdorum ſucceſſio?

50 Proinde iure longobardo ordine certo mundualdi erant præfiniti, quaſi ſucceſſorio quodam edicto, ut Gloſſematicus inquit in longobarb. qualiter mundualdi amittant, mundium. l. 2. & eorum ordinationem refilat Pennes, in l. quicunque C. de Re militari, quem probat Afflict. in deciſ. 260. ad finem ſed nõ aduertunt, quod iure rituum magnæ curiæ ſingulæ Mulieres ſingulos ad eorũ libitũ mundualdos nouiſſimè eligere queũt, ut eſt Ritus 288. quod ſub monuit uir noſtrarũ legum haud incurioſe doctus Blaſ. de Marchon (quem priuatim habeo) in ſumma. iuris longobardi eodem titu. 7. differentia ita quòd planè ſeruatur.

Mundualdi eſſe debent in ipſo contractu non poſtea.

51 Ijs ad Anchoram præſtitutis, ſubtexemus nonnullas extenuationes ad mundualdorum poteſtatem nec citra ſalis guſtum.

Mulierem iure longobardo uiuere probari debe?

52 Primo authoritas mundualdi debet interuenire in ipſo contractu non poſtea, gloſſematarius in longobard. qualiter mulieri alienari per-

miſſum ſit.l.pri.Iaſ.in l.pri.§.quod præſens.ff.de uerborum obligatio. Boer.in l.conſentaneum col.2.C.quomodo & quando iudex Sapia.in l.pri.ad finem.C.qui admitti.

Mundualdi in iudicijs non requiruntur & ſufficit poſt litis conteſtationẽ interponi eorum authoritas.

53 Secundo (quicquid effutiat uulturnius ille togatus) in ritu iam dicto liquere debet, quòd iure longobardo mulier uiuat ut obligatio abſque eius a uthoramento conuellatur Vena fran. in conſi.54.in cauſa agitata col.pen.

54 Tertio quod in iudicio mundualdus etiam poſt litis cõteſtationem interuenire poteſt ita exprimit Vena fran.eo loco & Cauens. (quid uides?) ſuper.d.Ritu ait quòd in iudicio mulieres ut plurimum uiuunt Romano iure.

Quid in puella quæ eſt ſub tutela?

55 Quarto non procedere in puella quæ eſt ſub tutore Pœnnes, in l. quicunque in fi.C.de re militari.

In monialibus tertij ordinis, ac oblatis?

56 Quinto non procedere in monialibus tertij ordinis oblatiſuè Bald. in conſi.60.quidam in 5.

In hermafroditis?

57 Sexto non procedere in Hermofrondita Alex.Aquẽs.in l.2.in prin. ff.de uerb.oblig.Ijs (ſi placet) adde Arnon (citra tamen Riſum.) in ſingul.43.ſtantibus.

Pupillus an ſit mundualdus?

58 Septimo quòd pupillus poteſt mundium exercere cum ſui tutoris authoramento, gloſſematicus in longobard.quòd mulieri alienari permiſſum ſit.l.p.& 2.ſed Iaſ.& cæteri controuertunt in leg.de pupillo in principio.ff.de operis noui nuntiatio.

Mulier an ſit Mundualda?

59 Octauo mulier non erit alterius mulieris mundualda Bal. in conſil. 6.Hæc eſt copia in primo Iaſ.in l.ſiquis id quod col.4. ff. de iuriſdict. omnium iudicum Dec.in l.pri.col.pen.C.unde uir.& uxor Tiraquell. in retractu tit.pri.§.pri.Gloſ.9.nu.200.

Quid de bannitis.

Nono

60 Nono cauendum eſt ne mundualdus ſit bannitus Bal.in conſ. 399. ſtatuto in 3.in conſi. 54.ſtatuto in 5.

Mulieres nuptæ longobardo eo quoque iure uiuunt.

61 Decimo idem quoq; eſt in mulieribus quę licet ipſo iure non uiuãt lõgobardo, nuptæ tñ sũt eo iure uiuẽtibus Bal.in cõſ. 139. ſtatuto in 5.

Electio mundualdi fit abſq; mundualdo.

62 Vndecimo in mundualdi electione non requiritur ſubinde alterius mundualdi conſenſus gloſſegraphus in longobard.de raptu.l. 1.

Quid faciendum ſi mumdualdus recuſat?

63 Duodecimo ſi mundualdus recuſat exercere mundium iudex adiri poteſt, Alc.in l.ſi cũ dotẽ. §. eo autẽ tẽpore. ff.ſol. matr. Iaſ.in l.pri.col. pen.C.qui admitti in l. cũ ſpecialis. C.de iudicijs Arnon. (ſi dijs placet) in ſingul.21.ſunt uocati.

Quid ſi ab eſt longinquis in partibus, quod comode haberi nequit?

64 Tertio decimo ſi mundualdus eſt in longinquis partibus ita ꝙ facile haberi nequit, eo tũc adeundus quoq; eſt iudex Bald.in cõſ.488.ſequens, in pri Alex.Ant.ab Alex.Iaſ.Cur. & reliqui in l.tranſactionem. C.de tranſactione.

In iudicijs criminalibus num quæruntur mundualdi?

65 Quarto decimo de more in iudicijs Criminalibus contra muliercu las inſtitutis mundualdi nullo unquam tempore quæſiti ſunt Blaſ.de marchon.in tit.de commodis prouenientibus ex mundio ad finem.

Mulier fit procuratrix abſque conſenſu mundualdi.

66 Quinto decimo poteſt ſuſcipere procurationem abſque mundualdo Aquens.& cæteri in l. quamuis. C. de acquir.poſſeſſione Dec.in c. cum dilecta col. 3.de confirmatio.util.uel inutil.

Peſtis tempore quid agendum?

67 Sexto decimo non procedere tempore peſtis Corn.in conſi. 131.in hac in 4.Ripens.in tractat.de peſte 2.p.2.p.3.q.

Quid item ſi non ſint mundualdi.

68 Decimo Septimo non procedere quando mundualdi haberi nequeunt.Barbat.in tractat.de præſtantia Cardinalium. p.p.p.q. col.7. Cagnol.in Rub.C.de pactis col.3.Arnon. (Riſum continere nequeo) in ſoliloq. 16.quid autem ſi Mulier.

In poſſeſſionis traditionē non requiritur mundual.

68 Decimo Octauo non procedere quo ad traditionem poſſeſſionis Alex.colu.2.Iaſ. 3. Aquens.pri.Ripens. 12.Butticel.2.in l.ijs cui ff.de verbo.obligat. idq; ab eo propendit, an prohibito contractu traditio poſſeſſionis prohibita cenſeatur de quo per Alex.Soc.Iaſ.Aquens.in l. pri.§.ſi uir uxori.ff.de acquirenda poſſeſ.

Quid in quærendo iure aliquo?

69 Decimo nono non procedere in quærendo iure, ideo poteſt repudiare hæreditatem uel legatum ſeu donationem renuntiare abſq; mundualdi conſenſu.Iaſ.in l.legatum in fi.ff.de legatis.pri.Dec.in l.ſeruus. C.de pactis Feli.in c.2.col.4. de conſtitutio.

Quid in matrimonium contrahendo?

70 XX non procedere in matrimonium contrahendum Arnon.in coment.83.ex quo,Cauenſ.quoq; uiri ambo ſanitatis dubij in ritu 288. Hoc iuris communis authoritatibus confulcientes,ſed errant hic ſicut & alibi ſæpe,quia in aduerſum ſtatuit longobarda de ea quæ ſine mūdualdo ad matrimonium conuolauerit per totum.

Quid in dotis conſtitutione?

71 XXI. non procedere in dotes conſtituendas Bal.nouel.in tractat.de dote.6.p.47.priuileg.& ſequent.ſed eum redarguit Dec.in conſi.301. in cauſa in 2.Huncq; ſectatur, Cagnol. in Rubr. C.de pactis ad finem, priorem denique ſententiam adſtruit Tiraquell.in retractu tit.pri.§.1, gloſ.14.nu.91.

Quando agitur ad pias cauſas non requiritur mundual.

72 XXII. non procedere in contractibus ad pias cauſas Bald.in conſil. 93.ſuper in 2.Corn.conſi.259.dicta col. 2. in 4.Crott. in l.nemo poteſt.nu 23.delegatis pri. Cagnol. in non ſemel relata rub. C. de pactis prope finem.

Quid in monaſterij ingreſſu?

73 XXIII. non procedere in monaſterij ingreſſu, ut in longobarda de ſantimonial.l.ſi qua mulier & d. gloſſegraphus in longobard. de fornicator.l.pri.

Item quid in obligationibus ex delicto uel quaſi?

74 XXIIII. non procedere in obligationibus deſcendentibus ex delicto

lićto uel quaſi Iaſ.in l.ſi unus. §.pactus col.7. ff. de pactis inſtitutio.de actio.§.omnium col.8.

Quid item ſi contrahit per procuratorem?

75 XXV. quando contrahit per procuratorem Alex.Iaſ.Soc.Aquens. ac reliqui in l.pri.§.item acquirimus.ff.de acquiren. poſſeſ.

Rurſum quid ſi agit ut procuratrix.

76 XXVI. quando alieno agit nomine.Iaſ.in l.more col.5.ff.de acquirenda hæreditate in d.§.pactus col.7.in l.exigendi.C.de procuratoribus Alex.Iaſ.in l.quæſitum. ff. de in ius uocando. Boer.in l.conſentaneum col.2.C.quomodo & quando iudex.

An ad eius utilitatem contrahere poſſit abſque mundualdo?

77 XXVII. non procedere ad eius utilitatem Iaſ.in d. §.pactus in d.§. omnium in d. l. more in l.Barbarius col. 12.ff.de officio prætoris in l. etiam in anles.C.de fidei commiſſis Ripens. in l. furioſo.ff.de re iudi. Iaſ.& Butticel.in l.ijs cui in princip.ff.de uerbo.oblig.

Quid ſi cum patre uel matre?

78 XXIII.quando cum patre contrahit non procedere uel cum matre inquiunt Alex.Dec.Riminal.in l. pactum quòd dotali.C.de collationibus Iaſ.in l.præſes in l.tranſactionem.C. de tranſactio Cagnol.in rub. C.de pactis ad fi.Iaſ.ſolus aduerſatur in d. l.pactum quod dotali,priorem ſententiam amplectuntur Cor.in conſi.242. circa in 4.Ripens.in 3.lib.reſponſorum c.10.

Quid ſi cum mundual.

79 XXIX. non procedere inquit Arnõ.quando contrahitur cum mundualdo in ſoliloq.17.ſed quid ſi mulier, uerum eo caſu Blaſ.de marchon.cautelam docet in d. l. ſi qua mulier quòd transferatur mundiũ in alterum donec cum mundualdo contrahatur, Ego autem cenſeo hoc quoque caſu debere mundualdum eſſe, quia ut præſcriptum eſt ſingulis cauſis ſingulos mundualdos ad placitum eligi queunt.

Prętęrea quid in quaſi contractu? In diſtractu quid?

80 XXX. dicunt non procedere in quaſi contractu,id circo poſſe hæreditatem ſine mundualdo adire Alex.in l. more & ibi quoq; Iaſ.in d. §.pactus in d.l.barbarius in d.§.omnium Sapia.in l.pri.in fi.C.qui admitti.Alex.in conſi.234.puto in 6.Arnon.in ſingul.15.ſtante.

81 XXXI.nõ procedere in diſtractu quod obtúdunt procedere inſpe-

cta ui compræhenſiua non extenſiua Alex. Anto. ab Alex. Iaſ.Cur.& alij in l.ſiue apud acta.C.de tranſa.Dec.Curt.Alciat.Cagnol.in rub.C. de pact.in l.more in §.pactus in l. barbarius in §.omnium haud ſemel expenſis Dec.in ca. qua fronte colu.6.de Appellati. in l.quòd ſe patris col.fi.C.unde liberi Alcia.in l.labeo.§.contractu. ff.de uerb.ſignifi.

In renuntiatione Item quid?

82 XXXII. non procedere in renũtiatione Bald. in d.Rub.C.de pactis Iaſ.in l.ſiue apud acta.C.de tranſactio.uerum illud legali ui conteruńt Iaſ.in l.more in §. pactus in §. omnium miles relatis Curt. & Cagnol. in plus ſemel citata Rub.C.de pactis.

An ſaltem poſſit conſentire ſine mundualdo?

83 XXXIII. Bald.in d.Rub.inquit,quòd poteſt cõſentire abſq; mũdualdo propterea Picus eo loco memorię tradidit quòd poteſt conſentire alienationi emphiteoticæ rei ad formam.l. final.C.de iure emphiteotico,ſed eum inceſſerunt Curt. Cagnol. ibi, Dec. & Cagnol.in leg. aliud eſt vẽdere.ff.de regulis iuris Calcan.in conſi.74. quod dictis numero 42.

Quid in donatione mortis cauſa?

84 XXXIIII.non procedere in donatione cauſa mortis Angel.A periglis.Soc.Aquens.Alciat.in leg.2.ff.de uerbo.obli. Iaſ. Soc.nouiſſimus col.18.in item l.2.delegatis pri. in diuerſum tamen arbitrati ſunt Ale. & Soc.in proxima relata.l.2. Atq; ipſi ſub cẽſent hanc eſſe communẽ, Arnon.(ſi tibi placet)in ſingul.42.multotiens, eandem opin.obuijs, quod dicunt,manibus recepit,Corn.ego in medium relinquo in conſ. 41.uidetur in pri.

In teſtamento quid?

85 XXXV. non procedere in teſtamẽto Bald. in conſi.233. Verba in 2.Alex.poſt.Caſtreſ.in l.ex facto. ff. de vulgari & pupillari.Iaſ.in l.non idcirco C. de codicillis.Arnon.(riſum uix continere poſſum) in epithomat.16. quia contrariam opinatio. multis authoritatibus ac rationibus adſtruunt.Iaſ.Aquẽns. Ripens.in d.l. ex facto Afflict. in conſtitutio.inſtrumentorum pri.notabil.2.q.in deciſ. 160.uidetur.Ange.in conſi.226.teſtamenti.Alexã. in conſil.155.uiſis in 2.At qui Blaſ. ille de Marchon. à me ſæpiſſimè citatus in dicta l. ſi qua Mulier inquit quòd eſt communis ſententia,& iterum in titu.de commodis prouenientibus ex mundio ait quòd inpraxi.ſeruatur.

Rurſum

Rurſum in teſtamenti reuocatione quid.

Cæterum illud item in teſtamenti reuocatione Bal.ſcribit in conſi. 209.licet in 4.

Conſenſus an requiratur expreſſus.

86 XXXVI. expreſſus mundualdi conſenſus diſquiritur Alexan. Aquens.Ripens.Cæterique in l. 2.§.uoluntatem.ff. ſol. matrimo. Arnon.in commentar.60.cum in regno,in ſingul.item.5.uolo, ſed uide quæſo ne contrarium ipſiſſime lapſitet in ſolidoq. 95. ex quo.

In compromiſſo quid.

87 XXXII. non procedere in compromiſſo faciendo Blanc. in tractat. de compromiſſis. 3.q.uerſi. fœminæ ad ſi.

Quid denique ſi ius iurandum ad fuerit.

88 XXXVIII. & ultimo non procedere in obligationibus iure iurando firmatis Bal.in conſilio 212. occurrit in 2. in conſilio 178. ad euidentiam in conſilio 483.conſiderandum in conſi. 414. in caſu in 3.in conſi.483. uiſo in 4. Senenſ. in conſilio 272. factum Romam in conſi. 12. uiſo Fulgo. in conſilio 173. domina Chatherina. Abb. in conſilio 8.Laurentia in conſi. 71. in hac cauſa in pri. Aret.in conſi. item 8. abunde in conſi. 22. diligenter. Cardinal. in conſi. 92. Nobilis.Corn.in conſi.63.uidetur in pri.in conſi.70.quæſtio col. 4. in 2. Alex.in conſilio 27. uiſo in conſi.59. uiſo.in conſi. 125. uiſis in pri. in conſilio 38. uiſa in 3.in conſi.39.uiſo in conſilio 102. cum ſtatutum in 4.in conſi.18.uiſo in conſi. 136.uiſo. in conſi. 199. proſpectis in 6.in conſi.62.in cauſa in conſi.151.uiſo in 7. Bolog. in conſi. 44.late,col.4.ripens.in lib.reſponſorum.3. cap.10. Arnon. qui proprijs loquitur terminis in ſingul. 59. pone & alij a me relati ſupra præcedenti.d.nu.34.

DECIMA NONA DECLARATIO.

Furioſi ac prodigi includuntur in hoc ritu.

89 CAeterum nequis noſtra hæc pateat ueluti hirundinum muſea, uel architæ crepitaculum, ad ritum redeamus noſtrum, neque enim procedit aduerſus furioſos uel prodigos Barz.in tractat. de inſtrument.guarentigia.p.p.q.3.& item.6.

VIGESIMA DECLARATIO.

Item banniti?

90 NEc illud omiſerim minus procedere in bannitis Canar. in tractat. de exequutio. inſtrumen. q. 15. Barz. in tracta. de inſtrumẽ. guarentig. p. p. 3. q. & item. 6. rurſus. 3. pri. 10. q. Feli. Dec. in c. ex par. 2. 4. fallen. de officio delegati Cardinal. in conſi. 120. Titius.

VIGESIMA PRIMA DECLARATIO.

Excommunicati item?

91 ATque illud idem in excommunicatis Barz. author grauiſſimus expendit in tractat. prędicto de inſtrument. guarentigiat. p. p. 3. q. item. 6. atque item. 3. p. 10. q. Feli. Dec. in c. ex parte. 2. 4. Fallent. de officio delegati.

VIGESIMA SECVNDA DECLARATIO.

Muti quoque ac ſurdi.

92 ILlud quoque non prætermiſerim, ritum eundem procedere in mutis ſurdisve, licet eorum ſtipulatio inutilis ſit ita inter uitaqeæ excipitur a Bar. in l. 1. §. ſi quis ita in fi. ff. de uerbo. oblig. ſecundum magis communem ſententiam de qua per Ale. Iaſ. Crott. aquens. ripens. Galliaul. Butticel. Alciat. ibi Canar. in tracta. de exequutio. inſtrumen. q. fi. Barz. in tracta. de inſtrument. guarentigiat. p. p. 6. q.

VIGESIMA TERTIA DECLARATIO.

Ceſſionarius an poſſit agere ad formam ritus, & quid aduerſus eum?

93 ILlud porrò adnectamus huic parti, etiam ſi exſcreſcenti nimium, re quod dicitur apud ſagram geſta certius eſt, quòd ritus hic non procedit aduerſus ceſſionarium Barz. in tracta. de inſtrument. guarentigiat. p. p. 9. q. proceſſionario item procedit liquidatione prius facta. Aret. 6. Alex. pen. Antonius ab Alex. 8. Dec. final. in l. pri. ff. ſi certum petatur Ale. aquens. in l. poſtulante. ff. ad trebellianum. Alex. in l. ſi poſt diuortium ſoluto matrimonio Iaſ. in l. 1. §. ſi quis ita col. 2. ff. de verborum obligatio. in l. ſi ſic de legat. pri. in §. fuerat. nume. 62. inſti-

inſtitutio.de actio.Barz.in d.q. 9. & Boer. in deciſ. 10. Ceſſionarius.

Ceſſionarius an poſsit facere præambulum ſicut hęres ad formam ritus?

94 Verum illud quæſitionis nubilum hac in re aſpicio, ſi ceſſionarius ad formam ritus ſpeciatim exequi poterit? Afflict. noſtrarum legum relator eminentiſſimus in conſtitutio.eos qui ſcienter. 2. notabil. 10. q. inquit quod non, quia ut exequi ualeat ad huius noſtri ritus figuram, ius iurandum a facie ad faciem recipi debet, itaque in praxi obſeruari teſtatur.

Aduerſus Afflict. toto (ut dici ſolet) cerebro reluctatur cauens: in ritu. 282. quia hæres non recipit iuſiurandum de facie (ut ipſi dicunt) ad faciem, & tamen ad formam ritus noſtri exequitur.

Ad hoc (nè lector lapſites) reſponderi poteſt, quòd hæres exequitur ad formam ritus quando creditor principalis recipit iuſiurandum pro ſe & hæredibus ut dixi ſupra hac. p. 2. d. propterea in hęrede iuſiurandum ad eius faciem ſatis cenſetur eſſe receptum.

Maranta quoque noſtrarum legum ſubſidiarius in tracta. cuius attitulatio, eſt ſpeculum aureum. 7. p. pri. actu, nu. 9. dubitanter ait, forte ceſſionarius exequutionem meretur ad noſtri ritus figuram, quæmadmodum hæres, os poſtea clauſit in utramque dormiens aurem.

Ego eorum controuerſiam complacarem ad eum diſtinguendo modum, aut exequi uult inſtrumentum ad formam ritus accuſando debitorem de periurio, & tunc ceſſionarius non admittitur, quia in eius faciem iuſiurandum non eſt, itaque Afflict. loquutus eſt, aut uult exequi propter pęnam, nam & de pęna iure iurando prætermiſſo inſtrumentum ad ritus formam incuſari queit, & tunc ceſſionarius admitti debet, & ſic procedit cauens. adſtructio. Marantæ quoque ſcrupulus.

VIGESIMA QVARTA DECLARATIO.

Procuratores non interueniunt in hoc iudicio inſtrumentario. Ratio huius diſquiritur.

95 INuenimus & illud ſcitu dignum, quòd ritus noſter non intelligitur in procuratoribus Barz. in tracta. inſtrum. guarentig. p. p. 9. q. in fin. ac in regno eſt ritus 108. qui id nuncupatim extendit huius rationem ſcripſit Afflict. in deciſ. 64. quidam, retulitque Gramat. (ſi is eſt) in conſi. ciuil. 95. in cauſa col. 2. & item Pen. quia iudicium eſt criminale.

Verum

Verum ratio illa aduerſatur ritui iam dicto qui punctatim inquit quod procurator non admittitur etiam quod iudicium ſit ciuile.

96 At ſi curioſior quiſpiam quærat rationem amuſitatam ? dicere poſſumus quod tam creditor quam debitor in hoc exequutiuo proceſſu examinantur de ueritate, quo caſu etiam communi iure perſonaliter quis intereſſe debet Gem. Franc. in cap. pri. de iudicijs in 6.

97 Subinde ambo carcerandi ſunt, debitor ſi promcptuarie non probat ſolutionem uel ſatisfactionem, ſi uerò probat, creditor pro pœna calumniæ carcerandus ut dicetur 4.p.11.propterea ambo perſonaliter comparere debent.

Neque cum ſpeciali mandato admittuntur procuratores.

98 Amplia quod neque cum ſpeciali mandato admittitur procurator Gem. & Franc. in cap. ut circa. §. final. ad ſin. de electio. in 6.

Fallit in citando ſuper tenore.

Limita primo non procedere quo ad expediendam citationem ſuper tenore inſtrumenti præſentandi ut in ritu ab hoc noſtro. 17.

Item in liquidatione & præambulatione.

99 Limita ſecundo non procedere in liquidatione facienda & ſic in præambulo ad formam ritus ab hoc noſtro. 12. & 14. per doctrinam Bal. in l. reos columna 7. C. de accuſatio. in præparatorijs cauſarum admittitur procurator licet non admittatur in cauſis.

In oppoſitione quoque exceptionum dilatoriarum.

100 Limita tertio non procedere quo ad opponendas exceptiones dilatorias Gramat. (ſi is eſt) in d. conſilio 95. in cauſa columna pen.

Et aliarum exceptionum detegentium calumnias.

Limita quarto ut eodem conſi.col.ſi.Gramat. (ſi is quoque eſt) expendit non procedere quo ad opponendas exceptiones detegentes creditoris debitorisvè calumnias.

Poſt media admittuntur.

101 Limita quinto quod poſt media admittuntur procuratores ut

ritus

ritus 108.exprimit,media uerò quæ ſint declarat Bal.in l.ſeruum qui §. publice col. 2.ff.de procuratoribus.

In ruſticis fallit.

102 Limita ſexto non procedere in ruſtico qui ſimiliter cum ſuo procuratore perſonatim intereſſe uult Bal.in d.l.reos.4.col.

Rurſum ſi adeſt impedimentum iuridicum.

103 Limita ſeptimo non procedere ſi adeſt impedimentum Angel. in l.pomponius in ingreſſu.ff.de procuratoribus.

Item ſi procurator ſtipulatus eſt pro domino.

104 Limita octauo non procedere in procuratore qui ſtipulatus eſt pro domino Afflict.in conſtitutio.eos qui ſcienter.2.notabil.q.9.

Vel ſi ſpeciatim obligatur.

105 Limita nono quod poteſt exequi aduerſus procuratorem pro domino ſpeciatim obligatio.Bar.in l.qui bonam.§.non ſolum ad fi.ff.de damno infecto Bal. in conſi.110.decreto in pri.in conſi.181.quidam in 5. Afflict. qui in caſu ritus noſtri particulatim loquutus eſt in deciſ.64.quidam.

Quid ſi admiſſus ſit procurator.

106 Limita poſtremo loco quod procurator admiſſus, iudicium non infirmat parte haud opponente quia ſententia in procuratorẽ ferri poteſt.l.1.C.de ſententijs,ſcio quod in iudicio criminali ſuper eo pugna eſt implacabilis, uerum in eo ſententia ferri nequit in procuratorem l.fi.C.de iniurijs.

VIGESIMA QVINTA DECLARATIO.

Dominus agit ad formam ritus ex contractu procuratoris abſque ceſſione.

107 PArerga non erit opera illud aſſuere,quòd ritus quoque procedit in ijs qui per procuratores contrahunt Canar.in tractat. de exequutio. inſtrument. q. 39. Barz. in tractat. de inſtrument. guarentigiat.2.p.7.q.Bal.in conſi. 200. uerba in 2 in conſi.138. factum in 5. Alex. in conſi. præſtantiſſime in 7. & Afflict. in inconſtitutio. eos qui ſcienter 2.notabil.q.9.

VIGESIMA SEXTA DECLARATIO.

In tertium poſſeſſorem ſingularemve ſucceſſorem non agitur ad formam ritus.

108 Illud denique citra uitæ diſpendium omitti nequimus, ut ritus hic non procedat in 3.poſſeſſore ſingularivè ſucceſſore Ale. Socci.Iaſ. Aquens.Ripens.in l.pri.§.ſi heres.ff.ad trebellianum Iaſ. in l.quædam.§.nihil col.2.ff.de edendo.in l.ſi unus.§. ante omnia. ff. de pactis Barz.in tractat.de inſtrument.guarentigiat.p.p.9.q. Gramat. in conſi.ciuil.55.in cauſa nobilis.

VIGESIMA SEPTIMA DECLARATIO.

Fideiuſſores incluſi ſunt in hoc ritu.

109 Impingentes parti huic coronidem, adnotamus, & illud, quòd ritus hic loquitur etiam in fideiuſſores vt ipſe exprimit, idque a iure communi inſerpit Ale.Iaſ.Soc.Dec.Ripens.in l.1.ad finem.ff.ſi certum petatur. Iaſ. in l. fideiuſſor in princip. de legatis primo Aret. in l. alia.§.eleganter.ff.ſolut.matrim.

An poſſint opponere diſcuſſionem: Vel quod intercedatur eis actio.

110 Neque obijcere poteſt diſcuſſionem Barz. in tractat.de inſtrumen. guarentig.2.p.14.q.Corn.in conſi.109 uiſo in conſi. 136. præmiſſis in pri.an uero opponere poſſit quod actio ei intercedatur ſcias a Feli. Dec.in c.ex par.2.10.fallen.de officio delegati Bal.in conſi. 109.quilibet in 3.in conſi.500.caſus in 5.Alex.in conſi.20.ſi promittenti in 6. Dec.in conſi.27.examinatis in pri.

Quid ſi iudicium cęptum eſt cum principali.

111 Tempera pulchre quod iam cęptum cum principali debitore iudicium commutari nequimus ut ad fideiuſſores mox redeamus Gramat.in conſi.ciuil.170.Pridie.

Inſtrumentum fideiuſſionis ſeparatum a principale an ſit liquidum, & quando.

112 Illud uerò pro ſigillo huius partis docendum eſt, quòd inſtrumentum fideiuſſionis ab inſtrumento debiti ſeparatum eo etiam non liquente exequi poteſt Antonius ab Alex.col.4.Iaſ.Pen. in auth. ſiquis

in aliquo

in aliquo documento.C.de edendo Alex.2.Iaſ.4.Butticel.3.in l.ſciendum.ff.de uerbo.obliga.

113 Limitat Aquens. in d.l.ſciendum col. 2. non procedere quando inſtrumentum fideiuſſionis expreſſim diceret & prout apparet in inſtrumento debiti, & ſic ad eum uirtutem ſuam referret, Curt. denique in d.auth. ſiquis in aliquo documento col.4. limitat non procedere in inſtrumento indemnitatis eſtque Bal. documentum ut ipſe refert.

Sequenti parte quæ debitum creditumvè reſpiciunt pertractabimus.

TERTIA PARS EORVM QVAE CREDITA ac debita inſpiciunt

XXI. DECLARATIONIBVS perficitur.

PRIMA DECLARATIO.

Debitum ante ritum an potuit peti ad eius formam.

1 ATque illud affigamus primum, procedere ritum in debito ante eum contracto, Feli. in c. fi. col. 5. & item. 13. de conſtitutio. Caccialup. col. 49. Crot. 25. poſt Bar. & cęteros in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure Dec. ſolus in d. c. fi. col. pen. arma in diuerſum ſumit.

SECVNDA DECLARATIO.

Præſcribitur 20. annorum ſpatio, quin agi poſſit ad formam ritus.

2 SEd illud animaduerſione dignum eſt, ritum hunc procedere in debito uiginti annorum curriculo haud præſcripto, a die quo inſtrumentum incuſari potuit, idque ritus exprimit, ſtatim ſequens ad noſtrum, ratio eſt quia pęnalis actio uiginti annorum ſpatio præcurrit
3 famigerata. l. querelam. C. falſis, de qua abunde uideri poteſt Hiſpan. in praxi. c. 139. Balb. in tractat. de præſcriptio. 2. q. 2. p. p. Carrer. in praxi. §. circa nu. 368. & Boe. in deciſ. 26.
4 Et quoniam in ritum. 165. haud temere incidimus, quo locupletiores dimittamus ſtudioſorum aures, ſiquis lucubrationum mearum ſituitor (ut ſic dixerim) futurus ſit, eius explicationē ingrediamur. ſique in primis illud adnotauerimus in textu, ibi actionis natiuitate expoſitio leges accuſationis ut in ſationis ut in l. 1. §. pe. ff. de ſuſpectis tutor. in l. 3. §. fi. ff. de ſepulcro uiolato in l. presbiteri. C. de epiſco. & cleri.

Parte

Parte opponente.

Nunc declara.d.ritum varijs diuerſiſque modis, procedere primũ parte opponente Bar.in l.1.§.accuſationem.ff.ad Turpillian. in Labientem.col.fi.ff.de pœnis.

Fallit ſi facta eſt citatio eo interim ſuper tenore & præſentatum inſtrumentum.

5 Rurſus non procedere quando in uiginti annos inſtrumẽtum præſentatum ſaltem eſſet,parſque citata foret ſuper eius tenore, quia per oblationem libelli citata quoque parte præſcriptio.l.quærelam interrumpitur, ſecundum ueram opinationem de qua per Iaſ. in §. pænales. col. pen. inſtitutio. de actionibus Feli. Pariſ.in c.illud de præſcriptio.Aquens.in l.naturaliter col. fi. ff. de vſucapio.Balb. in tractat. de præſcriptio.4.fallent.4.p.3.p.p.

Item fallit ſi eo interim eſſet facta præuentio contra inſtrumentum.

6 Non procedere item quando aduerſus inſtrumentum præuentio facta eſſet nam eo quoque caſu præſcriptio interrumpitur ut in remedio.l.diffamari noſtratium præuentioni haud abſimili Aquens. concludit in d.l.naturaliter.col.9.& licet Feli.in d.c.illud col.6. contrarium ſtatuat.Opin.tamen.Aquens. tutior eſt ac uerior.

Poſt 20.annos agitur ordinarie.

7 Subinde poſt uiginti annos ordinariè agi poſſe, ritus haud obſcure exprimit,quod & Bar. placuit & cæteris in l.plane.ff.quo falſo tutore in l.1.ff.de his quæ in teſtamento delentur.Canat. in tracta. de exequutio.inſtrumen.q.56.

TERTIA DECLARATIO.

Debitum confeſſum includitur in hoc ritu.

8 ANimaduerſum id,enotatumque eſt ritum noſtrum procedere in debito confeſſo ut Marſi.in ſingu.484. ſi uerò,ſcitiſſime docuit & iterum poſtea adfirmauit quoque in rub. C. de probatio. col. 12.quicquid in ſingu. 135.quæro ipſiſſime effutitarit.

Atque Ange.in l.pen.C.de fideiuſſoribus loquitur in inſtrumento confeſſo ut Bal. ea. l. declarat, & quoque nos ſcripſimus in pri. p. 17.d.

QVARTA DECLARATIO.

Minimum debitum an includatur in hoc ritu.

9 NEc illud ignoratum velim, ritum hunc haud procedere in debito minimo Corſet.in tractat. de minimis.nu.161. Rom. in ſingu.93.dic mihi in conſi.320.Hæc iſtorum Curt. in tractat. de ſequeſtris.6.q.in fi. Puteus in ſindicatu uerſi. captura Gramat. in conſi. ciuil.17.Andreas,& eſt ritus ab hoc noſtro 21.quique explicauit quod eo caſu untię debitum minimum uel ſit.

10 Porrò,quid ſit minimum debitum minimavè cauſa iuris interpretibus quam uarie ſit arbitratum,uidere potes apud Iaſ.col,20.Vallens. 79.in l.imperium,ff.de iuriſdictio.omnium iudicum Corſe.in d. tractat.ab ingreſſu.

QVINTA DECLARATIO.

Intereſſe an includatur in ritu hoc.

11 ILlud haud quaquam relatu indignum eſt, ritum hunc non procedere in intereſſe Butr.Dec.in c.tranſlato de conſtitutio Dec. Iaſ.in l. ſi certi condictio.in principio.ff. ſi certum petatur Galliau l.in l. pri. in princip. columna 6.ff.de uerb.obliga.Sapia.in l. fi. columna 6. C. de edicto diui Adriani tollendo, quia intereſſe uenit ex tacita contrahentium mente ac legis conſtitutione. Bar. calculo in l. cum ſtipulatus. ff. de uerborum obligatio. & licet ex aduerſo, & quidem ſtrenue pugnent. Roma.in d.l.certi conditio.Barbat.Feli.in d.cap.tranſlato Dec. ſibi aduerſans.in l.cum quid.ff.ſi certum petatur Barz.in tractat. de inſtrument. guarentigiat. p. p.10.q.prior tamen opinat.(mihi crede) receptior eſt,& frequentiſſime uerior,in hoc præſertim ritu qui de tenore commeminit inſtrumenti, quando enim in ſtatuto fit mentio de tenore inſtrumenti non trahitur ad intereſſe Alex. Iaſ. in l. iuriſgentium.§.quod ferè ad finem.ff.de pactis. Feli.in d.c. tranſlato. col.3.Sapia in d.l.fi.col.6.& item in l.quamuis. C. de impuberum & alijs ſubſtitutio.

12 Tempera non procedere in intereſſe conuento Al.in l. 1. col. pen. de lega.2.Iaſ.in d.l.certi condictio.col.7.

SEXTA DECLARATIO.

Pœna conuenta an quoque incluſa ſit: Cautela ne unquam quis teneatur ad pœnam conuentam.

Iucun-

13 IVcundum relatu id quoque eſt, ut ritus neque procedat in pœna conuentionali, quod expreſſum eſt in ritu ab hoc noſtro. 2. §. nota quod ille ritus in fine, atqui ratio. d. ritus ammoſſitata eſt, neque uulgaris, quia hoc in regno de bono & æquo proceditur ut ſcripſi in tra-
14 ctat. de iudicio ſummarie. num. 101. cum ſequent. ubi uerò ad eum iudicatur modum, pœnæ conuentionales non exiguntur Ale. colu. 5. Iaſ. 7. fallen. 6. Socci. 3. Aquens. final. pri. fallen. Galliaul. 3. fallen. 2. in l. 2. §. item ſi facto. ff. de uerbo. obliga. Crott. quoque in 1. lect. famigerati. §. Cato col. 4. qui uerſutiam ſcribit haud prætermittendam, ne ad pœnam conuentam quis ullo modo teneatur, interrogetur (inquit) creditor ſi bonus uir eſt? per l. ubicumque. ff. de interrogatorijs actionibus, ſique fateatur quod non, punietur per. l. cognitio. ff. de officio præſidis, ſi uerò affirmet iam pæna euitabitur, quia uir bonus eam petere prohibetur Annan. in c. in ciuitate. 3. car. de vſuris.

Stilus S.R.C. penſitatur.

15 Atque ex ijs profluxiſſe arbitror. S.R.C. ſtilus ne ullo unquam caſu pęnæ conuentę condemnatio fiat, de quo præter Afflict. in deciſ. 135. quidam, ſcribit quoque Gramat. in deciſ. 58. magnifica Margarita.

Quid in quantitate promiſſa paleato pœnæ uocabulo.

16 Et quod dictum eſt in conuentionali pœna procedit, etiam in quantitate quapiam dolo promiſſa paleato pœnæ uocabulo Socc. col. 1. Iaſ. 3. Aquens. 2. Roui. pri. Crott. 4. pri. lect. pri. 2. lect. Butticell. 7. Galliau. 4. Ripens. 5. Alciat. 11. in d. §. cato.

Vel ſuggeſto nomine intereſſe.

17 Procedit quoque etiam ſi quantitas promiſſa eſſet intereſſe nomine ſuggeſto. Galliaul. in d. §. item ſi in facto. 7. fallen. qui Bal. citat in l. cum allegat. col. 3. C. de uſuris.

SEPTIMA DECLARATIO.

Extimatio rei peremptę num includatur in hoc ritu.

18 CAeterum ex ijſque iam adſtruximus, illud conſequutione quadam nolle debemus, ritum neque procedere in extimatione rei peremptæ, quia ſtatutum loquens de inſtrumenti tenore non comprehendit fictum uel tacitum eo latens. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. quod ferò. ff. de pactis Feli. in c. tranſlato. columna 4. de conſtitutio. Sapia. in l. fi. col. 6. C. de edicto diui adriani tollendo & iterum in l. quamuis. C.

de impuberum & alijs ſubſtitutio.atque Barz. in tractat.de inſtrum. guarentigiat.p.p.10.& 11.q.ac Bar.quem citat.in l.Iulianus.ff.de confeſſis interpretari ſoleo, quando inſtrumenti tenorem ſtatutum haud penſitauerit.

OCTAVA DECLARATIO.

Quid in extimatione quantum plurimi.

19 HVic adnexum eſt, ritum non procedere in extimatione quantū plurimum Corn.in conſi.141.licet col.3.in 3.propterea. Alex. in conſi.210. ponderatis in 6.l.uinum.col.11.ff.ſi certum petatur Canar.in tracta.de exequutio.inſtrument.q.55.Barz.in tracta.de inſtrument.guarentigiat.p.p.10.q.intelliguntur quando ſtatutum non faceret mentionem de inſtrumenti tenore.

NONA DECLARATIO.

Conditionale debitum includitur in hoc ritu, purificata ac liquidata conditione.

20 NVnc illud amplius quod uaria ſcrutando excerpſimus, ritus hic procedit in debito conditionali, purificata iam conditione Salic.Aret. Alex.Iaſ.Socc. Antonius ab Alex. Dec. Ripens. in l. in illa.ff.de uerborum obligatio.Alex. Iaſ. Aquens.in l.ſi.§. pri.ff.de uulgari & pupillari Are.Aquens.in l.ſi mihi & tibi. §. pri. de legatis. pri. Aret.in l.ſi.§.ſi.ff.de uerborum obligatio.Iaſ.in l. final.§.1.de uulgari & pupillari.

21 Temperant præfati procedere eius liquidatione facta, quibus adſtipulantur Alex.in conſilio 119. uiſo in primo in conſilio 90. uiſo in 3.in conſi.20.uiſo in 6.Corn.in conſi. 156. uidetur in pri. Dec. in conſi. 46. conſideratis in conſi.107.in cauſa in pri. Capic. in deciſio. 48.in cauſa.

DECIMA DECLARATIO.

Temporaneum debitum coquoque incluſum eſt.

22 ILlud fuerit auctarij uice, ritum quoque procedere in debito ad tempus aduento iam die Sali.Aret.Alex.Socc.Antonius ab Alexa. Iaſ.Dec.Ripens.in l.1.ff.ſi cer.peta.

Limi-

23 Limitat ripens.poſt Ange.quando in inſtrumẽto pactio eſſet quod creditor in tempore certiorabit debitorem in l.ita ſtipulatus col. 5. ff. de uerbo.obliga.

24 Atque illud aduertendum quod liquidatio non requiritur quando ex inſtrumento dies patet Ripens.in l.in illa col.3.ff. de uerborum obliga. Ale.in conſi.95.in cauſa in primo.

Agi an ualeat ante tempus vt exequatur poſtea.

25 Hic quęſtionis nubilum commouetur,an temporaneus creditor ſuper inſtrumenti tenore debitorem antea impetere queat, ut poſt tempus exequatur? Alex. primus ſcripſit quod non in d. conſi.95. Ripens. uerò eum laceſſitus eſt in d. l. in illa columna 4. l. ita in ſtipulatus columna 27. ff. de uerborum obligatio, Ex aduerſum Alex. tuetur Afflict. in deciſ.279.pluries & huic propter eius authoritatem ſubſcribo.

VNDECIMA DECLARATIO.

Dotale debitum an includatur in eo ritu.

26 ILlud uerò adieciſſe non fuerit opinor parergon, ritum procedere in dotali debito quando uir ad dotes tacita conditione non obſtãte agit ſi matrimonium ſequatur,uel quando uxor ſibi dotes reſtitui expetit tacito tempore, minus officientes quod ſoluto demum matrimonio petantur Iaſ.in l.2.§.creditum col.2.ff.ſi cer. peta. Ripens.in l. in illa col.4.ff.de uerborum obligatio.Anchar.in conſi.119. pluribus Corn. in conſi.112.uiſo in pri. Barz.in tracta.de inſtrumen.guarentigiat.2.p.2.q.

Inſtrumentum dotis an probet matrimonium.

27 An uerò dotis inſtrumentum probet matrimonium? Res eſt non parui negotij & longa diſtinctione illud fatentur Roman.in ſingul. 446. num quid Feli.in c.illud de præſumptio.Cur.in Auth.ſiquis.in aliquo documento.C.de edendo & alij ab ipſis excitati, ego id quod ad inſtitutum refertur conſtitutum uolo,inſtrumentum dotis commune faciens matrimonium contractum eſſe hoc ſatis probare ad finem exigendi dotes,quod ſupprefati haud negligenter Docent.

DVODECIMA DECLARATIO.

Debitum ex delicto includitur in hoc ritu.

28 ADdamus præterea illud auctarium, ritum procedere in debito ex delict. Aret.col. 5. Alex. 10. Antonius ab Ale. 9. Socc. 6. Iaſ. 8. Dec. 6. 2. Lec. Ripens. 16. in l. 1. ff. ſi cer. peta.

DECIMA TERTIA DECLARATIO.

Debitum item ex nuda pactione.

29 EXciderat penè quod minime fuerat ſilentio inuoluendum ritum procedere in debito ex nudo pacto Canar. in tract. de executio. Inſtrument. q. 26. Caccialup. in tracta. de pactis. q. fi. 3. notabil. Barz. in tracta. de inſtrument. quarentigiat. 2. p. 12. q. Butticell. in rub. ff. de uerborum obligatio. col. 9. Ale. in l. bonæ fidei. 6. de pactis Iaſ. in l. legitima in l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pactis controuertunt haud ignauiter.

Ius iurandum parit actionem in nuda pactione.

Dec. in d. l. in bonæ fidei illud ſine controuerſia inquit procedere quando ſtatutum ad noſtri ritus formam inſtrumenti exequutionem præbet, horumque opinationem intelligit quando contractibus exequutionem conſtitutio indulget. Atqui ius iurandum operatur ut nuda quoque pactio pariat actionem Iaſ. in d. §. ſed cum nulla. 13. fallen. in §. in perſonam col. pen. inſtitutio. de actionibus Alc. col. fi. Bulgari. 3. Aquens. item final. Galliaul. 14. in rub. prædicta de uerborum obligatio. Ale. in l. legem in fi. C. de pactis Alexan. Ant. ab Alex. Iaſ. Aquẽs. Purpurat. Cagno. in l. ſi quis maior. C. de tranſactionibus Feli. & Fortun. in c. 1. de pactis Caccialup. in tractat. de pactis final. q. Bauer. in tractat. de uirtutibus iuramenti num. 34. Silua. in tracta. de iure iuran. 3. p. pri. q.

Obligationes cum nuda pactione calore iudicij ueſtiuntur.

Hoc quoque idem eſt in iudiciarijs conuentionibus, quas obligationes noſtri uocant, quia in iudicio actionem nuda pactio parit ſecũdum ueram & communem ſententiam de qua per Iaſ. in d. §. ſed cum nulla fallen. 9. in d. §. in perſonam col. pen. Ale. colu. 2. Aquens. pri. Alcia. 4. Butticell. 3. in plus ſemel citata rub. de uerborum obligatio. Socc. 2. Alex. 3. Iaſ. 5. Crot. 6. pri. lect. Galliaul. 9. Alciat. 3. Butticell. 5. Aquens. pen. Ripens. 4. in l. 1. eodem tit. Soc. Iaſ. Dec. Cur. in l. pacta nouiſſima C. de pactis Socc. Iaſ. Dec. Cur. in l. ſiue apud acta. C. de tranſact. Feli. Fortun. in d. c. 1. de pactis Caccialup. in tract. de pactis. q. final.

DE-

DECIMA QVARTA DECLARATIO.

Debitum abſque cauſa incluſum in hoc noſtro ritu.

32 ID aſſidue expendendum animo eſt, ritum procedere in fine cauſa debito Canar. in tracta. de exequutio inſtrument. q. 26. Barz. in tractat. de inſtrument. guarentig. 2. p. 10. q. Ale. in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliberandi Iaſ. in l. ſi maior uiginti. C. de repudianda hæreditate Feli. in c. ſi cautio col. 4. de fide inſtrumen. Cur. in l. pacta nouiſſima col. 3. C. de pactis.

Iuſiurandum ſupplet cauſam in contractu.

Atque illud uerum maxime eſt quia in contractibus cauſam ius iu randū ſupplet Marſi. in l. 1. §. prætetea. col. 16. ff. de quæſtionibus Cac cialup. in l. admonendi col. 14. ff. de iure iurando & alij ab ipſis haud parum multum relati.

Obligationes abſque cauſa ualidę ſunt uide infra nu. 39. hac l.

Illud ſciendum amplius, quòd in iudiciarijs conuentionibus, quas obligationes nuncupamus cauſæ expreſſio non requiritur quia calor iudicij eam ſupplet, Ale. Anto. ab Alex. Iaſ. Dec. Cur. cæterique in d. l. pacta nouiſſima.

Obligationes calore iudicij habere exequutionem paratam.

Et (ut ad legendum noſtris initiati theletis adlibeſcant) ſubnotan dum & illud quod obligationes prędictæ iudicij caliditate ignitę promptam habent exequutionem Iaſ. in l. quæ de legato col. 3. ff. de legatis. 1. in l. quod tale pactum. §. qui prouocauit col. fi. ff. de pactis in l. fi. columna C. de edicto diui Adriani tollendo Dec. in l. in bonæ fidei col. pen. C. de pactis in auth. ſiquis in aliquo documento col. 2. C. de eden. Afflict. in conſt. dilationem. 3. notab. in deciſ. ſi uno & eod. Cagn. in l. in teſtamento nu. 10. ff. de reg. iur. Boer. in deciſ. 295. computus in 2.

Quando dicuntur fieri in iudicio.

Verum in iudicio. d. obligationes receptæ intelliguntur quando iu dice præſente ab actuario aſſumuntur Bal. Sali. Roſac. in l. pe. C. de liberali cauſa Bal. Ange. in l. pe. C. de fideiuſſo. Ale. in Bar. addictamentis. l. 1. C. de confeſſis in l. ſi confeſſus. ff. de cuſtodia reorum Ange. in conſ. 296. exthemate.

Quid ſi fiant extra, iudicis mandato.

37 Idem eſt ſi mandante iudice accipiantur Roſac.in l. ſi ſine.§.1.in l. totiens col. fi. ff. de interrogatorijs actionibus. Afflict. in deciſ. 135. quidam.

Quid ſi fiant in alio loco præter ſolitum.

38 Neque officit d.obligationes receptas eſſe præter conſuetum iudicij locum modo iudice fiant præſente Anſñan.in conſi. 85. intentio.

39 Quod demum ſcripſerimus, obligationes abſque cauſa prompte exequi poſſe Venafran.in conſi.129.oritur intellexit procedere in cõfeſſione tantum,non in promiſſione,quod ſi uerùm eſt (ſuum enim locum huic.q.reſeruamus)pro traho idem eſſe in inſtrumenro.

DECIMA QVINTA DECLARATIO.

Debitum ex tacita ſtipulatione uel hipotheca includitur in hoc ritu & quando.

40 SEd inſtitutum repeto,ſi illud adiecero,ritum procedere in debito ex tacita ſtipulatione mutaque Hipotheca Bal.nouel.in l. 1. col. 19.& item 20.ff.ſoluto matrimonio & iterum in tracta. de dote.6.p. 2. priuil. & item.7.Aret. Iaſ.in §.fuerat inſtitutio, de actionibus Ale. in l.iuriſgentium, quod ferè. ff. de pactis Iaſ. in l. cum filiusfamilias col.3.ff. de uerborum obligatio.in l.certi condictio col.7.ff. ſi certum petatur Sapia.in l.fi. col. 7. C. de edicto diui adriani tollendo Barba. in l.cum acutiſſimi col. 15.C.de fideicommiſſis in rub. C. qui admitti. col. pen. in c. translato ibi quoque Feli. de conſtitutio. Iaſ. in l. ſi duo.§.Marcellus.ff.de iure iurando Dec.in d.l.certi condictio.col. 6. Galliaul.in l. 1.col.item.6.de uerbo.obliga.

41 Limitat Ancha.non procedere in remedio.l.ſi coſtante ſoluto matrimonio ita ipſe ſcribit in conſi.19.pluries.2.dubio.

42 Quod pulcherrime ſublimitant niſi ſtatutum nuncupatim loquetur in dotali inſtrumento Bal. Ange. in l. ubi adhuc.C.de iure dotiũ.

43 Atque item ſublimitat Cor. niſi reſtitutio dotis eo caſu conuenta eſſet expreſſim in conſi.112.uiſo in pri.

44 Bal.uerò nouell.eis in locis ac in poſtrema.d.tracta.p.14. q. inquit non procedere aduerſus tertium poſſeſſorem ſingularemque ſucceſſorem,ſed hac in re abunde ſcripſimus in 2.p.26.d.

DECIMA SEXTA DECLARATIO.

Quid in debito ex pactione ſtatim hærenti inſtrumento.

Sed

45 SEd Rogo te audi quid uenati ſumus, ritum non procedere in debito ex pactione ſtatim hærenti inſtrumento cum iure iurando uel pęna Caccialup.in tractat.de pactis.6.q.col.14.

DECIMA SEPTIMA DECLARATIO.

Item quid in debito ex reconductione ad formam . leg. legem . cap. locati?

46 COmpari ratione fieri creditum eſt, ne Ritus procedat in debito ex recōductione ſub intellecta ad formam. l.legem.C.locati, Canar. in tractat.de exequutio.inſtrum.quæſt.44.Feli.Dec.in ca.tranſlato de conſtitutio.Iaſ.in leg.certi condictio.colu.7. ff. ſi certum petatur Galliaul.in l.pri.col.6.ff.de uerb.oblig.Cagnol,in l.lecta.nu. 103.ff.ſi certum petatur.

DECIMA OCTAVA DECLARATIO.

Debitum ex contractu nullo, inſtrumento ualido an & quando includatur in ritu.

47 ID prorſus cenſerem dictu incredibile, ni Bart.lectio compar nobis miraculū ſuggereret, ritum procedere in debito ex contractu nullo Alex.poſt eum Soc.Iaſ.Crott.Aquens.Alciat.Butticell.Galliaul.Bal.nouell.Ripens.in l.pri.§.ſiquis ita de uerborum obligatio. Alexan.Iaſ.Aques.in l.ſi ita ſtipulatus.§.griſogonus eodem titu. Alex.Iaſ. Dec.in l. certi condictio.§.ſi numos.ff. ſi certum petatur Corn. in conſil. 241. uidetur in tertia.Tiraquell.in tractat.de conſtituto.3. p. 7. limitat.numero 25.& in retractu titu.pri.§.2.glo.pri.in princi.

48 Temperant procedere in Ritu noſtro qui de inſtrumento loquutus eſt, ſecus eſt quando ſtatutum loqueretur de debito Alex.Iaſ.in d.§.ſi quis ita.

49 Temperat Iaſ. quoque ibi non procedere ſi omnem deiceret nullitatem .

50 Atque temperat Barz.in tractat. de inſtrument. guarentigiat. p.p.q. 6.non procedere quando nullitas contractus eſſet ex impoſſibilitate naturæ uel iuris.

51 Temperat.4.Abb.in conſi.64.uenio. col.pen.in 2.relatus à Ripens. in d.§.ſi quis ita non procedere quando ex inſtrumenti figura infirmitas contractus liqueret.

52 Poſtremo temperat non procedere ſi ſimultanee exequutio ex inſtrumen-

ſtrumento exque confeſſione ei adnexa peteretur Roman.in conſil. 294.Hæc confeſſio.

DECIMA NONA DECLARATIO.

Debitum certum, certius tamen ſoluendum per calculationem includitur in hoc ritu.

53 ILlud ex abundanti demum adiecerimus, ritum hunc procedere in debito licet promiſſo tamen reſoluendo per calculũ poſteà faciendum Soc.Dec.in l.pen.ff.ſi certum petat.Soc.in l.quibus diebus.§.quidam ticio.ff.de condictio.& demonſtratio.

VIGESIMA DECLARATIO.

Debitum referens ſe ad aliud includitur in eo ritu, liquidato illo alio debito.

54 ILlud quoq; ſubnotabo,ab erudito quod aiũt puluere non ita diſparatum,ritum noſtrum procedere in debito propendente ab Altero eique ſub nixe referenti,modo,& de Altero hoc quoque conſtet Alc. col.fi.Soc.2.Ant.ab Alex.6.Iaſ.5.Dec.8.Aquens.fin.Cur.2.in auth.ſi quis in aliquo documento per illum tex.C.de edendo Fel. 16.Dec.13. Pariſ.43.in c.quoniam contra falſam de probati.

55 Hic referri poſſet quòd de libello referente ſe ad inſtrumentum ſcribunt Alex.Iaſ.Ant.ab Alex.Soc.Gozzad. Corn. Aquens. Purpurat Curt.Ripens.in l.edita.C.de edendo Fel.col.final.Dec. pen. in ca.pri. de probatio.

Niſi de eo teſtetur tabellio.

56 Limitant ſcribentes bifariam niſi tabellio in inſtrumento teſtaretur relatum uidiſſe digitoſque(ut dici ſolet) in ieciſſe Alex. fin.Iaſ.5. Dec. 8.Aquens.fin.4.fallent.Cur.2.in d.auth.ſi quis in aliquo Feli.Dec.Paris.in d.quoniam contra falſam de probatio locis ſupra deſignatis Iaſ. in l.iuriſgentium.§.quòd ferè col.11.de pactis Afflict.in deciſ.273.in quadam Boer.in deciſ.281.uenditio in 2.

Et niſi relatio fiat in eoſdem.

57 Secundo niſi relatio ſit in eoſdem.leg.optimam.C.de contrahenda ſtipu-

ſtipulatio & licet ille tex. euitari poſſit ut per Dec.in d.auth.ſiquis in aliquo documento.8.col.pri.fallent. illam tamen limitationem ut frequentius receptam, exulſtant.Alex.col.fina.Iaſ.pen.pri.fallent.Ant.ab Alex. 4.4.item falle.Aquens. pen. pri. fallent. Cur.3.4. fallent.pro eo eſt quia referens.plene probat quando per ſe ſufficiens eſt ad cauſandam relati obligationem Ant.ab Alex. 3.fallent Iaſ.2. Aquens.3. Cur. item 3.in ſçpè relata auth.ſiquis in aliquo documento.

In his quę tempore ferentis fieri ualeant.

58 Verum hanc limitationem Bar.iuris Ariſtotechna (ut Pindari uocabulo utar) eiuſque aſſeclç eodem fermè loco Bifariam quoque extenuant primo in his quæ tempore referentis fieri queunt Anto. ab Ale. colum.4.uerſi.quod intellige ſecundum Bart. Dec. 2. fallent. Aquens item.2.Iaſ.col.pen.uerſi.intellige ſecundum Bart.Curt.col.4.uerſicu. iſtam quartam fallent.

Et ſimus in perſonis quæ libere poſſunt diſponere.

59 Secundo in perſonis quæ diſponere libertate eorum poſſunt Antonius ab Alex.4.col.uerſi.item intellige Iaſ.Pen.uerſi. ſecundo intellige Dec.3.fallent.Curt.col.4.uerſi. 2.limitat Bart.

Atque uidere quoque potes Alex. Iaſ. Aquens Crott. Butticell.in l. ſciendum.5.in oppoſitio.Bart.ff.de uerb.oblig. à quibus infinita prope mutuabis ijs deſeruientia.

60 Sunt item qui extenuant.d.limitationem, non procedere ad probãdum id quod refertur ſi in iudicio principaliter aduocetur Iaſ.in Auth. ſi quis in aliquo documento col.final.uerſi.ultimo. Bart.limita. Curt. 4.uerſi.ſed ſuper omnia Dec.4.fallent.Aquens.in d.l.ſciendum col.8. expendunt ad hoc Matheſil.in ſingul.79.nota.

61 Idque Aquens.obtundit non procedere ſi tabellio teſtaretur uidiſſe manuſque in ieciſſe in ſepiſſimè Allegata Auth. ſi quis in aliquo documento col.final.4. fallent. adquem ſenſum recipit, Speculat.documentum in tit.de inſtrumenti editione.§.reſtat uerſi.pen.de quo pleraque concinunt a nobis relati ſupra hac.d.nu.

VIGESIMA PRIMA DECLARATIO.

Liquidum debet eſſe debitum ut exequi poſſit ad formam ritus.

62 SEd enim Iamiam coronidem impoſiturus facturum me operę pretium ſum opinatus, ſi illud adijciemus, ritum noſtrum procedere in

in debito ex inſtrumento liquido Bal.in conſi. 99. præſuppoſitis in 5. Corn.in conſi.112.uiſo in pri. Alex.in l. pri. colum.5.de legatis. 2.in conſilio 25.uiſo in conſil. 188.viſo in 2.conſil. 90. viſo in tertia. Gramat.in conſil.crıul.58. Magnifica Margharita & alij Alibi ſæpe.

63 Et quoniam liquidationis tractatio tum ſubtilis,tum uerſatilis quoque eſt,quo pleniori obſequio demereamur legum noſtrarum candidatos,ne omnino uideantur aſimboli noſtro beneficio,quæ uaria nobis lectione comperta ſunt, non grauabimur breuiſſime ſuperioribus aſſuere.

Liquidatio a liquere dicitur. Liquidum quid.

Liquidatio dicitur à liquere idq; conſtare eſt,ut gloſſarius inquit in l.ſi de meis.§.final.ff.de arbitris pro eo ſunt.l.aliàs. ff.de iure iurando. l.ſi prætor.§.Marcellus.ff.de iudicijs.leg. pomponius.ff.de re iudicata, qua de re liquidum dicitur inſtrumentum quãdo clarum certumque eſt Barz.in tract.de inſtrumen.guarentigiat.p.p.2.q.in pri.dubio Cor. in conſi.235.videtur in 3.

Liquidationis origo antiquiſſima. Et Gellij locus enarratur.

64 Porrò huius uocabuli uehiculum antiquiſſima lege defluxiſſe traditum eſt, quia (ut Aſcon. pendian. author eſt fideliſſimus) Romæ cum actoris ius compertum non haberetur, minuſque conſtaret ſcædæ punctatis litteris iudices inſcribere ſolebant. N. L. urnæque qua ſententiæ colligebantur,immittebant, quibus litteris deſignabant eis non liquere.

65 Qua opera enarratur Gell.locus lib.14.cap.2.quo non paucos frontem corrugaſſe ſcio,propterea inquit iuraui mihi non liquere ideſt Vrnæ ſchedam N.L.delineatam immiſi.

In liquidum quot modis.

66 Atque inliquidum debitum (ut intelligentiæ lineas quandoque ducamus) quatuor fermè eſt modis. Primo inſpecta re debita quæ incerta eſt ſi intereſſe deberetur,uel extimatio,ſecundo conſpectis perſonis quæ inſitæ ſunt creditoris debitoriſque ut in hærede creditoris,ac debitoris,ceſſionario,procuratore, creditoris creditore, & huius generis talibus. Tertio conſiderato contractu qui propendens eſt, ut in contractu condictionali,uel temporaneo, & in contractu dotis, Rurſum in contractu ultro citroque promiſſorio, qui ſub ea tacita con-

ditione fieri cenſetur ſi obſeruabitur quòd ab altero promiſſum eſt, per regulam quòd frangenti fidem fides frangetur eidem leg. qui fidem.ff.de tranſactio.l.ſollicitationem.C.de donatio. ante nuptias,declaratq; in his ſpeciatim terminis Corn.in conſil.297.in conſilijs in 3. poſtremo debitum eſt inliquidum reſpectu inſtrumenti quod refertur ad aliud inſtrumentum,eoque incertum redditur & obſcurum.

Inſtrumentum liquidandum an exequi poſſit ad formam ritus.

67 Et ut pauca quæſtionum capita attingam iam omnium primo hoc de liquidatione exquiri ſolet ſi Ritus hic procedit etiam in debito per extraneas probationes liquidando.

In qua re fori celebres uirique in patrocinijs exercitati ſedendum diutius,ac maximum eſſe dubium arbitrantur.

Sunt qui contendunt quòd non,per Ritum huic noſtro ſubſequentem,qui non obſcure inquit quòd ritus noſter interpretari debet in inſtrumento per ſe liquido abſque liquidatione per extrinſecas perſonas facienda.

Aduerſus eos ſunt & alij multo plures qui acrius pugnant, quòd ſic, quia Ritus ſequens diſponit quòd Ritus noſter regulariter intelligi debet in inſtrumento per ſe liquido ſine alia liquidatione facienda, poſtea regulam obtundit,& limitationem ſubdit , niſi liquidatio fieret per aliud inſtrumentum dum ait, poteſt etiam fieri interrogatio quando eſſent plura inſtrumenta quorum unum eſſet liquidum per reſpectum ad aliud,& quando ſubnectitur exemplum hæredis explicari debet ut d.limitatio præterquam in hærede generatim quoque procedat,quia Regulam exempla non reſtringunt inſtitutio. degradibus.§.hactenus cum talibus.

Adduntque ꝙ poſtea in ritu 282. diſpoſitio illius ritus quòd liquidatio fiat per inſtrumentum emutatur,& ibi denuo recipitur altera obſeruatio,ut per teſtes quoq; liquidatio fieri ualeat,& licet ille quoq; ritus loquatur in hæredis liquidatione,tamen gratia exempli id affertur, vel quia frequentior eſt hæredis liquidatio.

68 Ego horũ cõtrouerſiam complacare ſoleo diſtinctionis fœdere aut liquidatio prõptè fieri poteſt ulla abſque difficultate , & Ritus noſter procedit etiam in inſtrumento iam iam liquidando,quia inſtrumentũ de breui liquidandum liquidum de ſe quoque cenſetur Corn. in cõſi. 223.uidetur in 2.Alexand.in conſil. 101.ſuper in quarta, Capic.in deciſ.48.in cauſa,aut liquidatio exquirit temporis ſpatium & difficultatis diuerticula, & in inſtrumento liquidando Ritus (meo quoque ſenſu) non procedit.

Liqui-

Liquidatio an poſſit fieri in proceſſu exequutionis.

69 Id etiam quæri ſolet, an liquidatio poſſit fieri in proceſſu, & electro clarius eſt de cõmuni iure quòd ſic, Canar. in tract. de exequutio. inſtrument. q. 74. Barz. in retract. de inſtrument. guarentigat. p. p. 2. q. Roman. in conſil. 76. in cauſa in conſil. 2 1 1, allegationes Iaſ. in l. pri. ff. de edendo.

In regno autem liquidatio debet fieri a principio, quia ut Barz. eo loco uerſi. & hoc intellige, inquit, ubi ſtatutum requirit quòd inſtrumentum ſit liquidum, liquidatio debet fieri à principio, Ritus noſter diſquirit quòd inſtrumentum ſit liquidum ut patet in ritu ſequen. in ritu item à noſtro 4. & iterum 20.

70 Sunt qui dicunt quòd ſi petita eſt exequutio liquidatis liquidandis & ultro proceſſum eſt, tunc liquidatio poteſt fieri in proceſſu Corn. authoritate in conſi. 1 56. uidetur in primo.

71 Ego Cenſeo quòd liquidatio intereſſe fieri quoque poteſt in proceſſu ante exequutionem, per l. 2. & ibi Bart. C. de ſententijs quæ pro eo quòd inter eſt, de qua per Cagnol. in Rubrica. Col. 3. in leg. prima col. penultima. C. de eo quòd inter eſt in leg. quatenus numero. 28. ff. de regulis iuris. Ad hoc pondero Ritus ſupra ſcriptos, qui expetunt, inſtrumentum liquidum non debitum, atque appellatione inſtrumenti non continetur intereſſe in inſtrumento latens Dec. in cap. tranſlato col. 2. uerſi. mihi uidetur de conſtitutio. in l. certi condictio col. 4. ff. ſi certum petatur.

Liquidatio fit ſine ordine iudicij.

72 Atque illud amplius ambigi ac dubitari ſcio, an in liquidatione iudiciarius ordo requiratur, & Regulatim dicendum eſt quòd nõn, Canar. in trat. de exequutio. inſtrument. 14. q. Corn. in cõſi. 1 56. uidetur in tertia.

Citatio requiritur.

73 Verum citatio quęſita eſt, ut Barz. in tractat. de inſtrument. guarentigiat. inquit. p. p. 2. q. atque illud fallit in liquidatione inſtrumenti in liquidi ex parte perſonarum ut in 4. p. dicetur. d. ſi.

Dilatio probatoria.

74 Dilatio quoque probatoria præfigenda eſt in qua reæ partis exceptiones etiam recipitur Canar. in dicta 4. quæſt. Caccialup. in l. admonendi.

ndi.20. colum. ff. de iureiurando Marſil.in ſingul. 148. ęqualitas.

Et Sententia.

75 Sententia denique exquiſita eſt Barz.in d.2.q. in fi.& Alex.in l.pri. col.5.de legatis.2.eſtque Ritus a noſtro 15.

Liquidatio fit per omne genus probationis.

76 Ne denique illud intercidat,hic implantabimus, de communi lege liquidatio poteſt fieri per omne probationis genus Barz. in d.2.q.pau lo ante ad finem Corn.in conſi. 235.uidetur in 3.

In Regno eſt Ritus ad noſtrum ſequens, qui inſtrumentariam probationem excupit,ſed ritus 282.per teſtes probationem admitit,Ritus denique ab hoc 15.omne probationis genus nũcupatim recepit, quę uerò propriæ probationes dicantur ad huius noſtri ritus ſubſidium, exquire A feli.Dec.& alijs in rub.extra de probatio. ubi de confeſſione ac de iure iurando, quod ſuppletorium uocant.

QVAR-

QVARTA PARS EORVM QVAE Exequutionis proceſſum conſpiciunt.

XX. DECLARATIONIBVS ABSOLVITVR.

PRIMA DECLARATIO.

Iudicium exequutionis inſtrumentorum eſt extraordinarium.

LIbet hac parte de exequutionis iudicio contractare, uerum enim uero ſcire oportet primum, quód proceſſus exequutionis ad huius noſtri ritus formam eſt iudicium extraordinarium, ita pūctatim nominatur à Rituum collectore in huius noſtri ritus Epigraphia, Porrò extraordinarium dicitur uel quia iudicis officio proceditur ſcilicet cum filiofamiliàs. ff. ſi cerrum petatur ubi poſt gloſſarium ſcribunt Alexan. Iaſ. Dec. cæterique: uel quia in eo iuris ordo haud ſeruatur ut in Rubrica extra dę iudicijs poſt Bald. explicant Feli. Dec. Ripens Atq; in proceſſu exequutionis ad huius ritus dictamen ex officio proceditur Barz. in tract. de inſtrument. guarentigiat. p.p.ſi.q. neq; iuris ordo quæſitus eſt, & ibi quoq; teſtatur Barz. ac. p. 4. q.

Cępto iudicio ordinarie an poſſim redire ad extraordinarium hoc.

3 Sed heus tu, ingerit ſe ſe quæſtio haud quaquam ex triuio, An cępto ordinario iudicio redire poſſumus ad extra ordinarium Canar. in tractat. de exequutio. inſtrum. q. 46. Gramat. in conſi. ciuil. 91. in cauſa col. pen Bal. item ac reliqui à Firmian. relati in Lexicon, in verſi. guarentigię exequutio nu. 30. inquiunt quòd non. In diuerſum aliàs mihi factitatus eſt Roman. in conſi. 133. in præſuppoſito qui gloſſegraphum legat in clem. ſæpe uerſic. partibus de uerborum ſignificat.

illud

illud probantem quando partes cōueniunt de redeundo ad extraordi narium iudicium.

Ego cenſeo quod id ſi partes conſentiunt, rediri poteſt, ſi uero pars reſiſteret contraque diceret haud dubie cępto uno iudicio non poſſum ad aliud redire.

SECVNDA DECLARATIO.

Citatio ſuper tenore & eius requiſita.

4 IAm contexere pergamus iudicium hoc extraordinarium, fiatq; imprimis citatio, ita enim expoſtulat ritus cui & eius commune renidet Canar. in tractat. c. le exequutio. inſtrum. q. 43. Barz. in tract. de inſtrument. guarentigiat. 2. p. 3. q. Marian. in tract. de citatione 7. articul. pri. regul. 19. fallent.

Iudicis nomen. Atque eius miſſio.

5 Atque fraudi erit opinor non attendiſſe citationis requiſita: primo iudicis nomen diſquiritur adquem aduocatur ut in conſtitutio. edictorum Affli. ibi. 8. notabil. & in conſtitutio. dilationes. 8. item notabil.

6 Secundo præceptum iudicis ſeu cōmiſſio de citando ut in conſtitutio. in ciuilibus ibi baiulos citari faciat, euidentiusq; in pragmatia 2. ibi cōmiſſione præcedente, de eo abunde ſcribunt Fel. col. 10. Ripens. 15. in c. pri. de iudicijs Feli. 8. Dec. 9. Pariſ. 17. in c. quoniam contra falſam de probatio. Aret. Iaſ. in §. quadrupli inſtitutio. de actionibus Marian. in tractat. de citatione. 11. articul. Alciat. in tractat. de præſumptio. 14. regul. 13. præſumptio. Tiraquell. in retractu. titu. pri. §. 8. gloſſ. 9. numero 20.

Citantis nomen.

7 Tertio citantis nomen ut in d. conſtitutio. edictorum in d. conſtitutio dilationes utrobique Affli. d. 8. notabil. cui Addere (ſi uis) potes Marian. in tract. prædicto de citationibus 20. Art. 9. q.

Inſtantia partis.

8 Quarto partis inſtantia, hoc eſt quòd inquit pragmatia. 2. citari faciat, euidentiuſque conſtitutio. in ciuilibus ibi ad petitionem agere uolentis deq; eo ab ouo (ut dici ſolet) ſcribunt Feli. col. 9. Dec. 12. Ripēs 16. in c. de iudicijs Ale. 8. Bolognin. 17. in l 4. § iulianus. ff. de damno infecto Marian. in tract. de citationibus ſæpicule citato. 7. Aret.

Citandi nomen.

9 Quinto citandi perſona ut in conſtitutio. edicto rum Affict. ibi. 8. notabil.& in conſtitutio.dilationes. 8.item notabil l. quòd in unum de creta aduerſus alium exequi nefas eſt,ei tamen & ſ i ſubrogatur rota in antiquis 439.nota.

Atque ſufficeret nomen citandi exprimere in p artis inſtantiam Fulgoſ.in conſi.circa 183.Marian.in tracta.plus ſem el. relato de citationibus 5.Aret.31.q.14.q.

Nuncio committatur.

10 Sexto quòd cōmiſſio de citādo fiat apparitori ſeu nuncio ut in conſtitutio.in ciuilibus hic eſt de quo inquit ritus.111.& iterum 113.officiali publico, nam nuncius ſeu apparitor officialis publicus eſt Marian.in ſæpicule allegato tractat.de citationibus. 9.Aret. uerum eo in ritu non excluditur quin citari poſſit per iudicem ipſum, nam officialis iudex quoque eſt, idque idem probat conſtitut. edictorum ibi per bonum ciuem,Nam bonus uir iudex appellatur ut inquit gloſſematicus ideſt l.pen.ff. de procur. & alibi ſæpe.

Nuncij nomen an exprimendum.

Atqui exprimi debet apparitoris nomen ſi Marſi. credendum eſt in ſingul. 235.procurator in rub.C.de probatio.nu.372.& alijs haud parum multis ab eo citatis.

Perſonaliter uel ad domum.

11 Septimo quòd perſonaliter uel ad domum cōmittatur ut in pragmatia.2.quo loco perquirendum eſſet an diſcuſſio requiratur de quo per Alex.in l.4.§ prætor ait.ff. de damno infec.Alex.Iaſ.in l.fi.§. in computatione.C.de iure delib.Boer.in l.conſentaneum col. 20.C. quomodo & quando iudex Maria.in milies citato tractat.de citationibus Are.17. 9.col. Alcia.in lib.de uerbo.ſigni.pri.Curt.5. Affl.in conſtitu.citationis literæ col.3.Tiraquel.in retractu.tit.pri.§.9.gl.2. in fi.niſi per pragma. prima hæc citationis diſcuſſio ſublata foret ut dixi in tra.de iudi.ſum. numero 125.

Cauſa explicanda.

12 Octauo cauſa exquiſita eſt ut in d. cōſtit.edictorum Affl.8.notabil. in conſtit.delationes Affli.quoque ibi.8. item notabil. expreſſumque eſt in d. pragmatia. 2. ſcribunt de hac re Maria. in d. trat.2.Aret.q.5. Boer.in d.l.conſentaneum col.6.& à noſtratibus Maranta. in tract.cuius attitulatio eſt ſpeculum aureum.7.p.pri. actu nu.69.

Dilatio

Dilatio præfigenda.

13 Nono dilatio præfigēda eſt ut in cōſtitutio. non ſemel relata edictorum Afflict. & ib i,8.notabil. in conſtitutio.cauſas alias Affli.ibi.4.notabil.in conſtitutio.in ciuilibus Afflict.quoq; ibi. 5.notabil. & eſt Ritus.112.de hac quoq; re uideri poſſunt Alex.Iaſ.in l.liber homo.§.decem.ff.de uerb.obl.Feli.Peruſi.Dec.in c. cum parati de appellatio.Marian.In d.tract.Aret..6.q.19.& iterum Aret.2.q.10.Boer.in d.l.conſentaneum colu.15.in decif.235.ad ornamentum in p.Cor. in conſi.57. in cauſa col.4 in 3.

Locus etiam.

14 Decimo locus in quo citatus comparere debet eſt Ritus 215. inquiunt Afflict.in conſtitutio.edictorum.7.notab. Feli. Peruſ.Dec. in c.cum para.ti,Boer.in d.l.conſentaneum col.8.in d. deciſ. 235.Marian.in d.tract.18.Art.

Perſonaliter compareat.

15 Vndecimo quod exprimatur ut perſonaliter compareat probat hic ritus,quod ſi in citatione id nō explicaretur per procuratorē cōparere poſſet Gemin.Fran.in c.1.de iudicis in 6.Mari.in d.tract.15. Art.4.fallent.

Peremptoriè.

16 Duodecimo peremptorie citari debet ut in conſtitutio. edictorum Afflict.ibi pri.notab.in conſtitutio.in ciuilibus Afflict. ibi. 4.notabil.

Data citationis.

17 Decimo tertio Citationis data ut in Ritu.215. & in ſequenti item ritu quibus in locis ſtatuitur quòd data Citationis fieri poteſt etiam die feriato in dei honorem quod iuri cōmuni aduerſatur ut per Alex.col. 4.Iaſ.6.Aquens.3.Ro.15.in l.pri.§.nūciatio.ff.de operis noui nūtiatio.
Verum quia ſtatutum ferias in dei honorum tollere nequit Alexan. Iaſ.in l.præſides.ff.de ferijs Bal.in conſi.116. ſtatuto in 5. Homod. in conſi.241.in q.col.pri.cum ſequenti col.5.Itém ſequent.col. 2. & iterum ſequent.col. pen. ſup. præfatos Ritus intelligo procedere in Regia curia extra uero nequaquā:porrò in faciē Regis ferias tollere ad honorem dei ſtatúto permiſſum quoque eſt.Marian.in tract.de citationibus.19.Aret.pri.fallent.Caſſan.in gloria mundi.5.p.24. conſideratio. numero 42.

Clara ſit citatio & intelligibilis.

18 XXIIII. quod clara ſit ac intelligibilis ut in ſæpiſſimè citata conſtitutio.edictorum Afflict.ibi.7.notabil.Marian. in tract. iam dicto de citationibus 20.Aret.9.q.Soc.in d.l.demonſtratio.falſi u. ff. de cōditio. & demonſtratio.Gramat.in conſi.124.in cauſa.

Sigillum Iudicis actuarij ſubſcriptio.

19 XV. Sigillum de conſuetudine magnę Curiæ requiritur Afflict.in cōſtitutio.literas 3.notabi. qui ſubdit ſubſcribendum eſſe à iudice Marian.quoque in d.tractat.24.Aret. 5. q. col. fin. quinque ſubnectit ab actuario publicandum eſſe.

TERTIA DECLARATIO.

20 EXequuta citatione relatio fieri debet ut in pragmatia, ſecunda item.3.

Relationis requiſita.

21 Et ut quicquid obſeruatum mihi eſt publico bono ingenuè promam,in relatione quoq; haud parùm multa diſquiſita ſunt.

Nuncij ius iurandum.

Primo quòd Apparitor qui ab officij primordio non iurauerit ad formam cōſtitutio.in ciuilibus iam iure iurando citaſſe teſtetur Marian.in tractat.de citationibus.13.Are.q.3.in fin.Tiraquel. in retractu.ut.pri.q.8.glo.9.nū.12.

Reſcribatur in tergo citationis. Per actuarium.

22 Secundo quod reſcribatur in calce citationis Afflict. in conſtitutio. edictorum.6.notabil.per illum tex.

23 Tertio quod ſcribatur per cauſæ actuarium Gram.quiq; alios excitat,in conſi.pri.impreſſo poſt deciſ. eius colu. 4.& in conſil.ciuil.eſt in cauſa colum.3.

Iudici uel coram eo.

24 Quarto iudici facienda eſt uel actuario iudice præſente ut in conſtitutio.citationis literæ ibi citanti reſcribat,quã ad hoc expendit Gramat. in d.conſi.pri.col.3.& in d.conſi.132.col.3.

Sunt uerò qui ſcribunt id non ſeruari Alex.col.9. Bolognin.16.in l. 4.§.iulianus.ff.de damno infecto.Pariſ. in cap.quoniam contra falſam nu.146.de probatio.

Subſcribant duo teſtes literati.

Quinto

25 Quinto quòd ſubſcribant duo adminus teſtes ſi literati haberi queunt, ut in pragmatia. 2.

Illud uerò intelligendum eſt quando extra citantis locum citatio cō mittitur Afflict. in conſtitutio. in ciuilibus. 2. notabil.

Secundo quòd ſufficere per duos renunciari apparitores reiectis teſtibus, ita ſimilem Galliæ conſuetudinem interpretatur Tiraquel. in tractu tit. pri. §. 8. glo. 9. nu. 33.

Dies relationis.

26 Sexto exquiritur eius dies Afflict. in conſtitutio. in ciuilibus 2. notabil. eoq; cauere deberemus ne ſit feriatus Marian. in tract. prædicto de citationibus Aret. 19. q. 2. Dec. in c. qm̄ cōtra falſam col. 9. de probatio.

Dies citationis exequuta.

27 Septimo factę citationis dies aliàs eo quoq; die cenſetur exequuta Ang. in conſi. 216. uiſis.

Nuntij nomen.

28 Octauo quod apparitoris nomen inſcribatur, uerum non uitiat ſi omittatur Roman. in conſi. 246. clariſſimè Boer. in deciſ. 235. ad ornamentum col. 3. in 2.

Citati nomen.

29 Nono citati nomen adſcribatur, neque uitio quoque eſt eius omiſſio, ſi in citatione præſcriptum ſit Fulgos in conſi. 183. circa.

Diſcuſſionis teſtatio.

30 Decimo quod perſonam perquiſiuiſſe renunciet quando domus citationem refert, Dec. in c. quoniam contra col. 9. de probatio. in c. cum parti col. pen. de appellatio. Tiraquell. effuſiſſime in d. §. 8. gl. 9. nu. 25. & Gramat. in d. conſi. pri. nuper impreſſo poſt deciſ. col. 3. uerū ego id nō recipio, quia in regno diſcuſſio deſita eſt ut ſcripſi hac pri. 2. d. n. 11.

Domi ſolitæ habitationis.

31 Vndecimo quòd domi ſolitæ habitationis aſſeratur ita ſubmonuit Gramat. 20. loco col. 2. qui id non leuibus authoritatibus confirmat, ſunt item & aliæ haud parum multæ apud Tiraquell. in retractu titu. pri. §. 9. glo. 2. nu. 25.

Nomen Quis cui renuntiata eſt domi citatio.

32 XII. eius nomen cui domi citaio nuntiata eſt ad hoc eſt Regium decretum quod retulit Gramat. in ſępicule citato conſi. col.4.

Clara debet eſſe relatio.

33 XIII. quòd ſeriatim,ut explicat. d. conſtituti. citationis literæ igitur relatio clare nuntiari debet Alexand. in l.4. §.prætor ait. ff.de damno infecto & alios à Tiraquell.excitatos loco iam iam expenſo. §. 8. Gloſſ. 9. numero. 26. & Gramat. in conſi. 152. ſuprarelato columna quarta.

QVARTA DECLARATIO.

Contumacia incuſanda.

34 RElatione facta,atque lapſa citationis dilatione, contumacia ſi nõ comparet incuſanda eſt Alex.Antonius ab Alex.Iaſ.l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iudicijs Affl:ct.in conſtitutio. pęnam nouẽ untiatum.3.notabil.7.q.Cagnol.in l.uinum nu.42.ff. ſi cer.pet.Alex. in conſi.100.diſcuſſis in 5.in conſi. 120.uiſo in 7.Atq; eſt pragmatia relatione quæ id nuncupatim expoſcit.

35 Verum adijciamus item quod quamuis ſatur conuiua non tamen aſpernetur,in contumaciæ accuſatione exquiſita ſunt nonnulla.

A tergo citationis.

Primo quod ſcribatur a tergo citationis ut in ritu.202.

Prima ad partis inſtantiam ultima ad fiſci quoque inſtigationem.

36 Secundo quòd prima Contumacia accuſetur ad inſtantiam partis, ultima uerò ad curiæ promotoris inſtigationem, quia in condemnatione fiſci intereſſe conuertitur ut Ritus 202.ſupraſcriptus enarrat,interpretandus autem eſt quòd ſi a parte accuſatio ſolum fiat fiſco propterea non nocet quin mulctam exigere ualeat Afflict.author. eſt in conſtitutio.in pecunarijs 5.notabil.3.q.

Prima in termino & ritibus poſt tridum quandocunque.

37 Tertio quòd accuſatio primæ contumaciæ fiat in termino præfixo ut in pragmatia relatione ibi in d. termino accuſetur Atque id in ritibus ſæpicule legitur, in ritu maxime 219.accuſatio autem poſtremæ contumaciæ quandocumque infra menſem fieri poteſt ſi in ciuitate citacio exequuta eſt,ſi uerò extra infra duos menſes ut in ritu.222.expreſſum

preſſum eſt, Traditque Afflict.in conſtitutio.edictorum 12.notabil.8. q.in fi. & item in conſtitut.accuſantium temeritatem 4. notabil.

Triduum.

38 Quarto quòd accuſata prima contumacia expectetur triduum ad extremam incuſandam contumaciam,nouiſſime conſtitutum eſt per ritum 219.& ad firmatum per pragmaticam relatione, quia iure conſtitutionis,a primordio una expectabatur die ut in conſtitutio.dilationes Afflict.ibi.notabil. poſtea biduum expectatum quoque eſt ut in conſtitutio.in ciuilibus Afflict.ibi.5.notabil.ac de triduo ſcribit etiam Afflict.in conſtitutio.citationis letere ult.notabil.5.q.

Dies termini non computatur in termino.

39 Quinto in termini computatione dies termini nõ ſupputatur in ter mino ut eſt:Ritus.118.propterea palinodiam canimus quæſtioni,quę a iuris communis interpretibus ſubnixè exagitata eſt,an dies termini cõputetur intermino? in l.pri. ff.ſi quis cautionibus in c.ſuper eo de appellatio.in c.frequens.de riſtitutio ſpoliatorum in 6.

Dies adquem ſupputatur in termino.

40 Sexto quod in termini ſupputatione dies computetur ad quem citatio collata eſt ut in conſtitutio.in aliquibus Afflict.ibi. 5.notabil.ſuntque l.pri.ff.ſiquis cautionibus.l.pri.§.quod dicimus. ff. de ſucceſſorio edicto.l.in omnibus.ff.de actionibus cum alijs haud parum mulus.

Iuridico die.

41 Septimo quod iuridico die contumacia accuſetur etiam quod non regatur curia ut eſt ritus. 223.quod ſi non accuſetur, ſequẽti die reprobum eſt in cuſare,ut eſt Ritus 221.

Et ſi eſt feriatus expectatur iuridicus.

42 Octauo ſi dies ẽ feriatus quod expectetur iuridicus proximior ſubſequens ut eſt Ritus 228.item eſt ritus 217. & ſequens item Ritus,ad uertendum autem(ne lector lapſites)quia tunc in contumaciæ accuſatione exprimi debet quod ideo non fuit accuſata ſuo die quia feſtiuitas celebrabatur & diuus quoq; eo tunc inſcribẽdus eſt ut in ritu 220.

Hora qua curia regitur.

43 Nono quod cõtumacia accuſetur hora qua curia Regia ſedet ut eſt Ritus 221.proinde hora regendi curiam ortus eſt & occaſus ut in

riiu 205.quia Meridies finis Reipublicæ gerendæ eſt atque magiſtratum exercẽdi Plutarch.author eſt in problemat.84. Porrò meridiei ferias aliquos annos poſt.ll. decẽ uirales inſtitutas fuiſſe, Plin.quoq; ſubcinit in natural.hiſtoriæ lib.7.c.60.eodemque ultimo.

Meridies feriatus, & quare.

44 Neque à ratione diſſitum eſt,uel quia ortu & occaſu temperatiores ſumus aptioreſque ac meridiè ſoluamur æſtate calore,Hieme uerò frigore,ut Campan.Rationatur in libello cuius attitulatio. eſt computus maior ca.5.uel quia meridies hora eſt ad pietatem deſtinata ut ſapientiores arbitrati ſunt & propterea Genes. 12.& iterum 13. legimus ꝙ Abraham proficiſcebatur ad meridiem ideſt ad pietatem clementiamque ut Thalmuthiſtæ inquiunt.

QVINTA DECLARATIO.

Creditor et debitor perſonaliter comparere debent in hoc iudicio, uide in 1.p.24.d.nu.95. cum ſequent.

45 SI uero citatus debitor comparuit, creditor quoque perſonaliter cõparere debet ut inquit Ritus noſter, quoniam qui citare alterũ perſonaliter impetrat & ipſe quoque perſonaliter aduenire compellitur Marian.in tractat.de citationibus 20.Aret.i 5.9. Boer. in l. cõſentaneũ. col.6.C.quomodo & quando iudex.

Contumacia purgatur uſque ad primum ſomnum.

46 Illud uerò ſuperpondij loco eſt, quod utriq; indulgetur ut uſq; ad mediam noctem comparere queant, eſt ad hoc ritus. 202, ritus item 211.quia communi iure proſerpiunt quo inſtitutum quoque eſt ut citatus pro tali die uſque ad mediam illius diei noctem compare ualeat Alex.Iaſ.& alij in l.more maiorem . ff.de ferijs, qui & hoc intelligunt
47 procedere niſi in culpa ſint, quia nimis forſan ſe arctauerint pro eoſunt & alij quos haud negligenter refert Tiraquell. (cui tanta & inexhauſta legendi Auiditas eſt, ut merito librorum helluo quemadmodum de Catone dicebat Cicer. appellari poſſit) in retractu titu.pri.§. pri.Gloſ.11.

SEXTA DECLARATIO.

Præſentatio inſtrumenti. Fit eo ſero quo accuſatur ultima contumacia

Con-

48 COmparentibus creditore ac debitore a principio inſtrumentum creditor pręſentabit ut ritus noſter expoſtulat, atqui hæc inſtrumenti præſentatio habetur pro libello. Barz. in tractat. de inſtrumēt. guarenrigiat. p. p. q. fina. item. 2. p. 3. q. quod intellige quando citatio fit ſuper tenore inſtrumenti præſentandi ut in ritu ab hoc. 4. atque itē. 17. quia ſi citatio fit ſuper tenore inſtrumenti præſentati tunc ante citationem præſentatio exquiritur ut in ritu 168. & quando inſtrumē-
49 tum eſt inliquidum ex parte perſonarum neceſſario fit præſentatio inſtrumenti ante citationem ſuper tenore ut in ritu. 282. in hoc autem cōmonendi ſumus quod præſentatio inſtrumenti fieri debet eomet ſero quo ultima contumacia incuſatur Corn. in conſi 57. in cauſa. col. 4 in 3.

Actuario.

50 Atque de more poteſt fieri actuario ſine iudice Feli. col. 8. Dec. 310. Pariſ. 17. in c. quoniam contra falſam de probatio. Alex. 8. Bolognin. 10. in l. 4. §. Iulianus. ff. de damno in fecto Afflict. in conſtitutio. magiſtri Camerarij. 13. notabil. in item conſtitutio. cordi nobis. 9. notabil.

Scribaturque a tergo inſtrumenti.

51 Cæterum pręſentatio inſtrumenti ſcribi debet a tergo ut ritus præcipit ab hoc. 14.

SEPTIMA DECLARATIO.

Obligatio creditoris quando præſentat inſtrumentum.

52 PRæſentato inſtrumento, creditor obligari debet ut in ritu ab hoc. 2. ratio a iure regni inſerpuit, quo & conſtitutum aliàs eſt qui accuſare uult ad eum modum obligari debere ut in conſtitutio. inquiſitionis. §. fi. ibi Afflict. idem repetens in conſtitutio. penam colu. 4. eſtque ritus 195. qui id nuncupatim expoſcit.

Talio, & repaſſus.

53 Quare talionis obligatio ab Alua receſſit quæ a lege communi exquirebatur, & iure quidem merito, ſi quidem Ariſto. Ethic 8. Pitagoræ repaſſum conuellit: & Phauorin. apud Gell. lib. 20. c. 1. legum decem uiralium Talionem laceſſit, accedente maxime Cęlij calculo in lib. antiquarum lectionum. 12. c. 49.

A tergo fiat obligatio.

Porrò

54 Porrò ne quid ſciens prętercam, pleraque d.obligatio exquirit neceſſaria, primo quod fiat a tergo inſtrumenti ut in ritu a noſtro.

De proſequendo litem ad finem vſque.

55 Secundo quod obligetur de proſequendo litem ad finem vſque ut in ritu.166.

De non tranſigendo.

56 Tertio quod obligetur de non tranſigendo ut in d.ritu item in ritu ab hoc.17. atque item. 18. quodque a iure communi proditum eſt quo inſtituitur ut in iudicio exequutio tranſigi Ale.Ant.ab Alex. Iaſ. Dec.Cur.& alij in l.ſi cauſa cognita.C.de tranſactio.

Pœna obligationis quomodo ſtatuatur.

57 Quarto quod pœna.d.obligationis ſit tarenorum ſex pro qualibet untia, quòd ſi debitum exceſſiuum ſit arbitrio iudicis pœna relinquetur ut in ritu ab hoc.2.atque fiſci illa pęna applicanda eſt ut in ritu ab hoc noſtro.3.ad finem.

OCTAVA DECLARATIO.

Obligatio debitoris realis.

58 Verum ſi debitor Aere præcinctus comparuerit ſacculoque paratus debitum realiter obtulerit admittendus eſt ut in ritu a noſtro. 3. item. 7. itaque palinodiam canimus articulo communi lege certatim explicato an ſtatuto dicente quod inſtrumenta paratam habeant exequutionem mora expurgari queat, de quo per Alexã. Iaſ. Aquens.Crott.Annibal.in l. ſi inſulam. ff. de uerborum obligatione Barz.in tracta.de inſtrument.guarentigiat.p.p.9.q.Dec.in conſi.452. uiſa col.pen.in 3.

Apud ærarium uel alium quempiam a curia ſtatutum.

59 Nec illud omittemus, quòd inter ſcribendum in gerere ſe ſe uiſum eſt, ſupra ſcripti ritus adherentes quod depoſitio facieda eſt apud Aerarium intelligi debent ut non propterea excludant quin apud aliũ quemcunque iudicis authoramento fieri ualeat Ale.Iaſ.Socc.in l. ſi fideiuſſor.§. fi. ff. qui ſatiſdare cogantur Iaſ.in l.cum filio familias columna 4. delegatis pri.Cur.in l.1.4.q.C.de ſequeſtratio. prohibita Tiraquel. abunde in retractu. tit. 2. §. 4. glo. 7. quique duas treſue & quidem

quidem lepidas quæſtiones ad.d.ritus pertinentes expendit, ad eum legentes aduoco.

NONA DECLARATIO.

Interrogationes earumque forma.

60 QVod ſi debitor Aere non præcingitur, lis iam conteſtatur, fiuntque interrogationes ad formam ritus. 166.

Quo loco illud non reticuiſſe candidi opinor fuerit animi, quòd licet aliàs in proceſſu inſtrumentorum exequutiuo præſentatio inſtrumenti ſit pro litis conteſtatione. Bal. in l. ſi quis ſtipulatus. ff. de ſolutionibus Pennens. in l. hac lege col. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum Iaſ. in l. ius iurandum. ff. de iure iurando, nihilo ſecius quia hic expreſſe conteſtatur lis ſuam ipſa occupabit ſedem Comenſ. in conſilio 17. Geronimus. col. 3.

Inſtrumentum legitur ex uno ex fiſci patrono.

61 Forma interrogationum ad dictamẽ illius ritus eſt quod a primordio ab uno ex fiſci patronis inſtrumentum collegatur quia fiſco attinentia manibus quodam modo proprijs ipſi contangere debent. l. 2. C. ſi aduerſus fiſcum. l. fi. C. de aduocatis fiſci Afflict. in conſtitutio. quæſtiones omnes. 2. notabil.

Aduocati fiſci poſtea exaudiantur.

62 Mox fiſci aduocati audiantur, ij enim priuatorum aduocatos præcedunt. l. 2. l. iubemus. l. reſtituendę. C. de aduocatis diuerſorum iudicum.

Mox creditoris ad uocati.

63 Subinde creditoris aduocati audiendi ſunt, nam in diſcuſſionibus actoris aduocati aduocatis rei pręferuntur. Specula. in tit. de diſputatio. §. nunc breuiter tranſeamus.

Exinde debitoris aduocati.

64 Atque mox aduocati debitoris exaudiendi erunt, illud uerò quod inter ſcribendum ſe etiam ingerit, citra uitæ diſpendium prętermitti nequit, quod huiuſmodi diſcuſſio non neceſſario quæſita eſt, ſed ad iudicis ſubleuationem Afflict. in conſtitutio. uniuerſos, 9. notabil.

Inſtu-

Iuſiurandum demum præſtatur vtrique Corporale.

95 Poſtea creditori debitorique iuſiurandum præſtatur, præſtito (in quit ritus) corporali ad ſancta dei euangelia, igitur iuſiurandum corporale eſſe debet vt in c.fi. de iuramento calumniæ Marian. ibi col. 1. item. 3. Ale. Anto. ab Ale. Iaſ. Corn. Curt. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditionem, Gemin. Fran. in c. ut citra de electio. in 6. Pariſ. in c. fraternitatis col. pen. de teſtibus Afflict. in conſtitutio. quæſtiones. 3. notabil.

Ad ſancta dei Euangelia.

66 Rurſum ad ſancta dei euangelia iuſiurandum præſtari debet ut in l. 2. C. de iure iurando ob calumniam præſtito Alex. Iaſ. Antonius ab Ale. Aquens. Cur. Parpal. Cagno. in l. ſi quis maior. C. de tranſactio.

Creditor ſi eſt ſatisfactus, interrogatur debitor ſi habet inſtrumentum pro uero.

67 Proinde interrogetur debitor de veritate inſtrumenti, creditor demum ſi ſatis factus eſt in aliqua uel parte, neque hic ordo neceſſarius eſt, poſſet nanque prius interrogari creditor Curt. poſt alios in d. l. 2. col. 2. Marian. in c. cæterum col. 2. de iuramento calumnie.

DECIMA DECLARATIO.

Probatio prompta & inſtantanea tollit carcerationem.

68 SI uero debitor interrogationi reſpondeat ſoluiſſe, improntuque & in eodem inſtanti (ut uerbis ritus utar) probet, tunc non eſt procedendum ad eius carcerationem, rituſque noſter inquit, immo creditor tamquã calumniator in uincula conijciẽdus eſt ac ueluti periurus compedibus ligandus ut ritus ab hoc 9. præcepit.

Prompta ac inſtantanea probatio quæ.

69 At qui prompta inſtantanea ue probatio dicitur quando intra exequutionis ſpatium fieri poteſt. Canar. in tracta. de exequutio. inſtrumen. q. 9. Ale. Iaſ. Ripens. & alij in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Inſtans enim hoc loco pro aliquo temporis ſpatio accipitur uerè non ſed tranſumptiue. 4. phiſ. 122. 6. phiſ. 24. & item. 54.

Eno-

70 Enotatumque ab eruditis eſt, quòd inſtãtanea promptaq; probatio fieri dicitur per inſtrumenta ac quampiam authenticam ſcripturam Dec. in conſi. 424. proponitur in conſi. 467. bene in 3. eſtq; Ritus. 171. qui & id ſubcenſuit.

Adſtipulatur Iaſ. in l. pri. col.6. ff. de operis noui nuntiatio. Curt. in l. admonendi col. 43. ff. de iure iurando Cagnol. in l. ſi quis maior col. 15. C. de tranſactio. Tiraquell. in retractu tit. pri. §. 2. glo. pri. nu. 20. quibus in locis inſtrumentariæ probationis encomia reperies.

An per teſtes fieri ualeat.

71 Cæterum per teſtes quoque prompta hæc probatio ac inſtantanea fieri permiſſum eſt ut in ritu a noſtro. 8. Porrò licet ritus. 171. adſtruat quòd per ſcripturas fieri debet per teſtes tamen fieri non prohibetur quando enim ſtatutum probationem per ſcripturas affirmatiuè diſquirit non tollitur quin per teſtes quoque fieri ualeat Bero. in l. 37. Reuerendiſſimus idq; ſuppingi debet ad Feli. & Dec. in c. 2. de probationibus quo loco huius tractationis farrago eſt.

DECIMA PRIMA DECLARATIO.

Carcerandus an debitor ſtatim.

72 Aduerſus inſtrumentum nil conſtito debitor ſtatim carcerandus eſt & ut ritus iubet, diſcuſſioq; bonorum de qua per gloſſemati, cum in l. 3. §. tutores. ff. de ſuſpectis tutoribus, ſublata eſt Caſtrenſ. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudicata Feli. in c. quo ad conſultationẽ col. 7. de re iudicata Ripenſ. in l. obligatio. col. 4. ff. de pignoribus Boer. in l. conſentaneum. nu. 189. C. quomodo & quando iudex & in deciſ. 349. quæritur in 2.

Et poſteaquam in carcerationis materiam incidimus operæ pretiũ me facturum opinor, ſi quę ex mutis (quod dicimus) magiſtris didicimus in medium attulerimus.

Carceris uſus antiquiſſimus.

73 Carcerum uſus uetuſtiſſimus eſt ac frequentiſſimus. T. Liuius ab urbe condita lib. pri. Anchum martium refert ingenti incremento rebus auctis cum in tanta multitudinẽ hominum diſcrimine recte an perperam facti confuſe facinora clandeſtina fierent, carcerem ad terrorem increſcentis audacię media urbe imminentem foro ædificaſſe.

Tullianum. Barathrum. Beretrum. Domus. Cetas. Caeda. Chaos. Lathonis. Ciramon Theſaurum Decadas. Domicilium cineribus refertum. Ethiopum Mos.

Et antiquarum lectionum uireta non citra ſalis guſtum proſpiciã, Tullianum carcer Romani habebant, Athenienſes baratrum, vel Beretrum, erat item eis aliud quod domum appellabant, cęta apud Lacedęmones, caeda apud Siculos, Chaos apud Chorinthios Spartis item & Syracuſanis Lathomiae, Ciprijs Ciamon, Meſſanis Theſaurum, Spartanis Decadas, Perſis domicilium cineribus refertum, Ethiopes denique (memoriae traditum eſt) nocentes aureis cathenis cõuinxiſſe.

Carcer quid.

75 Carcerem finit Homod. in conſi. 97. quaeſtio. col. pen. quod ſit locus malę manſionis clauſuris circundatus tenebricoſus ac publica authoritate cuſtodiendus.

Carcerum tria genera ex Platone.

76 Plato in libris de legibus tres carceres in ciuitate conſtituendos eſſe praecenſuit, unum pluribus commune in foro rerum uenalium, alterum qui correptionis nomen aucupetur, qualis hoc tempore apud florentinos cernitur quo improbi conijciuntur & illic tantiſper contineantur donec meliores fiant, correptioneſque & ad bonam frugem reuertuntur.

Tertius carcer in media regione ędificandus eſt in deſerto ſilueſtrique loco ſupplicij nomine notatus.

Item ex Caelio.

77 Caelius quoque in lib. antiquarum lectionum 9. c. 33. tria carceris genera ex antiquorum monumentis ſtatuit primum quo immodeſti & parum exculti compellerentur ut noctu a doctis condocefiant & bonarum artium profeſſoribus quae ad uitae modum & bonos mores pertineant. Alterum quo aere alieno implicitj & qui carceris tędio ab inita uite petulantia abſtinendi ſunt detinerentur. tertium quo immanibus pręſignes flagitijs coelo & hominum caetu indigni uitijs ac uitę turpitudine defamatiſſimi ac propediem plectendi tenebriſque ac pedori adijciendi intruduntur.

Carcer ad formam ritus.

Ex

78 Ex iiſque dicta hactenus ſunt obſeruataque nobis, commonemur quod debitorum carceratio fieri debet in loco ſeparato a nefariorum carcere atque Oldrad. in conſi. 54. an fugiens inquit quod ab eccleſia quoque debitor ut carceretur ſtante ritu noſtro extrahi poteſt, quod & Boer. placuit in l. conſentaneum col. ante pen. C. quomodo & quando iudex.

79 Verum enim uerò in debitoris cadauere. d. ritus uirtute exequutionem fieri ab eminentiſſimis prohibitum eſt. Boer. in deciſ. 286. & in d. proceſſu Ripens. in l. obligatio. col. 6. ff. de pignoribus in tracta. de peſte fol. 37. col. 2. & Gramat. in deciſ. 82. incidit.

Filius familias carceratur.

80 Sed enim priuſquã reuellamur inde, non prætereamus, quòd filij quoque familias ad huius noſtri ritus formam carcerari poſſunt Canar. in tracta. de exequutio. inſtrument. q. 25.

Fœminæ an carcerandæ ad formam ritus.

81 Mulieres quoque carcerari queunt ut Marant. placuit in tractat. cuius attitulatio eſt ſpeculum aureum. 2. p. 7. actu per ritum noſtrum ibi uel debitrices & ritum ab eo. 6. rurſum. 7. atque item 12. qui clariſſime probant quod diſpoſitio huius ritus procedit etiam in mulieribus.

Ego uerò cenſeo quod mulieres carcerari haudquaquam poſſint tam & ſi ritus noſter in eis quoque intelligendus ſit, quia interpretari debet quo ad reliqua citra eius carcerationem quemadmodũ in infante ac minore iamiam docendum eſt, quia ſtatutum non cenſetur tollere priuilegium ſpeciatim conceſſum. l. de curionibus. C. de ſilenti cum ſimili, & quod ſtante ritu noſtro mulieres carcerari nequeant ſcribit Bal. in l. in multis. ff. de adoptionibus.

Infantes ac minores non carcerantur.

82 Infantes & enim ac minores licet in ritu comprehendantur ut dixi. 2. p. 15. d. item. 16. tamen carcerari neque debent Roman. in conſi. 120. circa.

Doctores & alij de quibus in l. medicos c. de profeſſoribus non carcerantur.

83 Atque illud idem eſt in doctoribus, medicis, ac cæteris de quibus in l.

in l. medicos. C. de profeſſoribus ut tradit Caccialup. in tractat. de debitoribus ſuſpectis.4.q.5.9.

Milites item non carcerantur.

84 Ego quoque (ſi tantum mihi daretur) id protranerem ad milites arguendo a doctoribus ad eos Alex. Iaſ. Ripens. in l. miles.ff.de re iudicata Alex.col.3.Iaſ.5.Soc.2.Aquens.3.Ripens.6.Galliaul.8.in l.Centurio.ff.de uulgari & pupillari.

DECIMA SECVNDA DECLARATIO.

Exequutio bonorum cumulari poteſt.

85 CArcerato iam debitore ſi creditori placet, realiter quoque exequi poteſt Ange.in l.nemo carcerē.C. de exactoribus tribut. Bal. in l.ignorare in fi.C.de reſtitutio.militis Dec.in conſi.73.præſtantiſſime in pri.Marſi.in praxi.§.attingam.nu.54.in rub.de fideiuſſor.q.59. in ſingu.398.dixi in l.unius facinoris cuſtodia col.pen.ff.de quæſtionibus Capic.in deciſ.46.in cauſa & in deciſ.159. in cauſa ad fi.

Item variari è contra.

86 Qua item ratione omitti poteſt carceratio & realis exequutio tantum eligi Caſtrenſ. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudicata & l. quamuis. ff. de pignoraticia actione in l. quod legati. C. ut in poſſeſſio legatorum Alex. Ripens.in d.l.4. § ſi ex conuentione Alex.in l.1. final. col.2.& 3.Iaſ.eadem.l.in princ.col.pen.in §.1.col.1.ff.ſiquis ius dicenti non obtemperauerit in l.nulli col.pen.C.de iudicijs Cagno.in d.l.1. nu.76.Capic.in deciſ.119.in cauſa ad finem.

DECIMA TERTIA DECLARATIO.

Dilatio probatoria danda eſt.

87 EXequutione autem facta probatoria dilatio ſtatim præfigenda eſt, ſi aliquam exceptionem debitor opponat ita exprimit hic ritus.

Verum noſtratum.ll.candidatos ſubmoneo,hanc probatoriam dilationem haud parum multa exquirere.

Parte petente.

Primo

88 Primo quod detur parte petente ut in conſtitutio. cauſas alias Aſflict. ibi. 5. notabil. Homod. in conſi. 129. in quæſtione in conſi. 155. in proceſſu col. 3. ratio eſt, quia dilatio probatoria non eſt de ſubſtantia iudicij Ale. col. fi. Iaſ. pen. in l. fina. ff. de feriis Feli. 9. Dec. 9. in c. licet cauſam de probatio. Aſflict. in conſtitutio. pacis cultum. 5. notabil. in deciſ. 55. tempore.

Cautius tamen eſt quod ex officio ſuo dilationem hanc iudex ſtatuat ut cauſa celerius expediatur Ripens. in l. admonendi col. 15. ff. de iure iurando.

Neque anguſta nimis neque longa.

89 Secundo ne ſit nimium longa, debet enim commenſurari inſtantię quæ eſt bimeſtris ut infra e. p. 18. d. dicetur Iaſ. in l. properandum col. 4. C. de iudicijs Aſfli. in conſtitutio. cauſas aliàs. 4. notabil. item quoq; ne ſit nimium breuis, ut in conſtitutio. lite legitime conteſtata in fi. & Aſfl. ibi. 16. notabil. inquit quod dilatio trium dierũ eſt anguſta nimis.

Dilatio probatoria pro maiori feriata eſt nulla: ſed num requiritur proteſtatio?

90 Temperare nequeo mihi poſteaquam hic producti ſumus, quin uulgariam illam quæſtionem huic inſeram loco, clarum eſt quod dilatio pro maiori feriata eſt inutilis Aſflict. in conſtitutio. exceptiones. 2. notabil. 5. q. in eo dubitari ſolet an proteſtatio ſaltem quæſita ſit? Aſflict. cenſuit quod ſic in d. conſtitutio. lite legitime conteſtata. 9. notabil. quia impedito currit tempus niſi proteſtetur Ale. Anto. ab Ale. in l. properandum. §. ſin autem utroque. C. de iudicijs Alex. Aquens. in l. in prouintiali. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de ope. no. nuntia. Feli. in c. pen. de iudicijs Feli. Pariſ. in c. ex tranſmiſſa de præſcriptio. Aſflict. in deciſ. 27. quidam in deciſ. 50. iudices Tiraquell. in retractu tit. pri. §. 9. glo. 3. nu. 19.

Ego uerò arbitror quod proteſtatio non requiritur quia impedito ob ferias dilationẽ pro maiori occupãtes currit tẽpus & reſtituitur in integrũ ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa ut in ritu. 91. & ſic licet proteſtatio operaretur quod tẽpus nõ currat, nihilominus & proteſtatio non ſit quantũcumq; tẽpus decurrat reſtitutio in integrum datur. Præ-
91 terea illa opinatio ꝙ impedito currit tẽpus niſi proteſtetur tuta uſque adeo nõ eſt, ſunt quippe arma in diuerſum ſumẽtes Iaſ. in d. §. ſin aũt utroque in d. §. ſiquis ipſi p̃tori in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cautionibus in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acquirenda poſſeſſione Dec. in c. fi.

 de ap-

de appellatio.Ripens.in tracta.de peſte.3.p.p.p.nu.22. & alij ab ipſis effuſiſſime citati.

Rurſum tenentes quod impedito currit tempus niſi proteſtetur eã temperant opinationẽ non procedere quando impedimentũ eſt notoriũ ut apud eos cerni poteſt: feriarũ aũt impedimentũ notoriũ uſque adeo eſt ut exprimat ritus prædictus,ergo proteſtatio nõ eſt neceſſaria.

Vnica danda eſt dilatio probatoria.

92 Tertio vnica eſſe debet dilatio ut in conſtitutio.lite legitime conteſtata Afflict. ibi. 9. notabil. & item. 13. in conſtitutio.in pecuniarijs quoque ibi.7.notabil.

Ad ponendum ſimul & probandum.

93 Quarto ſimultanea eſſe debet ad ponendum & probandum ut in ritu 69. ſcripſi ad id in tractat. meo de iudicio.ſummario nu. 142.

Ad defendendum quoque ſimultanee.

94 Quinto ad probandum ac defendendum ut in conſtitutio.ſępicule citata lite legitime conteſtata Afflict. ibi. 3. notabil.eſtque ritus. 88. exprimit quoque ritus noſter & item ritus ab eo.5.ſcripſi in d.tracta. num.138.

Bidui praxis.

95 Sexto quod articuli ac poſitiones biduo præſententur a die præfixionis ut in plus ſemel citata conſtitutio. lite legitime & eſt ritus 88. eſt rurſum ritus. 90. uerum bidui praxis ſublata eſt per pragmatiam quintadie, quę a die præfixionis quinta die articulos ac poſitiones præſentari iubet,cui Afflict.calculus addendus eſt in conſtitutio.in pecuniarijs.7.notabil.atque hodie ſeruatur ut quãdocunq; in dilatione plane exhiberi poſſint.Afflict.in d.conſtitu.lite legitime 6.notabil.

Peremptoria eſt dilatio prædicta.

96 Septimo quod ſit peremptoria ut in conſtitutio.in pecuniarijs Afflict.ibi 7.notabil. Alex. pri.col.Iaſ.2.in l. fina. ff. de ferijs Feli. 3. & item. 10. Dec. 4. in c. licet. cauſam de probatio. Feli. pri. Pariſ. 3. in c. paſtoralis de exceptionibus Capic. in deciſ. 81.in cauſa cum ſequenti & iterum in deciſ.90.in cauſa magnificorum atque iterum in deciſ.205.in cauſa dominæ Victorię.

DE-

DECIMA QVARTA DECLARATIO.

Publicatio. Concluſio. Ceterique actus.

97 Dilatione item præfixa receptiſque probationibus ſtatim publicatio concluſio & alij ſimiles actus inculcari debent ut in ritu a noſtro. 2. & in ritu item a noſtro. 13. atque hoc intelligendum eſt quando exceptio quæ per debitorem oppoſita eſt haud quaquam probatur, itaque de eo cōdemnando agitur ad quem modum.d.ritus nū cupatim loquuntur, uerum ſi ageretur de debitore liberando abſoluendoque quia exceptio per eum oppoſita ad probaretur tunc facta publicatione non expectatur concluſio & alij actus ſed a carceribus ſtatim reuellitur ut Venafran.inquit in conſi.66. in cauſa hebręi, per ritum noſtrum in fine aſſerentem quod de facto debitores eo tunc liberandi ſunt.

DECIMA QVINTA DECLARATIO.

Sententia.

98 Sententia præterea ferenda eſt ut in ritu 166.§.nota quod ille ibi & datur ſententia, atque interloquutoria eſt ut in ritu 183.item in ritu 303. uerūm ſi omittatur proceſſus haudquaquam infirmatur ut Canar.inquit in tracta.de exequutiō inſtrument.q.4.

An ſapiat vim diffinitiua.

99 In eo autem dubitari ſcio an interloquutoria hæc ſapiat uim diffinitiuæ? ſunt uerò qui dicunt quod non. Ange.in conſi. 115. primo Bruttigar.in tracta. de ſententijs.q.8. Capic.in deciſ.34. in cauſa, atque ſunt multo plures qui inquiunt quod ſic, Roma. in conſi. 174. ampliſſime Feli.in rub. col.4.in c. quo ad conſultationem.8. de re iudicata Ale.Iaſ. Aquens.in l.5.ff.de uerbo. obligatio.Ripens.in rub.ff. de re iudicata.

Canar.autem, cui ſubſcribo in tracta.de exequutio.inſtrument.q. 48.horum controuerſiam compartitur, diſtinguendo aut ſententia de exequendo data eſt poſt dilationem probatoriam cauſęque cognitionem & tunc ſapit uim diffinitiuę, aut poſt interrogationes ad formā huius ritus nulla adhuc dilatione pręſtituta ac cauſæ cognitione prolata eſt, & tunc interloquutoria mera eſt.

An ferenda ſit quoque ſimile ſuper periurio.

100 Et ne quit in curioſius omittam illud quoque diſquiri ſolet, an prædicta ſententia ferenda quoque ſit ſuper periurij pœna.

Atque ſunt item qui inquiunt quod non per ritum a noſtro 3.5. nota quod ille ibi datur ſententia ciuilis, non de ſunt qui contendunt quod ſic per ritum ab hoc item. 5. & iterum. 15. atque his ridet Afflic. in conſtitutio. ſtatuimus. 17. nobil. per illũ tex. ſed (ut uerũ ingenue fatear) d. conſti. nihil adprobat quia loquitur in diuerſo caſu & ab ea argumentum excipi improbum eſt cũ ſit legis cõmunis correctoria. Mihi igitur placet opinatio quod nõ, quia antequã procedatur ad ſententiam ſuper pęna periurij declaratoria periurij lapſus & quidẽ diſiũ ctim ferẽda eſt. c. cum ſecundum ibiq; Gemi. & Frãc. de hęreticis in 6.

DECIMA SEXTA DECLARATIO.

Pœna periurij.

101 POena uerò periurij in regno eſt mutilatio manus ut in ritu a noſtro. 5. & item 15. atque illud præſtatutum eſt in conſtitutio. eos qui ſcienter, de iure autem communi diuerſa pœna ut per ripen. in c. 2. de reſcriptis. Cagno. in l. ſi quis maior. nu. 129. C. de tranſac.

Verum pro periurio incurſo quando ad formam huius ritus inſtrumentum accuſatur pecuniaria pœna de more exigitur Afflict. inquit in conſtitutio. ſtatuimus. 17. notabil.

Periurij lapſus an eo intelligatur probatus quod debitor non docuerit ſoluiſſe.

102 Incidit notabilis. q. an periurij lapſus eo intelligatur probatus quod debitor ſoluiſſe non docuerit Afflict. in d. conſti. eos qui ſciẽter 2. notabil. 11. q. adſtruit quod ſic Feli. in c. querelam de iure iurãdo eam adſtructionem legali uigore conterit quia poteſt eſſe quod debitor non ſoluerit ex neceſſitate ei vrgente uel proter aliquod impedimentum ei ſuper ueniens quibus caſibus periurio excuſatur. d. c. querelam & c. breui eodem tit. de iure iurando, unde regula ſuccedit non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit ab eſſe. l. non hoc. C. unde legitimi. c. in præſentia de probatio. propterea concludit per creditorem probari debere quod licet potuerit ſoluere debitor non ſoluerit. Afflict. opinationem ſtrenue defendit. Ripens. in l. in illa. 5. col. ff. de uerbo. obliga. quia in dubio quilibet cenſetur ſoluendo ſi creditores. ff. de priuilegijs creditorum, ergo ſaltem pręſumptiue ex quo nõ ſoluit probatio concludit, quia cenſetur potuiſſe ſoluere.

Aduer-

Aduerſus Afflict. implacabiliter fuerit ritus. 169. ibi procedit etiam ad probationem, qui ſubtiliter per penſus id omnino probat, quòd præter ſolutionem per debitorem oſtenſam aliquod etiam aliud probandum eſt.

Periurium ſuper interrogationibus punibile.

103 Scitu dignum illud quoque, quòd periurium ſuper interrogationibus a creditore patratum uel debitore etiam puniri debet ut eſt ritus 122. crederem uerò haud mutilationis pœna ſed arbitraria ut in ritu 7. 8. & in pragmatia quinta die, quarum legum interpretationem mutuabis a Baldo in conſi. 299. proponitur in 5. Boer. in deciſ. 305. periurus in 2. Bero. in q. 134. cum mercator Ripens. in c. 2. col. 2. de reſcriptis Afflict. in c. 1. §. fi. 4. notabil. de conſuetudine rei feudal. & in Epigraphe. d. conſtitutio. eos qui ſcienter.

DECIMA SEPTIMA DECLARATIO.

Appellatio ab exceſſu. Ab intereſſe ſeu extimatione. Ab incurſu periurij. Ab exceptionis reiectu.

104 Atque id quoque norint ſtudioſi, a ſententia de exequendo appellari non poſſe ad finem differendę exequutionis Canar. in tractat. de exequutio inſtrument. q. 46. cum ſequenti Barz. in tracta.
105 de inſtrumen. guarentig. 2. p. 14. q. Feli. in c. quo ad conſultationē col. 8. de re iudicata, Dec. in c. nouit de appellatio. Bald. in conſi. 35. prius in 5. qui hoc extenuat non procedere quando appellatur ab exequutionis exceſſu.
106 Extenuat quoque Corn. non procedere in appellatione a ſententia de exequendo ſuper intereſſe uel extimatione in conſi. 141. licet in 3.
107 Rurſum extenuat Feli. in c. cum non ab homine col. fina. de iudicijs non procedere in ſententia a lapſu periurij uel pœnæ declaratoria.
108 Extenuat denique Cæpoll. (quem uocant) in caute. 44. nota quādo opponeretur exceptio & a non admiſſione fieret prouocatio, itaq; obſeruatum plane eſt.

DECIMA OCTAVA DECLARATIO.

Inſtantia.

109 INſtantia uerò in proceſſu hoc inſtrumentariæ exequutionis eſt Bimeſtris, ſi cōmode expediri poteſt, aliàs triennalis eſt, ut in ritu ab hoc 2. ad finem tradunt quoque Alc. Antonius ab Ale. Iaſ. in l. properandum in princip. C. de iudicijs Aret. Antonius ab Alex. Cur. in l. pri. C. de iure iurando ob calumniam præſtito Marian. in tractat. de inſtantia. 6. art. ultima fallent. Feli. in c. pen. col. 4. de iudicijs Carar. in tracta. de exequutio. inſtrument. q. 33. Barz. in tracta. de inſtrument. guarentig. 2. p. 5. q. Afflict. in conſtitutio. hac lege. col. 3. in deciſ. 347. in quadam cauſa & Vena Fran. in conſi. 66. in cauſa, quique in caſu noſtro ſpeciatim loquitur.

DECIMA NONA DECLARATIO.

Præuentio.

110 SEd enim (ut pars hæc iam nimio plus exuberans ad coronidem perducamus) docendum eſt, quòd ſi antequam debitor citetur ſuper inſtrumenti tenore in iudicio comparuerit, & præueniendo (ita enim noſtrates dicunt) inſtrumentum lacerandum expectat, quia ſatisfecit, tunc non poteſt procedi ad citationem ſuper tenore niſi præuentionis cauſa prius abſoluatur ut in ritu a noſtro. 2. §. nota quod ille: atque in hac præuentione, forma pragmatiæ malitijs hominum ſeruanda eſt, quæ a principio iubet ut fideiuſſores dentur de ſoluendo debitum ac pœnam, caſu quo ſatisfactionem non docuerit.

111 Cæterum poſteaquam in præuentionis uireta conſilio certe incidimus, innumerabili uarietate floribus paſſim niteſcentibus, coronamenta nobis compingamus, quæ non ornent modo ſed halitu fragrantia ac ſucculenta quodammodo alant impleantque ratione mira.

Iudex præuentionis quis.

Primum ſcire uolo, an in præuentione creditoris iudex uel debitoris adeundus ſit, qua in re Afflict. in deciſ. 268. in alia (licet in remedio. l. diffamati. C. de in genuis & manumiſſis præuentioni tamen haud longe diſſimili loquatur) inquit quod huiuſmodi præuentores ſunt actores, quandoquidem iudicem ſponte adeunt alioq; prouocant. l. in tribus. ff. de re iudica. l. libertus. ff. de in iuſuocando, & propterea creditoris iudicem inuocare debent, quia forum rei actor ſequitur. c. ſi clericus laicum. c. cum ſit generale, de foro competenti, hanc Afflict. opinatio. ſequuntur. Dec. in conſi. 487. in quæſtione in conſi. 686. implorato Pariſ. in c. in præſentia col. 10. de probatio. Marian. in d. c. cum ſit generale pri. fallen. Aquens. in l. fi. col. 2. C. de edendo

Pariſ.

Pariſ.in c.cum inter col.5.de exceptionibus Boer.in deciſ. 225. quantum col.3.in 2.

In aduerſum haud incurioſe arbitratus eſt Ale. in conſilio 103. conſideratis in 5.quia cauſa naturalis inſpicienda magis eſt. l. qui habet in princip.ff. de tutelis cauſa naturalis præuenientis eſt prouocatio,ſpontanea uerò iudicis aditio eſt: accidentalis igitur illa non hæc ſpectanda eſt Alex ſectatores ſunt Feli.in c.ea quæ col. pri. de re iudicata,in c. ſin autem columna fi. de reſcriptis.in c.ſi quis contra columna pri. de foro competenti.Aſtens.in clemen.ſępe col.36. de uerborum ſignificatio. Dec.in c.2.col.4.de probatio.Purpurat. in d. l. fi. col.3.Cagno.in d.l.diffamari. p. q. in l. fauorabiliores in 2. duelli. q. ff. de regulis iuris atque hęc opin. (ut ſuppręſati teſtantur) communis eſt.

Ego uerò cenſeo,quod ritus 186.§.item qui ſatisfactionem ibi niſi creditor ſit clericus.q.palinodiam canit,ait ritus prædictus quod ſi creditor eſt clericus coram iudice eccleſiaſtico præuentio facienda eſt, igitur in præuentione iudex creditoris adeundus eſt,hoc ergo in preuentione ſtatuendum in primis eſt, quod creditoris iudex inuocandus eſt non debitoris.

Excommunicatus non poteſt præuenire.

112 Ex quo illud conſequitur excommunicatum non poſſe aduerſus inſtrumentum præuenire, quia pręuentor eſt actor non reus. Atqui excommunicatus in iudicio eſſe poteſt excipiendo agendo ne quaquã Feli.Dec.in c.intelleximus de iudicijs Pariſ. in d. c. cum inter Cagno. in d.l.diffamari.4.q.& Boer.in d.deciſ.255.col.3.

Per præuentionem an inducatur iuriſdictionis præoccupatio.

113 Nec ab ea re ſeparanda eſt.q.an per præuentionem inſtituatur iuriſdictionis præoccupatio? ita quod finita pręuentionis cauſa creditor neque poſſit conuocare ad alium iudicem,in hac re quoque uariè arbitratus eſt Socci.in conſi 94.uidetur in 3.& Marian.in c.propoſuiſti 12.q.de foro competenti inquiunt quod non,quia cauſa inſtrumẽtaria ſeparata eſt a præuentionis cauſa.Atque in diuerſis non fit iuriſdictionis præoccupatio Bar.in l.ſi pluribus.ff.de legatis pri.

Caccialup.uerò in l. omnes populi col. 14. ff. de iuſtitia & iure & Feli.in c.cum ſit generale col. 4. de foro competenti adſtruunt quod ſic,quia iudex præparatorij,principalis quoque cauſæ iudex ſit.l. ubi cæptum.ff.de iudicijs.C.ex tenore de reſcriptis.

114 Huius rei farrago eſt apud Ale.Iaſ.in l.quotiens.C. de rei uendicatio. Feli. in c.pri. columna.10.de iure iurando in c.præterea col. 11.

de ſponſalibus, Feli. Dec. Ripens. Cur. Purpurat. in rub. C. de edendo Cagno. in l. ſignis maior. numero 208. C. de tranſactio. Afflict. in deciſ. 30. fuit dubitatum Marſi. in ſingul. 654. multos Grămat. in conſi. ciuil. 88. in cauſa quibus in locis famigerata illa q. exagitatur an iudex abſolutionis a iure iurando ſit quoque principalis cauſæ iudex.

115 Repetamus (ſi placet) q. noſtram Aſtenſ. in d. clement. ſępe col. 36. ob eius difficultatem reliquit eam indeterminatam, Cagno. item in d. l. d. ffamari. 5. q. eam quoque in medium reliquit, niſi coniectandum ſit, quòd ſecundæ opinationi hęret, eam enim poſtremo retulit.

Ego uerò crediderim, quòd præoccupatio iuriſdictionis inſtituatur, adque hoc pondero pragmatiam malitijs hominum dum præcipit iudici præuentionis ut poſt publicationem debitorem detineat coniectum in uinculis, re namque (quod dicitur) apud ſacram geſta certius ſupponit, & Iudex præuentionis cauſam inſtrumentariæ exequutionis proſequitur, ſtatuendum igitur & hoc aliud eſt quod iudex in cauſa præuĕtionis erit quoque iudex poſtea in exequutionis cauſa.

Præuentio an fieri poſſit de alia quauis exceptione præterquam de ſolutione.

116 Cæterum. q. hic ſpectat, an præuentio fieri poſſit de alia quauis exceptione pręterquam de ſolutione? in qua fori celebres atq; in patrocinijs exercitatiores frequentiſſime arbitrantur quod non, adq; hoc expendunt pragmatiam malitijs hominum & ritum. 185. quibus in locis probatur quod pręuentio fieri debet de ſolutione uel ſatisfactione.

In diuerſum ego cenſeo, adque hoc pondero ritum. 186. ibi quod ſibi ſatisfecerit uel alio quouis modo uelit dicere contra inſtrumentũ qui certo, id certius probat, atque Afflict. 387. ſi uno, de nullitate inſtrumenti præuentionem haudquaquam deſpuit.

Neque obſtant iura præallegata, quia ſtatutum dicens quod aduerſus inſtrumentum non poſſit opponi aliqua exceptio niſi ſolutionis ac ſatisfactionis protrahitur ad quamcumque liberationem Ripens. poſt Roſac. quem citat in l. 4. §. ſoluiſſe. ff. de re iudica.

Forma pragmat. malitijs, num ſeruanda quando in promptu probatur præuentionis exceptio.

117 Ingerit ſe ſe quæſtio pro intelligentia. d. pragmatiæ, haud prætermittenda, an forma illius pragmatiæ obſeruanda ſit, quando exceptionem in præuentione obiectam prompte adprobaretur, ac in eodem

dem

dem inſtanti? ſcioli quidam ac pullati tenebriones credunt quòd ſic. Verum docendi ſunt noſtrarum legum candidati quòd non, quia exceptio in promptu probata abſque eo quod præuētio obiecta fuerit Carcerationem impedit ut ſcripſi hac.p.10. declar.

Porrò fideiuſſio ad illius pragmatiæ formam ea fermè ratione quæſita eſt, quia debitorem creditur exceptionem in præuentione oppoſitam ad differendum ac doloſe inſtituiſſe, ut in ea expreſſum haud obſcure eſt, atqui prædicta Ratio iam ceſſat cum in eo inſtanti exceptionem addocuerim.

Fideiuſſio pragmat. neque data neque petita an uiciat proceſſum.

118 Hic quærendum ex iuſto eſt, An fideiuſſione ad formam illius pragmatiæ neque data neque expoſtulata iudicium præuentionis infirmetur, Caſtrenſ. Iaſ. in leg. uniuerſa. C. de precibus imperatori offerendis Bald. in conſilio 361. primo. in pri. in conſil. 309. decretum in quinta, Comens. in conſilio. 182. impetratum in fin. Annan. in conſilio. 82. uiſo Alexand. in conſi. 37. uiſo in ſecunda, in conſil. 96. uiſis in quarta, Feli. in cap. ſin autem columna quarta, de reſcriptis Firmian. in gabellis tertia p. octa. p. uigeſima quarta, quæſt. Ripens. in Rubr. de iudicijs columna ſeptima in leg. tertia. §. hoc autem iudicium columna ſecunda, ff. de damno infecto in leg. ſi quis ab Alio. ff. de re iudicata Sapia. in leg. pri. columna nona ff. de iuriſdictione omnium iudicum Galliaul. in leg. quarta. §. Cato. numero 71. ff. de uerborum obligatio. Boer. in deciſ. 124. teſtator. nu. 31. in pri. inquiunt quod non, quia fideiuſſio à ſtatuto quæſita non debet dati niſi parte petente, d. Authen. uniuerſa cum materia ſua.

In oppoſitum arbitrauere Ripens. parum ſibi fidelis in leg. ſecunda §. ſublata. ff. ad trebellianum & Bero. in quæſtione. 79. cum leg. municipal.

Ego diſtinguo ad eum modum, aut fideiuſſio prædicta petita non eſt neque præuentioni quouis modo oppoſitum fuerit & iudicium non infirmatur, aut fideiuſſio non eſt petita uerum ſub nubilo obiectū ſit præuentioni non admittendam, & tunc infirmatur iudicium, quia tacita & ſubintellecta fideiuſſionis peticio ſufficit. Alex. in d. l. uniuerſa & in conſil. 205. uiſis in 2. Itaque ſinit. Bero. in d. q. 79. ſi perfectè inſpiciatur.

Fideiuſſio pragmat. an danda ſit etiam per poſſidentem immobilia.

119 Neque prætermittenda eſt quæſtio. An fideiuſſionem ad formam

dicta

dicta pragmatiæ & immobilia poſſidens præſtare teneatur ? Alexand. & ab eo relati in leg.p.ff.qui ſatiſdare cogantur aiũt quòd ſic. Iaſ.uerò ibi & ab ipſo citati repugnant loquentes in ſtatuto fideiuſſionem exquirente.

Ripens. in leg. ſiquis. Ab alia. ff. de re iudicata eorum antinomiam diſſoluit, & demum concludit, quòd quando ſtatutum diſquirit fideiuſſionem ut dolus abſit, tunc etiam locupletiſſimus fideiubere tenetur: igitur præuentor etiam ditiſſimus fideiubere debet ad formam illius pragmatiæ, quia fideiuſſio ibi requiritur ut dolus abſit.

Ratio cur præuentio eodem die facta, non impedit carcerationem.

120 Sed occurrit in hac præuentionis tractatione, aliud admiratione dignum, Ritus 182. inquit, quod ſi præuentio fiat eodem die quo facta eſt præſentatio inſtrumẽti, tunc procedi poteſt ad interrogationem ſuper tenore; Afflict. in deciſ. 387. ſi uno expendit rationem illius ritus per doctrinam Din. in leg. cum in teſtamento. §. hæc uerba ab illo rex. exceptum. ff. de hæredibus inſtituendis, quod ubi de prioritate ac poſterioritate actuum dubij ſumus, præſumitur priorem eſſe qui ſecũdum ordinem intellectus præcedit, quoniam igitur obligatio prior eſt ſolutione inſpecto naturæ ordine leg. poſt mortem de legatis. pri. Arethus. ff. de ſtatuto hominum, propterea poſterior cenſetur præuentio.

Ego item cenſeo, quod ille ritus ſit præfixus in doctrina Marian. in capitulo propoſuiſti. 7. quæſtione de foro competenti, quòd ſi debitor intentat remedium. leg. diffamari eodem die quo actionem creditor intentauerit nec apparet quis prior, creditur quòd creditor primitus comparuerit per regulam quòd reorum eſt fugere. l. inter ſtipulãtem. §. pri. ff. de uerborum obligatio. additis quæ habentur in c. in noſtra de teſtibus.

Quid ſi conſtat de prioritate per horas.

121 Super eſt quæſtio Altera ſuper intellectu. dicto. ritus, an conſtante de præuentione per horas ante præſentationem ſuperſederi debeat in exequutione, ſuppræfati præſupponunt quod ſic, Ritus uerò ibi non habendo reſpectum de horis, uidetur ſentire quòd non.

Mihi uidetur quòd ille ritus in d. uerbis uult refellere diſputationẽ horarum,

horarum, ne fortaſſe debitor calumniatus agendo petat terminum ad probandas horas, & in hoc.d.ritus eſt fundatus in conſtit.ſpeciale quę in regno tollit hanc ſubtilitatem. horarum Afflict. ibi. quarto notabil. ſed ſi in actis eſſent ſcriptæ horæ & appareret prius facta præuentio, tunc cenſerem, quòd non poſſet procedi ad interrogationem ſuper tenore, quia neque horarum ſubputatio deſpuenda eſt Soc. in leg. qui duos colum. 2. ff. de rebus dubijs Alexand. Iaſ. Soc. Aquens. Ripens. Bal. nouell. Bulgar. Parpal. in leg. pti. ff. ſoluto matrimonio. Dec. Cagn. in l. in Ambiguis de regulis iuris, & ideo cautum eſt in actis horam ſcribere quando præuentio fit.

VIGESIMA DECLARATIO.

Preambulum.

122 POſtremo comonendos impenſius ſtudioſos remur, nequid omnino ueluti conniuentes qui uſui ſit legiſſe tranſiliamus, quod quando creditoris hæres inſtrumentum ad formam huius ritus accuſare uult, ab ingreſſu debet liquidare hæredem ſe fore ut in ritu 188. Adſtruunt quoque relati in ſecunda.p.3. d.numero quinto: itaq; offerre præambulum debet, ita enim liquidationis petitionem noſtri uocant iuxta Ritum 282.

Citatio num diſquiratur in præambulo.

123 Atque in huius præambulationis pragmatia ingerit ſe difficultas haud quaquam ex triuio, & quam lincei noſtrates etiam ſi tranſparietes proſpectum ſibi uidentur, non explicauerunt ſatis, An in præambulo citatio quoque ſit quæſita? Maranta noſtrarum legum uir haud incurioſe doctus in Specul. quod inſcripſit aureo. 3.p.pri.actu.nu.79. inquit quod non, quia in actibus qui ante principaliorem citationem præambulariæ expediuntur citatio haud quaquam requiſita eſt.

Cauens. quotus quiſque fuerit in dicto ritu. 282. arma in aduerſum extrahit, quia in liquidatione citatio regulatim diſquiſita eſt ut ſcripſi in tertia parte poſtrema. dicta Allegat. ipſe Bald. in leg. per diuerſas, C. mandati & in leg. ſecunda, C. de exequutio. Rei iudicatæ.

Ego uerò Bald, & pedarias doctinas intelligo procedere in liquidatione perſonarum quæ fit ad effectum exequendi inſtrumenta uel credita, ita enim loquuntur, uerum in liquidatione perſonarum ad fi-

nem

nem accuſandi tex.in cap.ex parte probat quod citatio non requiritur, idque innocent.ibi ſubcinit, de accuſatio.

Et propterea in præambulatione hæredis ad effectum accuſandi debitorem de periurio uel pœna, cenſeo, quod non requiritur citacio authoritate prẹſertim Afflict. in conſtitutio. eos qui ſcienter. ſecundo notabil. quinta quæſtione. itaque ſeruatur in magna curia uicariẹ ut Gramat.teſtatur deciſio. quinquageſimaoctaua. Magnifica Margarita.

QVIN-

QVINTA PARS
DE EXCEPTIONIBVS QVAE ADVERSVS carcerationem opponuntur
XXXVI. DECLARATIONIBVS SVBSISTIT.

PRIMA DECLARATIO.

Ritus hic non tollit exceptiones, ſed eas admittit poſt carcerationem.

1 REliquum eſt de exceptionibus tractare, quæ aduerſus carcerationem opponi ad Ritus formam conualent, Pleraque enim omiſi ad Ritum hunc etiam num pertinentia, Verum quia liber plus ſatis extumuiſſe uidebatur, ne Encyon fieret, utumq; geſtaret, placuit & poſterioribus anſam ritus etiam quoque premendi relinquere. Illud uerò ſe ingerit primum, ut ſcrutemur, quòd exceptiones hic Ritus haud quáquam tollit ſolum eas differt, interim ut debitor carceretur poſtea in uinculis coniectus eas opponere permittit, Feli. Hanc ſtatuti ſpeciem penſitauit in Rubr. de Appellatio. & eandem quoque ſtatuendi formulam excogitauit Cępoll. quem nominant, in cau. 227. ſtatutum.

Regula ritus eſt quod qualibet exceptio etiam in promptu probata non impedit carcerationem.

2 Verum quia ſtatutum exceptiones uel differens non includit eas, quæ promptuariè adprobari queunt. Feli. Dec. 7. fallent. Rurſum. 15. item rurſum. 19. fallent. in c. ex parte. 2. de officio delegati. Dec. in conſilio. 424. proponitur in conſ. 46. Bene. in 3. propterea Ritus exprimit quod carcerationem exceptiones etiam in promptu probatę non impediant.

SECVNDA DECLARATIO.

Fallit in exequutione petita per forenſes.

3 HAbendumque illud Iam in animo ſemperque aduerſus forenſem petentem exequi inſtrumentum ad huius ritus dictamen, exceptio quępiam promptim ad probata tundi poteſt, carceratioque impeditur.Iaſ.col.12.Caccialup.52.in l.pri.C.de ſumma trinitate & fi de catholica.

TERTIA DECLARATIO.

Vel per clericos.

4 NEc illud quæſo neglexeris,quod aduerſus clericum inſtrumentum exequi petentem ad huius ritus formam exceptio quęcunque obtrudi poteſt,& in promptũ probata carcerationem tollit Matiã. in c.quod clericis col.2.de foro competenti.

QVARTA DECLARATIO.

Fallit in exequutione inſtrumenti confecti ante ritum.

5 NE quid tamen diſſimulem , ſed quicquid obſeruatum mihi eſt publico bono ingenue promam,aduerſus inſtrumentum confectum ante hunc Ritum exceptio quæpiam in promptum probata carcerationem ad eius formulam prępedit Feli.col.5.Dec.penul.c.fin. de conſtitutio Caccialup.col.49.Crott.25. in leg. omnes populi & ibi quoque alij.ff.de iuſtitia & iure.

QVINTA DECLARATIO.

Quid ſi hæres agit.

6 SVnt item qui adſtruunt , quod aduerſus hęredes creditoris inſtrumentum ad Ritus noſtri formulam inculantes quęlibet exceptio opponi poteſt, Atque ſtatim probata carcerationem tollit, horum ante ſignanus eſt Gramat. in conſi.ciuil. 11.ſoluto matrimonio, uerum cum ijs pugnat Corn.in conſi.109.uiſo in primo, Atqui Grama. iura procedunt in quo piam (pręter hæredem) tertio Alexan. in conſilio 83.uiſo in tertia in conſilio 86. lętatus in ſeptima. Corn. in conſilio.

118.ui-

118.uidetur in pri.Gram.in conſilio ciuil. quinquageſimoquinto, in cauſa.

SEXTA DECLARATIO.

Exceptiones reſpicientes proceſſum ſublatæ. Item dilatoriæ ſublatæ. Ordo huius ritus ſeruandus.

7 ILlud impenſe animaduertendum, quòd exceptiones reſpicientes proceſſum ex natura præceptæ exequutionis ſublatæ cenſentur Canar.in tractat.de exequutio.inſtrument.q.4.Alex.in leg.intra diem ff. de re iudicata, exceptiones item dilatoriæ reiectæ quoque ſunt Bald. in conſi.penul.in 5.Galliaul.in leg.4.§.Cato,num.73. ff.de uerborum obligatio. Verum enim uerò exceptiones ſpectitantes ordinem proceſſus à Ritu noſtro præfinitum omnino opponi quæunt ut inquiunt Canar.in d.tractat.quæſt.51.Barz. in tractat. de inſtrument. guarentigiat.3.p.17.quæſt.Alexan.col.3.Ripens.in l.4.§. condemnatum.ff.de Re iudicata.

SEPTIMA DECLARATIO.

Fallit regula huius ritus, in exceptionibus obuenientibus ex lege regni.

8 ILlud ſilentio minus prætereundum, quod exceptiones ex quapiã huius regni lege obuenientes in promptu ad probatæ carceratione͂ quoque prępediunt Canar. in tract. de exequutio. inſtrumen.4.q. Ful. goſ.in conſil. 107. ſuper eo Anchar. in conſil. 73. uiſis in conſil. 167. uiſis in fin.Roma.in conſi.244. pro euidentia in conſ. 482.in eo.Cor. in conſi.203.in hac in conſi.241.uidetur in 3.Alexa. in conſil.8.uiſo col.3.in pri.in conſi.64.circa in 4.in conſi.21. conſiderantis in 7.Feli. Dec.4.fallent.in c.ex parte 2. de off.deleg.

OCTAVA DECLARATIO.

Fallit in exceptionibus ex inſtrumento apparentibus.

9 NEc oberit illud iactatum uulgo,exceptiones opponi poſſe ex eodem inſtrumento apparentes carcerationemque ſubtollere Comens.in conſilio.136.uiſis columna tertia, Imol. in conſilio 136. in cauſa columna ſecunda.Roman.in conſilio quadrageſimoſecundo ui

ſis

ſis in conſi.ſi Attentis Alex. in conſi.20.uiſo colu. 1.in 6.Feli.Dec.11 fallent.in c.ex parte.2.de officio delegati.

NONA DECLARATIO.

Vel obligatione ex confeſſione in actis facta.

10 CAEterum ne id item omiſerim, exceptiones quæ ex iudiciaria cõfeſſione promuntur (quam obligationem noſtri uocant) carcerationem quoque tollunt, hoc à noſtro ritu præceptam. Barz.in tractat.de inſtrument.guarentigiat.3.p.14.Feli.item & Dec.14.fallent.in c.ex parte.2.de officio delegati.

DECIMA DECLARATIO.

Fallit in exceptione ſolutionis.

11 SEd agè pergamus aliquid contexere, quòd lectoris frontem exporrigat, exceptio ſolutionis ac ſatisfactionis ſi in promptu comprobetur carcerationem quoque fruſtatur ita nuncupatim exprimit Ritus, tradunt etiam Canar.in tractat.de exequutio. inſtrument. q. 12. Barz. intract.de inſtrument.guarentigiat.3.p. p.q. Alex.in conſil. 85.uiſo in 5.in conſi.20.in conſi.97.uiſo in 6.Dec.Cagnol.in l.in bona fides. ff. de regulis iur.Dec.in c.ex parte 2.25.fallent.de officio delegati & in l. non eſt nouum ad ſi.C.de edendo.

12 Intellige etiam procedere in confeſſa quoque ſolutio. Bald.in l. ſi non ſortem.§.in debitum col.2.ff.de condictio. indebiti, & licet ijſdẽ in conſilio 139.factum in 2.contrarium adſtruat, tamen illam Bal.adſtructionem refellunt Dec.in l.2.§.fi.col.5.ff.ſi cer.pet.& Tiraquell.in retractu tit.pri.§.pri.gl.18.nu.83.

13 Secundo intellige procedere etiam in ſolutione ab alio facta licet debitoris nomine ſuppreſſo modo ſit illius obligationis diſſolutio. Corn.in conſi.33.uiſo.in 2.

14 Tertio intellige in ſolutione alteri etiam facta modo in creditoris commodum ſurgat, in caſibus quibus liberari debitorem lege receptum eſt Alexand. Soc. Iaſ. Aquens. in leg. tertia, in princip.ff. ſoluto matrimonio Alexand. Antonius ab Alexan. Iaſ.Curt. in leg.filio.C. de pactis Ripens. in leg. pri.ad fin. ff. in quibus cauſis pignus uel hypotheca.

Quarto intellige etiam quando debitor ſuccedit creditori Corn. in conſi.303.in hac in 4.

Quinto

16 Quinto intellige quoq; vbi ex ſtatuti forma debitum lucraretur. Corn.in conſi.310.uidetur in pri.

VNDECIMA DECLARATIO.

Et in quauis alia iuſta exceptione.

17 ID uerò tamquam obex moleſtior multum Iniecit moramenti, ritus limitatio in exceptione ſolutionis generatim extrahenda eſt in quapiam altera iuſta exceptione legitimaq; Cana. In tracta.de exequutio.Inſtrumen.q.pri.item 2.& item.3. atq; item.4. Bald.in conſ.135. uidetur in 3.Caccialup.in l.omnes populi. num. 96.ff.de iuris dictio. omnium iudicum Afflict. in conſtitutio. cauſas ad fin. in conſtitutio. commitimus.4.notabil.

Solutioni conſimili.

18 Neq; perpetua eſt hęc declaratio,tundunt namq; eã,Primo,modo ſint ſolutioni ſimiles Are.in conſi.106. in præſenti in cõſil.36.uiſo in 6.Iaſ.in l.pri.col.3.C.de iuris & fact.ignor.in l.ſi conſtante col.7.ff.ſol. matrimonio.

Et reſpiciente exequutionem.

19 Secundo exequutionem modo reſpiciant Cor. in conſ. 213.placet in ſecundo.

DECIMA SECVNDA DECLARATIO.

Fallit in compenſatione.

20 CÆterum illuc iam reclinandum, Carcerationem quoque præpedit compenſatio promptim adprobata Bald. in conſilio 317. quod ſi in tertia,Angel.in conſilio 137. quidam Alexand. in conſilio 12.uiſo columna final.in 2.Papia.in deciſ.181.reperio columna final. in item deciſ.184.ulterius in calce Bertrand.in conſilio 289.tria colu. pri.in ſecunda Tiraquell. in retractu titu. pri. §.tertio, gloſſ.tertia, & ſequenti: qui id perpetuo uerùm eſſe inquit in ſtatuto loquente de ſolutione ut complexa intelligatur compenſatio . Amplia etiam ſi debitum creditoris ab alio debitori ceſſum foret Afflict. in deciſ. 163.die.

Limita primo non procedere quando in inſtrumento renuntiatum

eſt compenſationi ita inquit Cauenſ. in huius ritus gloſſarijs,in aduerſum opinari uidetur Afflict.in deciſ.121.fuit,quia licet eo tunc opponi nequeat ut compenſatio,tamen ut ſolutio obtrudi poſſe receptũ eſt.

An & quando iurans ſoluere poſſit compenſare.

22 Secundo non procedere quando in inſtrumento iuſiurandum eſt quia iurans ſoluere non poteſt compenſare ſecundum communem & ueram opinio.de qua per Iaſ.in leg. eum qui.§. pri.ff. de iure iurando Marſil.in ſingul. 208.c ompenſatio. & Alij ab ijs citati haud parum multi.

23 Illud uerò bifariam ſublimitãt, primo ſi debitor eſt pauper tunc iurans ſoluere poteſt compenſare Afflict.in deciſ.163.Die.

24 Secundo quando debitum creditoris ſuperuenit Soc. in l.iulianus. col.pen.ff.de condictio.& demonſtratio. Afflict.in deciſ.163.Die,in deciſ.381.quædam Campic.in deciſ.167.in cauſa Aufrer.in deciſ.pri & item in deciſ.139.fuit quæſitum.Tiraquell. late in d.§.3.gloſſ.item 3.numero 4.atque item.3.

DECIMA TERTIA DECLARATIO.

In exceptione nouationis & delegationis fallit quoque.

25 ETiam illud adiungo,exceptionem nouationis ac delegationis præpedire carcerationem ſi in promptu comprobetur Canar. in tractat.de exequutio.inſtrument.12.q.Corn.in conſi.169.uidi columna final.in 2.Alex.in conſi.85.uiſo in 5.in conſi.36. uiſo.in 6. in conſil. 203.uiſo.in 7.

DECIMA QVARTA DECLARATIO.

In exceptione nouæ conuentionis.

26 SEd Agè ſubnectamus & alia, quæ ad ſanitatẽ Apitios, qui uiſuntur eſſe hac tempeſtate plures reuocẽt, poſterioris quoq; pacti exceptio ſubſtollit carceratione ſi própruarie probetur. Canar.in tractat. de exequutio.inſtrument.q.12.Alex. in conſ.95.in cauſa in pri.Gram. in conſi.ciuil.in 11.ſol.matr.

27 Extendunt etiã ſi inſtrumentum iuratum foret, poſteriorq; pacto haud quaquam modo non fiat in continenti poſt inſtrumentum.Iaſ. Dec.Aquens.in l.pacta nouiſſima. C.de pactis.

28 Ruſum extendunt etiã ſi poſterior pactio ad agendi effectum fieret,

ret,quia exceptionis uim operare poſſe ad miſſum quoque Alex.Ant. ab Alex.Iaſ.Dec. Cur.in l. in bone fidei. C. de pactis Caccialup. intrat. de pact.6.q.col.15.Tiraquel.in retractu. tit. 1. in calce,q.18.ad finem.

29 Extenuat non procedere in poſteriori conuentione Turpi ex cauſa, ideo nouæ pactiones quæ frequentius fiunt, dilatorie ſi ſoluet debiti portionem,uel de non petendo reliquum ſi aliquid uel daret, & item ſimiles,non poſſunt opponi cum ſint ex turpi Cauſa Alex. Iaſ.in l.fin. C.de condictio.ob cauſam.Corn.in conſi.103.uiſis ad fi.in 3. Marſil. in ſingul.432.ſæpe contingit.

DECIMA QVINTA DECLARATIO.

Quid in exceptione pecuniæ non numeratæ.

30 ILlud ne utiq; tranſmittendum, quòd licet exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poſſit aduerſus inſtrumentum exequendi ad huius noſtri Ritus formam ut ſcribunt Canar. in tract. de exequutio. inſtrument.12.q.Iaſ.3.& 4.fallent.Dec. col.pri. ad finem in l. qui pecuniã. ff. ſi certũ petatur, ſatis tamen uereor ne opponens conijciendus ſit in uinculis,ac exinde audiendus, quia in ſtatuto exceptiones reijciente hæc quoque cenſetur repudiata ſi Barz. credendum eſt, in tractat.de inſtrumen.guarentigiat.3.p.4.q.

Exceptio non numeratæ pecuniæ an opponi poßet aduerſus obligationes.

31 Ingerat hic forſan curioſior Aliquis,An pecuniæ non numeratæ exceptio opponi ualeat contra iudiciarias conuentiones quas obligationes noſtri appellant Barbat. in c. ſi quando de officio delegati inquit quòd non, Afflict.in cõſtitutio. cauſas paulo ad finem contendit ꝙ ſic.

Opinat.Barbat.licet ipſe non ſcribat,aſſequutus eſt Bal.in cõſi.447. contrahentes in pri.ſententiam verò Afflict.proſequitur Aret.citra puluerem doctus inſtitutio.de exceptio.§.idem iuris.col pen.

DECIMA SEXTA DECLARATIO.

Quid in exceptione rei non traditæ,precij non ſoluti.

32 SEd (vt à diuerticulo fabula repetatur) exceptio rei non traditæ vel pretij nõ ſoluti promptim comprobata impedit quoque carcerationem Canar.in tracta. de executio inſtrumen.quæſtio.27.Barz. in tractat.de inſtrum.guarentigiat.3.p.5.q.& item.16.quæſtio.Fulgos

in conſi.297.quidam.Corn. in conſi. 61.uiſa colu.5.in conſil.297.in in conſilijs in 3.Alexand.in conſi. 119. uiſo in pri.in conſil.20.cuius idem eſt initium in 6.Dec.in conſi. 119. diligenter in pri.in conſilio. 298.uiſo in 2.in conſi. 241.plene in 3.Alex. Antonius ab Alex. Iaſ.in l.ſi duo patroni.§.ſiquis iurauerit.ff. de iure iurando Feli. Dec. 10.fal lent.in c. ex parte. 2. de officio delegati Boer. in deciſ.43. ſuper ad finem in pri.

DECIMA SEPTIMA DECLARATIO.

Fallit in exceptione uſurarum ſecundum aliquos.

33 ADnotandum uerò illud ſcitu hercle dignum, quòd exceptio uſurarum promptuariè oſtenſa tollit etiam carcerationem Bald.in conſi.3.in 2.Cardinal.in conſi.120.Titius. Barz. in tractat. de inſtrument.guarentigiat.3.p.7.q.Tiraquell.in retractu tit. 2.§.5.gl.2.num. 36.Dec.in c.ex parte.2.28.fallent.de officio delegati.

Scio quod Angel.in l.4.§. condemnatum. ff.de re iudicata Alex.in conſi.83.interrogatus in 5.Barbat.in conſi.18.clementiſſimæ col. penult.in primo contrauertunt.

DECIMA OCTAVA DECLARATIO.

Inhibitio iudicis eccleſiaſtici an tollat carcerationem & quando.

34 HOc loco (ne quis uelut obice offendatur) ſciendum eſt, quòd inhibitio facta per eccleſiaſticum iudicem ſæculari, quæ frequentius fieri ſolet quando aduerſus inſtrumentum uſura excipiatur, carcerationem differt. ſi citata parte, cauſaque cognita expediatur Senens.in conſi.30.pactum Anch.in conſi.234.caſus Aret.in conſi.20. in quæſtione in conſi.33.conſultatio in conſi.75.diligenter. Ale. in conſ.91. uiſis in 2.in conſi.9.Præſtantiſſimæ in 4.in conſi.78. & item in ſequēti in 7.Canar.in tractat. de exequutio. inſtrument. q. 52. Rodulph.in tract.de uſuraris.q.131.Barz.in tractat.de inſtrument. guarentigiat. 3. p.final.9.Iaſ.in l.ne quicquam.§.ubi decretum col. 6.ff.de officio proconſulis in l.qui opus.ff.de operis noui nuntiatio, Feli.in capitulo eccleſiæ ſanctæ Mariæ columna 25.de conſtitutio. Alexand. Iaſ.Ripens. leg.4.§.condemnatum.ff.de re iudicata Gramat. in conſi.ciuil.88. in cauſa nobilis.

DECIMA NONA DECLARATIO.

Quid in exceptione ſimulationis.

35 IN claſſicis Authoribus illud comperio etiam (fateor enim plures contradicere) quòd exceptio ſimulationis in promptu probata carcerationē præpedit Bald. in conſi. 118. præmittendum in 4. Fulgoſ. in conſi. 134. in q. ad fin. Abb. in conſi. 73. circa in 2. Alex. in conſilio. 101. ſuper in 4. Barbat. in conſi. 27. ſcripſit in pri. in conſi. 53. præclare col. 13. in conſi. 59. illud colum. 9. in 2. in conſi. 70. cuius idem eſt principium col. 8. in 3. in conſi. 22. clementiſſimum col. 4. in cõſi. 35. omnipotentem col. 2. in 4. Canar. in tractat. de exequutio. inſtrument. q. 13. Barz. in tract. de inſtrument. guarentigiat. 3. p. 2. q. Feli. in c. cum Ioannes col. 10. de fide inſtrument. Iaſ. in l. cum C. de tranſactio. Feli. Dec. 13. fallent. in c. ex parte 2. de offi. delegati. Tiraquel. in retract. pri. §. 1. gl. 2. nu. 12. cum ſeq.

VIGESIMA DECLARATIO.

Quid item in falſitatis exceptione.

36 ADijciamus id quoque quòd exceptio falſitatis in promptu oſtenſa tollit carcerationem Barz. in tractat. de inſtrument. guarentigiat. 3. p. 9. Barbat. in conſi. 42. omnipotente col. pen. & item in conſil. ſequenti in pri. Gramat. in conſi. ciuil. 66. quia col. 2. Iaſ. in l. ait præ- §. iurati. ff. de iure iurando Dec. in c. ex parte. 2. 29. fallent. de officio delegati. Cagnol. in l. in teſtamentis nu. 11. ff. de regulis iuris Tiraquell. in retractu tit. pri. §. 1. gl. 20. nu. 11.

Atqui Ritus noſter dum ſubnectitur, quòd excipiens de falſitate in uinculis coniectus exaudiri debet, interpretandus eſt quãdo promptim non adprobaretur, quòd & frequentius euenit ut Barz. loco iam citato retulit.

VIGESIMA PRIMA DECLARATIO.

Atque in exceptione nullitatis inſtrumenti quid.

37 ADglutinandum quoque eſt quòd exceptio cuiuſpiam nullitatis inſtrumentariæ ſi ſtatim pateat impedit carcerationem Canar. in tractat. de exequutio. inſtrument. quæſt. 19. Barz. in tractat. de inſtrument. guarentigiat. 3. p. 19. quæſt. Aelex. Iaſ. Ripens. in l. 4. §. condemnatum.

demnatum.ff.de Re iudicata Feli.Dec. 20.fallent.in capitulo ex parte. 2. de officio delegati Gramat. in conſilio ciuil. (ſi is eſt) 95. in cauſa colum.penul.

Et quod Ritus noſter ſubdit, in uinculis excipientem de inſtrumẽti defectibus audiri debere, intelligendum quoque eſt(ut in falſitate iam iam ſcripſimus) ni promptuarie adprobaretur.

Exceptio quod teſtes non ſunt omni exceptione maiores an impediat carcerationem.

38 Verum ut à tabernaculi umbraculis, ideſt à leuioribus, ad campi puluerem & ad palum quod dicitur gradiamur, comouetur quæſt. à noſtris certatim explicata, An oppoſitiuo, quòd inſtrumentarij teſtes non ſunt omni exceptione ſuperiores ad formam conſtitutio. inſtrumentorum etiam quòd promptuarie non adprobetur impediat carcerationem, Afflict. uir alioquin oleo multo multaque opera bene atque adeo inſigniter de re legali meritus in d. conſtitutio.3. notabil. ſcriptũ reliquit quod ſic.

In aduerſum Cauens.cũ clepſidra doctiſſimus in huius Ritus gloſſarijs arbitratur, quia in hoc Ritu exprimitur quòd opponens inſtrumentarios defectus è uinculis exaudiri debet.

Sed hæc Ratio parum uel nihil facit, quia (ut iam ſcriptum eſt) Ritus loquitur quando defectus inſtrumenti promptim haud quaquam probatur.

Ego cum ipſo cenſeo, quod ſi d.exceptio ſtatim non oſtenditur in uinculis excipiens conijci debet quia (ut præſtatutum eſt) quępiam exceptio ſublata eſt, quin debitor carceretur, ſi in promptu modo non probetur.

VIGESIMA SECVNDA DECLARATIO.

Fallit regula huius ritus in exceptione doli uel metus.

NOn omittendũ, ꝙ exceptio doli uel metus prompte comprobata carcerationem conuellit Canar.in tractat.de exequutio.inſtrument.quæſt. 12.Angel.in conſi.234.punctus Comens. in conſil.156. uiſis col.pen.Gramat.in conſil.ciuil.95.in cauſa columna ſecunda, Feli.Dec.fallen.in c. ex parte.2.de officio delegati,& iterum.Dec.eo in loco.22. fallent.

VIGE-

VIGESIMA TERTIA DECLARATIO.

Item in exceptione incompetentiæ iudicis.

40 NOn temperabo mihi quin adijciam, quòd exceptio incompetẽtię iudicis in promptu oſtenſa differt carcerationem, Ang. in conſi. 218. uiſa in conſi. 249. Philip. Comenſ. in conſi. 44. ab arbitrali in cõſi. 60. uiſis Fulgoſ. in conſ. 73. pater familiàs col. pen. in conſi. 106. in propoſita in conſ. 151. egregius col. 2. in conſ. 160. Ioannes col. item. 2. in conſi. 16. uiſis. Cardinal. in conſi. 120. Titius Corn. in conſi. 144. uiſo in conſi. 302. uiſa in pri. in conſi. 177. in hac in conſi. 203. cuius idem, eſt initium in 2. Bolog. in conſi. 8. quidam Gramat. (ſi is eſt) in conſil. 66. quia col. 2. Feli. Dec. item 18. fallent. in c. ex parte. 2. de officio delegati. Feli. Pariſ. in c. paſtoralis de exceptio. Alex. Iaſ. Aquens. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de operis noui nuntiatio. Feli. in Rub. de foro competenti. in c. ſoſcitatis col. 3. de reſcriptis. Ripens. in l. 4. §. condemnatum col. 5. de re iudicata.

VIGESIMA QVARTA DECLARATIO.

Item in iudicis recuſatione.

EIuſdem quoq; ferculi eſt, iudicis recuſatio ſi prompte comprobetur Dec. 24. fallent. in c. ex parte. 2. de officio. delegati Dec. col. 3. Pariſ. 5. in c. cum inter de exceptio.

VIGESIMA QVINTA DECLARATIO.

Præceptum iudicis de non ſoluendo an præpedeat carcerationem.

IN eadẽ Rurſus uerſemur Harena, carcerationem quoque præpedit iudicis præceptum ne creditori ſoluatur. Dec. Cagnol. in l. qui iuſſu. ff. de regulis iuris Feli. in c. pri. col. pen. de iur. iuran.

Obtundunt niſi debitor ad differendam ſolutionem id doloſe procuraſſet Feli. in c. fi. col. pen. de foro competenti Parpal. in l. ſiquis maior. 8. notabil. C. de tranſactio. Barbat. in conſi. 56. clementiſſimum in pri. & Cagnol. in d. l. qui iuſſu.

VIGESIMA SEXTA DECLARATIO.

Exceptio quòd euictio imminet in limine iudicij impedit exequutionem.

EXciderat pene quod diſſimulandum non fuerat, exceptionem quod euictio imminet in limine iudicij ſi promptim oſtendatur, Conuellit Carcerationem Angel. Author eſt in conſi. 121. Nicolaus.

VIGESIMA SEPTIMA DECLARATIO.

Debitor qui non ſoluit ob inopiam an carcerandus.

POrro circumferad hanc maximè partem faciens, Bratteatum, Arn.dictum in comentar.64.quotidie quòd ſi riſu excipias de riſu quoque non Abeſt, ſi debitor (inquit) inopia Diraque præpeditus neceſſitate non ſoluerit promptim,conſtita eius paupertate non obſtante ritu haud carcerandus eſt quia iure iuran. promittens ſoluere periurium non incurrit ſi ob inopiam non ſatisfecerit Bal. Allegat. in c.querelam de iureiurando.

Ego uerò neque Herculis coturnum induere uiderer, ſi diuerſum cenſerem quia licet non poſſit incuſari de periurio & ea propter carcerari, tamẽ de pœna accuſari poſſe crediderim, & propterea uinculis inijci Fallit in ſpoliato omnibus bonis per curiam Gramat. in Deciſ. 85.cum Magnificus.

VIGESIMA OCTAVA DECLARATIO.

Dilatio.l.ſi debitori an ſit ſublata.

PErgamus item attexere quod dilatio. l. ſi debitori. ff.de iudicijs poteſt opponi aduerſus carcerationem. Barz.in tract. de inſtrumen. guarentigiat. 2.p.4.q.

Verum Canar.in tract.de exequutio. inſtrument. q.42.illud intellexit,quando ſtatutum inquit, quòd inſtrumentum exequi poſſit ſicut ſententia qua de re in carceratione ad formam Ritus noſtri ſubcenſerem, quòd dilatio prædicta opponi nullo pacto poſſet.

VIGESIMA NONA DECLARATIO.

Beneficium Auth.hoc niſi.

47 VT uerò quod ſentio, quodque obſeruatum mihi eſt non dem in latebras, aut recondam in archiuis, quod bibliotaphi faciunt, ſed id totum publicam materiam facere, pergam, beneficium Aut.hoc niſi.

niſi.C.de ſolutio.opponi haud quaquã poteſt aduerſus carcerationem Abb.in conſi.42.in 2.cui manus dare uidetur Boer.in l.conſentaneum nu.189.C.quomodo & quando iudex.

Spectat, quia ubi iuſiurandum ad eſt.d. beneficium opponi nequit Cur.Ripens.in l.2.§.mutui datio.ff.ſi certum petatur. Neuizz.in ſumma Orlandina in appendiculis inſtrumenti in forma Cameræ quique d.Auth.pulchre explicat.

TRIGESIMA DECLARATIO.

Ne quis teneatur niſi in quantum poteſt, beneficium.

48 ADnotatione uerò dignum illud quoq; eſt, quòd beneficium ne quis teneatur niſi in quantum facere poteſt opponi ualet contra carcerationem, eamque præpedit ſi in prontum adſtruatur Cana. in tract.de exequutio.inſtrumentorum.q.28.

Quod intellige procedere, etiam ſi iuſiurandum adſit Alex.Cæterique in l.ſi alia.§.eleganter.ff.ſoluto matrimonio, Alciat.in c.cum cõtingat de iure iurando Zaſ.in l.maritus. ff. ſoluto matrimonio, uerum eo Caſu requiritur abſolutio.Cappell.in deciſ. 258.item nota.

TRIGESIMA PRIMA DECLARATIO.

Ceſſio bonorum an ſublata per hunc ritum.

49 ILlud ſciendum amplius quòd ceſſionis bonorum priuilegium ſi in promptu ad probaretur carcerationem impedit, Canar.in tracta. de exequutio.inſtrument.q.28.Barz. in tractat. de inſtrument. guarentigiat.2.p.16.q.Alex.in conſi.62.in 2.Barbat.in c.odoardus col.6.de ſoluto Dec.in c.ex parte.2.23.fallent.de officio delegati Boer.in l.conſentaneum nu.189.C.quomodo & quando iudex.

Sunt tamen qui tenent, quòd non poteſt opponi. d. beneficiũ quorum Albo ſubſcribunt Angel.Caſtrẽſ.Aret.in l.ſi alia.§. eleganter.ff.ſoluto matrim.Abb.in conſi.42.in q.In 2. Cor.in conſi.212.placet in 2.

TRIGESIMA SECVNDA DECLARATIO.

Beneficium annalium & quinquennalium.

50 SEd illud animaduerſione dignum eſt, quòd beneficium annalium dilationum uel quinquennalium opponi ſi promptuarie exhibetur, reuellit quoque Carcerationem; Angel.in conſi.213.ſimon neq; iuſiu-

iuſiurandum obſtat quin de more obtrudi poſſit Boer. in deciſ. 296. princeps in ſecundo.

TRIGESIMA TERTIA DECLARATIO.

Priuilegium Brundiſinum.

51 PORro ne quid ſciens prætercam, beneficium in regno priuilegij Brunduſini quo habitantes brunduſij n on compellantur ſoluere ſi ſtatim producatur carcerationem præpedit Gramat. in conſi. ciuil. 16. ſuper: cui addere potes (ſi placet) Ripens. col. 3. Parpal. 2. in l. 1. ff. ſoluto matrimonio.

TRIGESIMA QVARTA DECLARATIO.

Indulgentia regis.

52 ILlud interim non tranſiluerim, quòd quælibet Regis indulgentia qua carcerati abſoluuntur aduerſus exequutionem ad huius noſtri ritus formam opponi poteſt Homod. in conſi. 97. in q.

TRIGESIMA QVINTA DECLARATIO.

Fallit regula huius ritus quando exceptio opponitur per reſtitutionem in integrum.

53 CAeterum ne illud citra perpenſionem prætercam, quælibet exceptio modo promptim doceatur per modum reſtitutionis in integrum obtrudi poteſt Canar. in tracta. de exequutio. inſtrument. q. 2. & item ſi Barz. in tracta. de inſtrument. guarentig. 3. p. 21. q. Bal. in conſi. 236. ſtatuto in primo Imol. in conſi. 37. uiſis Boer. in deciſ. 295. computus nu. 9. in 2.

TRIGESIMA SEXTA DECLARATIO.

Item quando imploratur officium iudicis.

54 SEruatum & illud quoque, quòd quapiam exceptione officium iudicis implorando ſi impromptu addocetur carcerationem euitat. Canar. in tracta. de inſtrumen. guarentig. 3. p. 20. q. Feli. Dec. 13. fallent. in c. ex par. 2. & iterum Dec. ibi. 21. fallen. de officio delegati Bal. in conſi. 313. quod ſi in 3. Aticha. in conſi. 208. iudex Comens. in cōſ. 136. uiſis Fulgo. in conſ. 141. nam nes, Ale. in conſ. 97. ſi ſtatutum in 6. Cur. in conſ. 72. princeps col. 5.

Iam parti & libro (coronide inducta) conticeſcam.

FINIS.

DE ABSOLVTIONE A IVRAMENTO Tractatus.

D. ANTONII GAGLIARDI V. I. C. CAIETANI.

§. PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio a iuramento concedi poteſt ſine partis citatione.*
2 *Citatio nulla requiritur in omnibus actibus qui fiunt ante litem cœptam.*
3 *Practica uera legum intellectrix dicitur.*
4 *Facto decreto ut capiatur informatio de expoſitis per petentem abſolutionem a iuram. & quum per illum fit citatio teſtium: tunc pars citata & aduerſa debet admitti ad ea omnia faciendum quæ apta ſunt oſtendere iura ſua.*
5 *In curia Epiſcopali Caietæ ſtatutum fuit ut non concedantur abſolutiones a iuram. ſine partis citatione.*
6 *Sed ſumitur tantum ſummaria informatio eorum quæ in ſupplicatione abſolutionis offeruntur, & ſine terminorum obſeruatione proceditur.*
7 *Licet abſolutio a iuram. non eſſet concedenda parte non citata: tamen ſi concederetur ſine partis citatione, teneret, Butrij & Iaſonis ſententia.*
8 *Id ipſum Abbas & Aſinius reprobant.*
9 *Quoties ſtylus infringitur, non ualet quod agitur.*
10 *Poteſt etiam agi ſine aliqua abſolutione a iuram. quando allegaretur enormiſſima læſio.*
11 *Quando in aliquo actu non requiritur aliqua ſolemnitas, & illa tunc adhibetur, & minus perfecte, adhuc tenet ille actus & valet.*

ubi

12 *Vbi in aliquo actu non requiritur ordo iuris ſi ille fuit adhibitus & minus bene, actus valet.*

13 *Si merus exequutor, qui poteſt procedere parte non citata, citauit partem & inepte, poteſt pœnitere, & exequi parte non expectata.*

14 *Si pars poterat agere aliquid auctoritate propria, & adijt iudicem incompetentem, uel minus debito modo: adhuc ſubſiſtit actus in uim d. poteſtatis ſibi competentis, non obſtante aditione præd. nulliter facta.*

15 *Data enormiſſ. læſione poteſt pars etiam ſine abſolutione a iuram. experiri de iuribus ſuis, iuramento non obſtante: id ipſum poterit multo magis abſolutione obtenta, parte non citata.*

16 *Immo fortius ſi præſentata petitione iudex dixerit ut capiatur informatio parte citata, & ſic fuerit pars citata, tunc poteſt iudex perpenſa enormiſſ. læſione concedere abſolutionem non expectata parte.*

17 *Hoc tamen, ut concedatur abſolutio parte non citata, intellige quando clare per ſcripturas vel acta conſtaret de ipſa enormiſſima læſione, & non aliter.*

18 *Quoties quis petit abſolutionem a iuram. cenſetur confiteri ſe ligatum.*

19 *In ijs quę ſunt iuris confeſsiones partium nihil operantur.*

20 *Renunciando quis hæreditati per quæcunque uerba, non poteſt inde prætendi inductam aditionem præterquam ad effectum dictæ ceſſionis.*

21 *Imminente aliqua neceſsitate, uel mora afferente periculum, tunc concedenda eſt abſolutio ſine partis citatione.*

22 *Si imminet aliqua neceſſitas, nec eſt facile adire ſuperiorem: tunc poteſt pars auctoritate tantum propria ſpernere iuramentum.*

23 *Hoc ipſum extenditur a caſu neceſſitatis ad caſum magnæ vtilitatis.*

24 *Si quis iuraßet obſeruare contractum, & ſuper eo non uocare partem in iudicio, hoc caſu poterit peti abſolutio a iuram. ſine citatione partis.*

25 *Poteſt etiam peti parte non citata, quando notorie appareret, iuramentum fuiſſe temerarium, & illicitum.*

26 *Etiam quando conſtaret, nullam ipſi citando competere defenſionem, qua poſſet impedire abſolutionem petitam.*

27 *Stylus recipit interpretationem a iure communi.*

28 *Generaliter nec citata parte, nec ſine partis citatione iuramentum relaxari non debet.*

29 *Relaxatio a iuram. ſuperfluo petitur quando iuramentum non ligat, uel uiribus non ſubſiſtit.*

30 *Nunquam petenti concedenda eſt abſolutio a iuramento, quando illi poteſt eſſe conſultum alia uia. Hæc eſt tanquam maxima in iure.*

Neque

31 *Neque concedenda eſt quando apparet per calumniam peti.*

32 *Neque eſt concedenda poſt periurium incurſum.*

33 *Fruſtra legem, quàm offendit, quis inuocat.*

34 *Non conceditur abſolutio ſi adſit periurium & mora: quæ duo requirunt dolum.*

35 *Quum dolus abeſt non committitur periurium, quamuis terminus ſolutionis elapſus eßet.*

36 *Penſionarius non incidit in periurium nec in excommunicationem elapſo termino penſionem ſoluendi, quamuis ea pęna ſe obligauiſſet: quando creditor non inſtetiſſet ſolutioni.*

37 *Conſuetudo, quæ regulariter ita ſe habet, ut debitor non ſoluat niſi requiſitus, excuſat ab omni dolo & periurio.*

38 *Secundum illam tacitam conſuetudinem partes intelliguntur contraxiſſe, tanquam ſi expreſſe ita conueniſſent.*

39 *Vbi prædicta, uel aliqua ex ijs concurrent, uel aliqua alia iuſta cauſa, quæ dolum & periurium excuſaret, aduc locus erit abſolutioni à iuramento, non obſtante termini lapſu, & prætenſo ob eum periurio.*

40 *Si incurſum periurium aliqua peracta pęnitentia purgatur, poteſt illo non obſtante obtineri abſolutio.*

41 *Qui ſciens terminum elapſum ſoluendi, ſe præparat ad non ſoluendum, tūc immediate in periurium incidit, cuius abſolutio non conceditur.*

42 *Nedum concedenda eſt abſolutio illius ita incurſi periurij: ſed nec etiam quando tempus ita inſtat ut periurium incurratur dum in eo temporis interuallo petitur abſolutio.*

43 *Pars prætendens abſolutionem ſi nimium ſe arctaſſet per culpam, ex qua immineret periurium: non debet concedi abſolutio: ſecus ſi nulla culpa intercederet.*

44 *Apoſtolica Cancellaria indiſtinctè ſemper dat abſolutionem ab omni iuramento in omni contractu parte nullo modo citata. Qui mos ſeruandus prorſus eſſet.*

ABſolutio a iuramento an concedenda ſit parte non citata, vel potius parte citata, uarie fuit inter doctores controuerſum, adeo ut hinc inde afferatur communis opinio,
1 in primis enim † ſine partis citatione concedendam eſſe, dixerunt Ioan. Andr. in addi. ſpecula. in tit. de iure iur. in uerſi. ubi autem iuraſſet, Oldrad. in conſi. 120. Calderi. in conſ. 7. in tit. de iure iur. Abb. & Anton. de Butrio. in c. 1. de iu. iu. & in c. debitores, & ibi etiam Imo. eo. tit. Pau. de Caſtro notanter nimiū. conſ. 259. lib. 2. & conſ. 290. eo. lib. & late intendit uires ad comprobandum hanc opinionem quam communem dicit Afflict. in deciſio.

220. &

220.& illam etiam ultra allegatos per eum, tenuerunt & affirmarũt ueram, & communem etiam dixerunt Crauett.conſ.7.num.7. Alcia. in c.cum contingat,de iureiur.num.124.Ruin.conſ.170.nu.30.lib. 1.& conſ.69.lib.3.Deci.in c.qua fronte col.3.in fine de appellat. Rolan.a Valle late conſ.13.nu.38.col.fi.lib.1.Aufreri.in quæſtio.Toloſa. 62.ubi allegat deciſiones rotę romanę & alios plures, Natta latiſſime conſ.167.num.5.cum ſequentib.lib.1. Crotus conſ.106.numero 8. & hanc eſſe ueriorem & magis communem opinionem, dixit Bonacoſſ. in ſuis communibus opinionibus par.2.eo.uerb. & Ioannes Vincent. de Anna ſingul.2.ubi dixit ita ſeruari in practica, & Borgni.deciſ.9.Portius Imolenſ.lib.1.ſuarum concluſio.regu. 43.ampliat. 14. licet non ita clare ſicut alij præallegati,Gabrie.in titu.de citatio. concluſio.2.nu.96.& 97.& ſic etiam firmat deciſio peruſina. 18.par. 1. num.9.Ripa in rubri. de iudicijs.num.29.Cagno.in repetit.l.2.num. 101.C.de reſcindend.vendi.Franci. Becci.conſ.63.nume.3.& Rimimal. Iun. qui allegat etiam Ioannem Rupellan. Gulielm. Benedict. Didacum, & alios,in conſi.203.nu.81.& 82.cum ſequen.& ex ſupradictis doctoribus, Ruinus ubi ſupra, dicit hanc eſſe communem practicam.ſ. in dicto conſ.170.& in alio conſ.69.dicit quod ita ſeruatur de facto,& Laurentius de Rodulfis in tracta.de uſur.q.125.num. 9.dicit ita obſeruari de generali conſuetudine,quod & dixit Nicella in concorda.glo.fallen.21.num.259.& fuiſſe uſu approbatam, dixit Natta ubi ſupra, & Cur.Iun. conſi.152.nu.8.& de ſtylo ita obſeruari,dixerunt portius,& Gabriel.ubi ſupra,prout ita in practica obtineri dixit Aufrer.ubi ſupra, deciſio peruſina ubi ſupra,quod etiam retulerunt Becci.& Riminal.ubi ſupra.

Et huius opinionis duæ inter alias afferuntur rationes, prima quia non agitur de aliquo intereſſe partis,ut nixus eſt probare & oſtendere Pau.de Caſtr.in d.conſ.& alij deſuper allegati,ut uidere eſt apud eos, quæ nullo modo placet,cum negari non poſſit quin ſaltim ſit aliquod intereſſe conſiderabile,ut bene docent doctores tenentes contrariam opinionem,quos infra notabo, & vſus mihi pluries in facto oſtendit. alia, & ſic ſecunda affertur ratio ex Antonio de Butrio in d. c. ſi debitores, nam dicit quod ex iuramento oritur obligatio Deo, & non parti, uel ſaltim oritur propter Deum,qui Deus eſt ubique pręſens, unde quando conceditur abſolutio a iuramento, non poteſt dici conceſſam fuiſſe parte abſente, cum Deus ſit præſens, & iudex qui concedit.Dei partes ſupplet,& ſic bene dicitur conceſſa parte præſente & non contradicente,& hanc rationem ſequitur Anton.de Prato ueteri inter conſilia Alexan.conſ.49.col.5.uol.4. quem etiam refert & ſequitur Rolan.a Vall.in d.conſi.13.nume.38. lib. 1. quæ quanti ualeat,

leat,cuiuſque ſit iudicium, nam nõ eſt multi momenti,cum illa ratio militaret etiam in abſolutione quæ datur ad reſcindendum contractum in qua omnes conueniunt quod ſine citatione partis non conceditur.

Poteſt alia & ſic tertia ratio aſſignari, nam regulare eſt ut in om-
2 nibus actis † quæ fiunt ante litem cæptam nulla requiratur citatio, ita enim dixerunt Bal.& Alexa.in l.ſed ſi hac.§.prętor ait.ff.de in ius uocand.Bald.in l.ea quæ,circa finem col.1.C.quo modo & quando iudex,Corne.in conſ.46.col.pen.lib.2.& bene explicat Carauit. in ritu magnæ curiæ 181.num.5.dum explicat quod in conficiendo præambulo non requiritur citatio partis,per regulam antedictam, quod antea dixerat Marant.in ſuo ſpeculo,in uerbo, recte concipiatur citatio par.6.nu.7.cum ſequen.& uidendus eſt Ioannes Vincentius Annius allegatio.19.& ſic cum abſolutio concedatur ad effectum agendi, & ſic ante litem motam,merito ſi uidetur ſecundum prædicta concludendum,ut ſine citatione partis ſit concedenda, & poſtquam practica admiſit & longæuus uſus & ſtylus curiarum hanc obſeruantiam quę uiget quaſi in toto regno, & apud omnes Epiſcopos regni, non
3 uidetur ab ea diſcedendum, nam practica † dicitur uera intellectrix legum Bald. in c. 1. in princip. uerſic.& ideo, de feud. ſine culp. non amittend. & Deci. in conſi. 131. in ultimis uerbis, & alibi dixit idem Bald. quod ab antiqua practica non eſt recedendum,quod exornauit Catella. Cotta, in memoral. in uerbo practica, Arius Pinell. in l. 2. C. de reſcind. uendit. in 2. par. d. l. cap. 4. numero 2. folio oper. 134. ubi multa bona in propoſito allegauit, & Menochi. conſ.187.nu.54.cum ſequen.

Aliam & contrariam opinionem, & ſic quod abſolutio a iuramento concedi non ualeat parte non citata,late amplexi ſunt & quamplurimi doctores Ancharan.conſi. 198.& 382. Federic. de ſenis conſi. 300. Cardinal. in allegato. C. debitores Calderin. in conſi. 1. de ferijs Alexa.conſi.222.col.3.uerſic.præterea lib.2.Socin.conſi.59. col. 3.lib.3.qui dicit hanc partem tutiorem,prout ſic dicit Fely.in c. 1. de iureiur. & Beltrand.qui communiorem dicit conſ.41.col.3.lib.1.ſubdens ab ea in conſulendo & iudicando non eſſe recedendum,Curtius Senior conſi.44.col.7. uerſic. agrediendo ſecundum paſſum, ubi dicit eam communem, Marſi. latiſſime in l.de unoquoque nu.103. ff. de re iudica. Gozadin.conſi.69.col.fi.Pariſ. conſ.43.col. 3. conſi. 54. nu.85.& conſ.96.num.88.lib.1. & dixit Rui.in conſ.26.uol.4. quod hęc opinio eſt probabilior,Guid.Papæ late queſt. 140. Cappell. Tolo. q. 62. Ioannes de Amicis conſi. 34. neruoſe nimis Loffredus. conſilio 12. ubi dicit magnam læſionem fore alterius partis, ſi

huiuſmodi

huiuſmodi abſolutiones fierent ſine citatione, nam grauantur laboribus & expenſis, & ſumptibus litium, Gratus reſponſ. 23. lib. 2. & Vrſill. in d. deciſ. Afflict. 220. qui nu. 14. dicit hanc eſſe magis communem opinionem, prout magis communem ex numero illuſtrium doctorum, dixit Viuius in tract. communium opinion. ca. 1. par. 2. Tiraquell. etiam hanc magis communem dicit, in tract. res inter alios acta, limit. 30. ſimiliter communem dicit Emanuel Zoares in ſuo theſauro commun. opinio. in uerbo citatio num. 54. Turzan. in communi opinion. 47. Ioannes Baptiſta Ferret. conſ. 149. lib. 1. qui optime illud comprobat, & reſpondet contrarijs quæ allegabantur, dum prætẽdebatur, partis non intereſſe, nam docet partis multum intereſſe non uexari litibus & expenſis, & iniuſte compelli ad ſubeũdum ambiguũ iudicium, & iudicum ſententias, quæ æquiperantur caſibus fortuitis uulgat. l. ſi per imprudentiam. ff. de euictione. & ibi poſt Imol. quem allegat quod pars citata poſſet de calumnia petentis abſolutionem docere, & propterea illam impedire, uel etiam poſſet docere cauſas ex quibus petitur non eſſe iuſtas, & ſic minime eſſe concedendam; & propterea negari non poteſt quin partis aliqualiter interſit.

Ex quo uel illud nota diligenter in actu practico, quod in illis curijs in quibus ſeruatur ut non dentur abſolutiones a iuramento ſine citatione partis, ut eſt hic Caietæ, ut infra dicam; quod tunc quando fit decretum ut capiatur informatio de expoſitis per petentem abſolutionem, & per illum fit citatio teſtium, quod pars citata, & aduerſa admitti debet etiam ad defenſionem, & docendum de cauſis propter quas
4 ipſa abſolutio concedi non debeat, & propterea † poterit facere omnia quæ apta ſunt oſtendere iura ſua, & ſic poterit petere copiam articulorum partis, & formare interrogatoria, cum in illis conſiſtat etiam defenſio, & tendant ad docendum de calumnia partis, & cauendum ne opprimatur a teſtibus producendis, ad notat. per ſpeculat. in titul. de interrogatorijs; & ita practicatur in Curia Epiſcopali Caietana, & hanc etiam opinionem amplexus eſt Menochius conſi. 24. lib. 1. ubi dicit conſiderandum eſſe quod in hac abſolutione requiritur aliqualis cauſę cognitio, & conſideratio, nam non eſt ex abrupto concedenda, huiuſmodi autem cauſę cognitio haberi recte non poteſt niſi parte citata, nam partium aſſertione cauſarum merita panduntur, ut ipſe probat, & conſi. 343. lib. 4 1. num. 50. merito ſi pars citanda eſt, ut omnia intelligantur, & iudicio meo hæc pars eſt uerior, tutior, & etiam neceſſaria, nã dicant quicquid uelint doctores, negari non poteſt, quin pars contra quam petitur abſolutio a iuramento, non lædatur, uel lædi poſſit ab ea, & conſequenter ex regula communi citari debet uulgat. l. de unoquoque cum ibi notat. huic regulæ ſtandum eſt in dubio, &

ab ea non recedendum vllo modo, niſi expreſſe doceatur de caſu fallentiæ.l.1.& ibi Decius & Cagnol. de regul. iur.l.quoties & ibi notat. ff.ſi quis cautio.& Decius conſi.8.cum alijs paſſim per Doct.deductis ad prædicta,quæ obuia ſunt nimis & allegatione non egent;de limitatione autē uera non apparet ſumpta ex prędictis quę hoc neceſſario cō cludat,ut patet ex decurſu omnium quæ in hac materia allegat.merito ſi à regula non eſt recedendum per prędicta; tanto magis quia ratio quæ allegatur ad fundandam hanc opinionem,non eſt vera,immo falſa,cum dicunt quòd non adſit intereſſe; cum manifeſtum ſit uel omnino cæcutientibus,magnū uerſari in hoc intereſſe, ut dixerunt Imol. in d.c.debitores, Loffredus in d. conſil. 12. & ferret.in d.conſil.149. & alij multi ex allegatis ſupra: & inde in curia Reuerendi Epiſcopi
5 Caietani † ab annis hinc quindecim citra cum in præſentiarum currat anni. 1581. fuit ex ordine Reuerendi Petri de Lunel epiſcopi Caietani, obſeruatum, ut in ipſa curia, amodo & de cętero, non concedantur abſolutiones a iuramento ſine partis citatione. Et in ueritatis teſtimonio fateor,& ſic me Deus adiuuet quod uſu eueniſſe uidi pro dicto tempore,quo in eadem curia auditor interfui,euitari mille lites, & mille iurgia & mille calumnias, & obuiari litibus & damnis partium; & inde fuiſſe ſubſequuta multa commoda & obuiatum uoragine aduocatorum & procuratorum,qui expiſcantur lites de profundo maris;& inde hortandi eſſent omnes præſides,ut in prædictis circumſpecte agerent,nam certiſſime proſpicerent quanta inde proueniat utilitas;& nō eſt curandum de inconuenienti quod allegatur, quòd cogitur pars obtinens abſolutionem facere duplicatam expenſam, cum iterato coram iudice laico,iterum probare cogitur quæ in ſupplicatione obtulit, nā minima eſt iactura & parui facienda reſpectu maximæ vtilitatis, quæ
6 inde inſurgit, ſumitur enim tantum † ſummaria informatio, & ſine terminorum obſeruatione proceditur; utinam ubique ita fieret.

Recipit tamen hæc obſeruatio & concluſio aliquas notabiles limitationes & declarationes, de quibus infra dicam; & quamuis hæc ſecunda opinio uideatur uerior,& magis communis, nihilominus quia cōtraria in praxi præualuit,utiq; obſeruāda eſſet in curijs,ubi nō eſt cō ſuetudo in cōtrariū,nā ita Neapoli pluries obtinuiſſe dixit Vrſillus in d.Deciſ.Afflict.220.quamuis ipſe latę ſecundā opinionē de qua ſupra dixi,ueriorē & magis cōmunē dixerit, & ita ſeruandū eſſe, & in praxi obtineri dixit Couarr.li.1.uariar.reſol.c.4.nu.5.& 6.Oſaſcus deciſ.pedemont.125.Cappella Tholoſan.ubi ſupra, Ioannes Battiſta Aſini.in ſua praxi.§.7.c.5. num. 103.folio oper.180.Borgni.deciſ.9.& quaſi omnes prærallegati;nā nō inficiāt in praxi ita obſeruari: & tanto magis illa opinio amplectēda uidetur,ſi eſt uerum illud quod dixit Antoni.

7 de Butri.ubi ſupra dum concludit quòd licet † abſolutio à iuramento non eſſet concedenda parte non citata, quod nihilominus ſi concederetur ſine citatione partis, quod teneret, ita dixit Anton. de Butri.in allegat.c.debitores, & ſequitur Iaſon. in l. patre furioſo colu.antepen. uerſic. 14.ff.de his qui ſunt ſui uel alien.iur. quod tamen pungit Abb.
8 † ubi ſupra, & dictũ Abb.uidetur ſequi Aſinius ubi ſupra nu.2.& 3. quicquid tamen ſit, illud uidetur abſolutũ in curia Reuerendi epiſcopi Caietani, ubi eſt ſtylus de quo ſupra dixi, ut abſolutio, non con-
9 cedatur ſine citatione, nam † quoties ſtylus infringitur, nõ ualet quod agitur Bald. in leg. de quibus columna ſeptima, uerſiculo. quæritur. ff. de legib. & Fely.in c. 2. de reſcript.col. 8.uerſi. ſtylus curiæ, & ſequitur Catellan.cotta, in memoralib. in uerbo practica, & dicam in aduerſario ſtylus, & ſic abſolutio conceſſa parte non citata contra ſtylum non ualet neque tenet, ultra quod doctores prꝙallegati qui firmarent opinionem quod abſolutio parte non citata conceſſa opitulari nõ debet, non dicunt ſimpliciter quod concedi nõn debet, ſed quod nõ ualeat, & ſic mihi non uidetur uera limitatio de qua ſupra, & quoniã ut ſupra dictum eſt, in curia Caietana obſeruatur ut non concedatur abſolutio ſine citatione partis, ideo adnectandæ ſunt aliquę limitationes ad prædictam concluſionem, de quibus per doctores in locis infra allegandis.

In primis itaq; limitari poſſet, quando allegaretur enormiſſima læ-
10 ſio, nã quia tunc poſſet agi, etiã ſine † aliqua abſolutione a iuramento, vt dixerunt in primis Ant.de Butri.in repetit.c.cũ cõtingat de iure iur. in 4.caſu principali, quem ſequi. Corne.in Authent.ſacramenta puberum in 5.col.C.ſi aduerſus uendit. Ange.ibi. in fi.& Iaſ. colu. 10.idem Corne.magis explicite in conſi. 166.lib. 1. nu. 5. ubi dicit Panor.ibidẽ col. 31.ſequi Ant.de Butr.& idem Corn.conſi. 158.lib.4.nu. 15.hanc etiã opiniunẽ firmauit Iaſ.in conſi. 133.col.6.lib.4. Alex. conſi. 125.uiſis col. 1.uerſi. Fortius lib. 1. Barbat.conſi. 53.lib. 2.col. 5.uerſi.adduco, ubi inter alia dicit qđ fundamenta Domini Antonij ſunt tiriaca in hac dubitatione, Deci.conſi. 180. & 349. & latiſſimæ Neuizan.conſil. 21. nu. 5.cum ſeq.Cuman.conſi. 180.Soc.Iun.conſi. 48.nu.29.lib.1.cõſi. 53.& 144.nu.38.eod.lib. & hanc dicunt eſſe magis cõmunẽ opinionẽ Deci.d. conſi. 180. Iaſ.d.conſi. 133. Natta ſatis clare, & optime in cõſi. 166.nu.3.li. 1.& ſatis ample Rim. iun.cõſi. 104.nu. 108.cũ ſeq.& Crauet.cõſi. 815.li.5.& ſic magis cõmunẽ eſſe, dixit deciſio Peruſina 28.nu.67.& uerã dicit Rol.à Vall. conſi. 59. nu.27. lib. 1.& ſequutus eſt Iacobus mãdell.dictus Alba.conſi. 81.nume. 54.ſi itaque iſto caſu neceſſaria non eſſet abſolutio à iuramento per ſupra dicta, ſit tamen, cautela ut impetretur, ut dicunt quaſi præfati omnes doct.illud ſequitur,

nit, ut tunc impetrata ſine alia citatione partis, ualeat & teneat per uul-
11 garem regulam quæ habet, ut quando † in aliquo actu non requiri-
tur aliqua ſolennitas, & illa tunc adhibetur, & minus perfecte, quod
ad huc ille actus tenet & ualet ex uulgat. leg. unica §. primo, C.
de rei uxor. actio. & leg. qui teſtamento §. primo, & ibi gloſſ. in
uerbo poſſe.ff. de teſtam. ſuper quo articulo multa cumulauit Feli.
in capitul. qualiter & quando el. 1. colum. 1. & 2. de accuſat. & in
c.cum ordinem de reſcript.& Crauett.in tract. antiquit.tempor.par.4.
nu.59.& in articulo ſequenti in princ.fol. 197. & ultra omnes iam di-
xi in §.ſed & ſi quis Inſtitut. de ingenu. & rurſus in §. ſerui uero Inſtit.
12 de libertin.& faciunt in particulari † quod ubi in aliquo actu non re-
quiritur ordo iuris, quod ſi ille fuit adhibitus & minus bene, quod
actus ualet.c.bone & ibi Abb.in ulti. notab. de electíon. & etiam quia
ſi in aliquo actu non requiritur authoritas ſuperioris, quod ſi in illo
actu interponat.& perperam, quod actus ſubſtinetur Sebaſtian.Sapia.
13 in c.fin.de procurat.ad Abb.hinc ſi merus exequutor † qui poteſt pro-
cedere parte non citata, citauit partem, & inepte, poteſt pęnitere & exe-
qui parte non expectata, & adhuc erit merus exequutor Anchar.cõſil.
14 224. & ſic ſi pars poterat † aliquid agere authoritate propria, & adije
iudicem incompetentem, uel minus debito modo, quod adhuc ſubſti-
netur.actus in uim dictæ poteſtatis ſibi cõpetentis, non obſtante adi-
tione prædicta nulliter facta Bal. in l. nec quicquid §. ubi decretum.ff.
de officio proconſ.& legat.& multa allegauit Fely.in d. cap.cum ordi-
nem, & multo plura deduxi in locis ubi ſupra, ex quibus patet quod
cum data enormiſſima læſione, poſſit pars etiam ſine aliqua abſolu-
15 tione à iuramento † experiri de iuribus ſuis, iuramento non obſtante,
quod multo magis id opportune poterit abſolutione obtenta parte nõ
16 citata: immo fortius dico † quod ſi pręſentata petitione iudex dixe-
rit, ut aſſolet, capiatur informatio parte citata, & tunc fuerit pars
citata, quod poterit tunc iudex perpenſa enormiſſima læſione con-
cedere abſolutionem aliter non expectata parte, per regulam ſu-
pradictam, nam cum in dicto caſu pars non erat citanda de ne-
ceſſitate, merito ſic actus poteſt explicari, illo aliter non expecta-
to, & ſubſtinebitur per notat. per Innocent. & Abb. poſt eum nu-
mero undecimo, in capitulo inter uniuerſos de electio. & Feli. ubi
ſupra columna ſecunda, quaſi in medio, & Roman.conſilio.497.&
multa alia cumulaui in locis ſupra allegatis, quod eſt aduertendum,
cum poſſit faciliime euenire ut porrigatur libellus, & tunc non adhi-
bita conſideratione fieret prouiſio generaliter & in forma, capia-
tur ſummaria informatio citata parte, quæ interim non compa-
reret, uel compareret, & rem differret, & tunc appareret eſſe ca-

ſum concedendę abſulutionis, uel ex cauſa prędicta uel ex alia infra dicenda, uel aliter, & tunc uideretur iudici conſulere indemnitati petentis abſolutionei, quod poſſet iudex tuta conſcientia non detrahendo iuſtitiæ concedere dictam abſolutionem parte aliter non expectata, nec audita ſecundum præmiſſa.

17 Hęc tamen † omnia quæ ſupra dicta ſunt ut in caſibus prædictis poſſit concedi abſolutio parte non citata, uel quod pars quę prætendit enormiſſimam læſionem, poſſit agere ſine alia abſolutione, intelligenda ſunt quando clare & notoriè in promptu per ſcripturas uel acta, conſtaret de ipſa enormiſſima lęſione, & non aliter, nam ſi non conſtaret, neceſſario capienda eſſet informatio, & ſic parte citata, nā aliàs conſtare non diceretur, & ita in ſpecie dicit Antoni. de Butri. qui author eſt huius opinionis ubi ſupra. Dixit enim non eſſe neceſſariā abſolutionem quando de lęſione conſtaret, & hoc expl icite nimis declarauit Neuizzanus in allegat. conſi. 21. in primis prope num. 6. rurſus poſt num. 15. uerſic. non obſtat. c. per uenerabilem, & nu. 16. uerſic. tamen non loquitur, & uerſic. fallit quando, & uerſic. quod autem, ut latius notaui in allegationib⁹ meis ꝓ illis de gula, cū Vicētio Valētino: unde aliàs dicebā in cōtingētia facti, quod quidā qui impetrauerat abſolutionem etiam à Pontifice ratione enormiſſimæ læſionis aduerſus quandā liberationē & quietationē factā tutori ſuo, quæ de obreptione impugnabatur, & idē deciſū fuit Caietæ primū, & poſt hac in magna curiæ Vicariæ ut impetrāti nō opitularetur, qd errauerat nimiū, dū diſtuliſſet pręſentare libros adminiſtrationis in quibus liquido apparere dicebat de enormiſſima læſione, nā ſine dubio fuiſſet admiſſus ſecūdū pdicta.

Sed illud uidetur in prædictis conſiderandū quod dixerunt Corn. in conſilio ſexto, numero ſeptimo, libro primo, & Celſus Vgo in conſi
18 lio 94. quòd quoties quis petit † abſolutionem a iuramento, cenſetur confiteri ſe eſſe ligatum, & proinde neceſſariam ſibi fore abſolutionem, & ex coſequenti non uidetur procedere illud quod ſupra dictū eſt, quod ſi erat caſus enormiſſimæ læſionis, quòd tunc quia non erat neceſſaria abſolutio, quòd propterea licet petita eſſet, quòd ad huc pars poſſet iure ſuo uti, uel etiam iudex poſſet illam cōcedere parte nō citata, uel ſi citata fuiſſet, illa non expectata, nam uidetur per prædicta quòd immediate quòd fuerit petita, inſurgat confeſſio de qua ſupra, & proinde quaſi ex confeſſione partis conſtaret quòd eſſet neceſſaria quòd ceſſent omnes illationes deſuper factæ, nihilominus:
19 ad prædicta optime reſpondetur, quòd in his † quę ſunt iuris, confeſſiones partium nihil operentur Cravett. in conſilio uigeſimoquarto nume. ſecundo, & dicam larius in aduerſario confeſſio. & ſic cum iuris ſit, & admodū controuerſi, an iuramētū liget uel ne, data enormiſſima

ſima læſione, adeo ut Celſus Vgo in allegat. conſilio 94. dixit communem opinionē ēt ut nō liget, merito ſi confeſſio partium in hoc nihil operari poteſt. Præterea cum partes petendo abſolutionem, illud principaliter intenderent, ut admitteretur, ſequitur ut ultra effectum prædictum nihil operari poſſit dicta eorum cōfeſſio, ut dixi ſupra, & dicam in aduerſario confeſſio, iudicialis præterea facta ad unum effectum non poteſt operari contrarium; inde aliàs late dixi quod re-
20 nuntiando † quis hæreditati per quęcunque uerba non poteſt inde prętendi inductam aditionem, pręterquam ad effectum dictę ceſſionis, quicquid dixerit Paul. de Caſtr. in cōſilio. 35. lib. 1. vt ſumitur ex dictis per eundem Paulum de Caſtro conſi. 252. eo lib. quem ſequitur Crauet. conſil. 200. Burſat. conſil. 55. numero 21. & Vincent. de Frāchis deciſ. 14. nu. 25. & plures alios in hoc deduxi in §. in fraudem Inſtit. Quibus ex cauſ. manumit. non licet.
21 Poteſt & ſecundo loco limitari, quod quoties imminet † aliqua neceſſitas, uel eſt periculum mora allatura, quod tunc concedenda eſſet abſolutio ſine partis citatione, illamque deſumo ex notabili theorica Innocent. in c. uenerabilem de election. nu. 6. ubi dicit quòd quando
22 imminet † aliqua neceſſitas, & non eſt facile adire ſuperiorem, quod tunc pars poteſt authoritate propria ſine decreto, aut authoritate alicuius ſuperioris ſpernere iuramentum. Vnde & illa eadem ratione dico, quod in caſu in quo pars eſſet citanda pro concedenda abſolutione iuramenti, & periculum eſſet in mora, ne illam citando tempus laberetur, & ſic poſtea abſolutio per Epiſcopum concedi non poſſet, quòd ex ſupra dicta ratione abſolutio concedi poſſet etiam ſine citatione partis imminente neceſſitate, ut quia pars eſſet abſens in longinquis partibus, uel neſciretur ubi nam eſſet, uel quia tempus nimis breue eſſet, uel alia iuſta cauſa immineret, dummodo non eſſet in culpa pars petens quę nimium ſe arctaſſet. hoc dictum Innocentij ſequit.
23 Neuizan. ubi ſupra. d. conſi. 21. nume. 16. uerſi. præterea, ubi † extendit illud à caſu neceſſitatis, ad caſum magnæ utilitatis, ſequitur etiam Abb. in d. c. uenerabilem col. pen. & in alijs locis, per Gulielm. Benedict. in repetit. c. Rainutius, in uerbo duas habens filias num. 274. comprobatur hoc dictū ex his quę in hac materia dixit Ioan. And. in addit.
24 Spec. in Rub. de iureiur. in fi. qđ ſi quis iuraſſet obſeruare † cōtractū & ſuper eo nō uocare partē in iudicio, qđ in hoc caſu quia nō poſſet uocare partē in iudicio quin incurriſſet in periuriū, ex quo ſibi præcluderetur uia experiundi de iuribus ſuis, qđ in hoc caſu poterit peti abſolutio ab illo iuramēto ſine citatione partis, & neceſſitas hoc pmittere uidetur, cū alioquin abſolutionē obtinere nō poſſet, & refert, & ſequitur Imo. in clē. diſpēdioſam ī uerbo tāgēubus, de iud. & in d. c. 1. de iureiu.

& in propoſito dum agitur ad finem agendi, ſequitur Feli. in d.cap. 1. nume.25.uerſic.quarto, Tiraquell.in tract.res inter alios acta limi. 30. & non improbat Aſin.ubi ſupra.numero quinto. Poſſet etiam conce-
25 di parte † non citata quando notoriè in promptu, uel ex lectura ſcripturarum appareret, iuramentum eſſet temerariū, & illicitum, & proinde minime obſeruandum, & hoc tam ex parte iurantis, quam ex
26 parte recipientis, uel etiam quando † conſtaret, citando nullam competere defenſionem, ex qua poſſet impedire abſolutionem concedendam, nam in omnibus iſtis caſibus, & etiam in caſu quando conſtaret non adeſſe partem cui ex iuramento eſſet quæſita aliqua actio, ut per exempla patet per doctores in locis infra allegandis, iuramentum poteſt relaxari ſine aliqua citatione, & ita dicunt Abb. Felyn.& Imol.in allegat.capitulo primo.& cap.debitores, Tiraquell.ubi ſupra & Aſin. & alij ſupra allegati, vt uidere eſt apud eos; & iſto modo non obſtat quod de ſtylo allegatum fuit ſupra, nam ſtylus recipit
27 † interpretationem à iure communi, vt regulariter ſcilicet iuramentum relaxetur parte citata, ſed in caſibus particularibus relaxetur etiā
28 ſine citatione; & ita reſideo. Generaliter autem nec citata parte † nec ſine partis citatione iuramentum relaxari non debet quando conſtat quod relaxatio nihil prodeſſet, & futura eſſet nullius momenti, ita enim dixit Roman.conſilio quadrageſimoſexto, & ſequitur Felin.& alij in dicto capitulo primo, & hinc etiam dicitur quod ſuperfluo pe-
29 titur, & propterea tunc non concedenda quando † iuramentum non ligaret, uel uiribus non ſubſiſteret, ut puta quia pars agens uel potius quæ iuramento inniteretur, non adimpleuiſſet contractum ex parte ſua ad notat.per Bald. & alios in cap. ueritatis de iureiur. Bald. in conſilio 398.numero tertio, lib. 1. Paul.de Caſtr.conſil.306.colu.2.lib.2. Guid.pap.quæſtio.224.in fine, & Menochi.conſi.24.nu. 2.lib.1.& dixit Neuizan.in conſi.23.numero decimo, quod in hac materia eſt una
30 maxima, quod nunquam debet † petenti concedi abſolutio à iuramento, quando illi poteſt eſſe conſultum alia uia, quòd eſt ſumme notandum, nam eſt concluſio deſeruiens ad multa, non eſt etiam
31 concedenda † quando appareret per calumniam peti Iaſ. in leg.prima, in fin.prima columna de offic. aſſeſ. ubi etiam Purpurat. numero 115.& idem Neuizan.conſilio vigeſimotertio, in fin.& ſumitur ex his quæ ſupra iam dicta ſunt in diſcurſu, ubi dixi de citatione re-
32 quiſita, non eſt etiam † concedenda poſt periurium incurſum, ut uel quia interpellatus eſſet ad ſoluendum, uel etiam quia terminus præfixus ad ſoluendum iam eſſet elapſus, tunc enim quia quis
33 incidiſſet in periurium, fruſtra legem † quam offendit inuocaret ad relaxationem iuramenti, ita enim concludit Federic. de Senis

conſi-

cōſilio. 301. Abb. Felin. & Imol. in allegat. capitulo primo, & capitu. debitores de iure iurand. Anchar. conſi. 198. col. fin. Roman. conſilio 326. Alexan. conſilio 221. colum. 3. libr. 2. & conſil. 118. columna fin. lib. 7. & in conſi. 17. lib. 3. dicit hanc eſſe magis communem opinionem doctorum; Dec. conſilio 442. pen. colum. Gozad. conſi. 69. ubi etiam hanc dicit communem; Pariſ. conſi. 96. num. 108. lib. 1. & ita etiam magis communem dixit Rolan. a Vall. conſi. 34. numero tertio libr. primo ubi hos & plures alios allegat, Corn. lib. 1. conſil. 6. colum. penultim. Neuizan. ubi ſupra allegat. conſi. 23. numero octauo, & Menochi. ubi ſupra qui plures etiam in hoc allegat, ut uidere eſt apud eum; & quod tunc abſolutio conceſſa non opituletur, dixit Crauetta conſilio 614. lib. 4. num. 33. & ſic iſta uidetur magis communis opinio per ſupradicta.

Verum circa eam aliqua animaduertenda duxi; primum quod hoc
34 dictum doctorum, ita † demum procedere dicitur, ſi adſit periurium & mora, quæ duo requirunt dolum, ad notat. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. quod adnotauit etiam Portius Imolens. concluſi. 10. lib. 2. limit. 1. & poſt ipſum Cephal. conſi. 265. lib. 2. vnde intulit Anchar. regiens. quæſtion. ſexageſimaquarta, parte prima quod ſi quis
35 commiſerit procuratori ſuo ut ſolueret † uel tranſmiſit pecuniam creditori per famulum, uel aliter prouiderit, & quod propterea ſine culpa ſua interuenerit, ut ſolutio facta non eſſet, quod tunc non incurritur periurium, quia dolus abeſt, quamuis terminus elapſus fuiſſet; ad idem deduco illud quod firmauit Caſſado. in deciſione quarta
36 in titul. de locat. ubi concludit quod penſionarius † non incidit nec in periurium nec in excommunicationem, licet in termino penſionem non ſoluerit, quamuis ſub tali pena ſe obligaſſet, quando creditor non inſtetiſſet ut ſibi ſolutio fieret, comprobat dictum
37 ſuum ex conſuetudine † quæ regulariter ſe habet ut debitor niſi requiſitus non ſoluat, quæ conſuetudo tanti eſſe debet, ut ab omni dolo & periurio excuſet ad notat. in l. ſi pignore §. final. ff. de pi-
38 gnorat. actio. & ſecundum illam tacitam † conſuetudinem partes contraxiſſe intelligendæ ſunt; tamquàm ſi expreſſe ita conueniſſent, ad late notat. per Portium Imolens. concluſio. uigeſima lib. quarto, & Socin. Iun. conſil. uigeſimoſeptimo, lib. ſecundo, quę quidem conſuetudo ubique uiget, ut debitores numquam aut rariſſime in termino ſoluant ſine aliqua requiſitione ſeu inſtantia creditoris, & inde
39 ubi prædicta † uel aliqua ex his concurrerent, uel aliqua alia iuſta cauſa, quæ dolum, & inde periurium excuſaret, uideretur tunc dicendum adhuc locum eſſe abſolutioni a iuramento non obſtante termini lapſu, & ex illo pretenſo periurio; quod eſſet maxime conſi-

derationis, & ampliaret nimium authoritatem Epiſcoporum circa materiam prędictam, quæ etiam acquirit uires ex eo, quòd adnotarunt in allegat. capitol. 1. Abb. & Felin. ille numero decimotertio hic numero vigeſimooctauo, & ſignanter in uerſiculo tertius caſus ubi in ſpecie affirmat id quòd ſupra iam dixi, quòd ubi adfuit aliqua cauſa neceſſitatis, iuſti impedimenti, uel alia quæ excuſet à periurio, quod tunc ad huc poteſt concedi abſolutio à iuramento, non obſtante periu
40 rio, & ſimiliter dicunt ambo, quòd ſi poſt incurſum periurium † illud aliquo modo peracta pœnitentia purgarent, quod poſſent illo nõ obſtante obtinere abſolutionem, & ponunt exemplum in uenditione facta per metum, quam quis obſeruare promiſiſſet, & nunquam cõtrouertere, nam ſi illam de facto impugnaſſet & ſic incidiſſet in periuriũ, quòd ab hac poſſet peracta pęnitẽtia purgato periurio petere abſolutionem, per rationes allegatas per eos.

Sed quamuis prædicta demulceant aures, nihilominus procedere non puto, nec de iure ſubſiſtere, niſi ut infra, ut puta in caſu neceſſitatis, uel impotentiæ, uel alio caſu ſimili, qui impediret periurium, qui caſus etiam tempore quo petitur abſolutio, adhuc perſiſteret & uigeret, nam cum ille caſus impediuiſſet, & tunc impediret periurium incuri, & is qui tali impedimento tenetur, conſulens eius future cautelę peteret habilitationem & abſolutionẽ, utique tunc nõ poteſt dici prętendi abſolutionem à periurio, cum nunquam periurium fuerit incurſum, & ſic non eſt cur à regula recedatur quæ permittit abſolutionẽ, ſecus ſi fuerit alia cauſa, quę quamuis periurium excuſauerit ex aliqua cauſa ex prædictis, non tamen tunc imminet illo tempore imò ceſſat, nam aut quis credit fuiſſe ſolutum & fruſtra agit de abſolutione, aut ſcit uel etiam credit non eſſe ſolutum, uel dubitat, & tunc immediate qđ ſcit terminum fore elapſum & ſibi immenere onus ſoluendi. & pre
41 parat ſe ad non ſoluendum † utique tunc immediate incidit in periurium in ipſo inſtanti petitionis abſolutionis, & ſic oporteret ut fieret abſolutio a periurio quæ ab Epiſcopis non cõceditur ut ſupra dictum eſt; & quòd ex ſola prępáratione incurratur periurium deducit Portius Imolenſ. in allegat. cõcluſ. 10. in 5. ampl. & ita cõſiderauit Barb. ad Abb. ubi ſupra, & hęc eſt cõmu. opin. ut dixit Imol. in d. c. debitores et Abb. & Fely. ubi ſupra, & reſpondẽt adductis ſupra in uẽditione p metũ ex diuerſitate caſus & rationis, & illud qđ ſupra dictũ eſt procedit ſi præparatio fiat à principali, ſecus ſi a procuratore nõ habẽte ſpeciale mãdatũ Io. Vincent. de anna allegat. 83. par. 2. nec obſtat modo cõſideratio Caſſiado. ubi ſupra, nam illa procedit in caſu ſuo, ne ſequerentur inconuenientia quæ conſiderauit, & non debet extendi ad alium caſũ ad notat. per Bart. in leg. 1. §. ſi is ff. de itiner. actuq; priuat. Aliud eſt

dignum

dignum animaduerſione, quod dixerunt Vincent. Ioannes Andr. Anto. Imol. & alij in allegat. c. debitores quos refert Corne. conſ. 6. col. pen. in princ. libro primo, quod ne dum non eſt concedenda abſolu-
42 tio poſt periurium incurſum, ſed nec etiam concedi debet † quando tempus ita imminet & inſtat ut periurium incurratur dum conceditur abſolutio in illa temporis intercapedine, & ſequitur Neuizan. in allegat. conſilio uigeſimotertio, numero octauo uerſic. dicens, nam hoc ita ſimpliciter intellectum, uidetur deſtruere ea quæ ſupra dicta ſunt. dum firmatum fuit quod ſi immineret tempus ita ut periculum eſſet, ne ſi pars citaretur quod periurium incurreretur, quod tunc concedenda eſſet abſolutio etiam parte non citata; & ideo dico quod
43 quando pars † prætendens abſolutionem nimium ſe arctaſſet per culpam; & tunc ex culpa ſua immineret periurium, quod non debet concedi abſolutio, ſecus ſi nulla culpa intercederet, & abſolutio concedi poſſet ante incurſum periurij, nam & tunc nedum concedi poteſt, ſed etiam conceditur ſine citatione partis etiam in caſu ubi aliàs partis citatio eſſet neceſſaria ſecundum præmiſſa; & poſtremo illud addo ad premiſſa quod notabiliter ponderauit Neuizan. in conſilio uigeſimoſecundo, nume. quinquageſimoquarto, quod in conflictu ua-
44 riarum opinionum in hac materia illa opinio ſeruanda foret, † quę ſeruatur in cancellaria apoſtolica; quæ ſemper indiſtincte ſeruauit dare abſolutionem ab omni iuramento in omni contractu parte nullo modo citata.

§. SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio a iuramento per principalem peti debet.*
2 *Et concedi poteſt abſenti atque adeo ignoranti,*
3 *Sed mediante nuncio communiter intelligunt doctores: tum*
4 *Reſpectu effectus, requiritur ſcientia & nuncius.*
5 *Huiuſmodi ſpiritualia conferuntur abſenti & ignoranti: itidem abſolutio a iuramento.*
6 *Beneficium nomine abſentis poteſt impetrari per procurat. generalem uel particularem, per negociorum geſtorem, per conſanguineum uel alium.*
7 *Aequæ poteſt impetrari abſolutio a iuram. pro abſente pro eaſdem perſonas.*
8 *Eaedem perſonæ omnia etiam poterunt, quæ ſunt antecedenter facienda ad ipſam abſolutionem obtinendam.*

Si

9 Si Abbas dederit licentiam monacho exiſtendi in iudicio uel in ſtudio, intelligendum ea omnia conceſſa, ſine quibus ibi eſſe non poteſt.
10 Ille cuius nomine eſt impetrata abſolutio, debet eam ratificare infra tempus infra quod peti poterat abſolutio: non poſtea: alioquin non valet.
11 An hæres teneatur & an poſſit abſolutionem petere à iuramento?
12 Iuramentum dicitur aliquando perſonale, aliquando hæreditarium.
13 Ea iuramenta alio modo dicuntur perſonalia & naturalia, & alio modo ciuilia.
14 Hæres qui non ſeruat iuramentum defuncti, ciuiliter periurare dicitur.
15 Hæres ex iuramento defuncti obligatur non minus quàm ſi ipſe hæres iuraſſet.
16 Alia eſt naturaliter perſona defuncti, alia hæredis.
17 Ideo etiam hæredes contrauenientes incidunt in pœnas.
18 Et idem iuramentum reſpectu perſonæ iurantis dicitur perſonale, ſed reſpectu effectuum quos producit, dicitur ciuile.
19 Iuranteſque a iudicio repelluntur ita ut audiri nullo modo poſſint.
20 Iuramentum quomodo dicatur perſonaliſſimum.
21 Poteſt quis quo ad temporalia obligare ſuum hæredem, non autem quo ad ſpiritualia.
22 Hæres quo in caſu non indiget abſolutione a iuramento.
23 Mors principalis operatur idem quod operatur abſolutio a iuram. ſibi conceſſa.
24 Hæredi non requiritur abſolutio cum non fuerit ligatus ad ſpiritualem pęnam: nec propterea concedi debet, etſi impertinenter ab eo peteretur.
25 Abſolutio a iuramento nunquam concedenda eſt, quando alia uia poteſt eſſe conſultum.
26 Quando non obſtāte abſolutione forſan conceſſa principali, non poteſt principalis agere quicquam, nec venire contra contractum: tunc nec venire poterit hæres.

Nam non plus operari poteſt mors, quàm operaretur abſolutio ibidem.
27 Vires contractus iurati compeſcunt hæredes ita ut teneantur obſeruare ipſum contractum cum eius omnibus uinculis & qualitatibus.
28 Hæredi agenti ex contractu inito cum defuncto & iurato poteſt opponi exceptio periurij, & inde non eſt audiendus.
29 Differentia eſt in exceptione periurij ſpiritualis, & illa alia ciuili.
30 Sicut defunctus ex clauſulis in inſtr. appoſitis, vel ex iuram. impediebatur dare creditoribus ſuis bona in ſolutum: ita neque eius hæredes, licet eſſent hæredes cum beneficio legis & inuentarij, poterunt illa dare in ſolutum.
31 Prælato vel ſyndico vniuerſitatis & ſimilibus an requiratur & ſit neceſſaria aliqua abſolutio uel non: ſi uellent agere contra contractum initum

tum per ſuos praeceſſores uel per ipſos, & ſic uenire contra iuramentum & num. ſeqq.

32 Iuramentum quantum ad animam, reatum periurij, & ſpiritualitatem, eſt quid perſonale ita ut perſonam non egrediatur.

33 Quia aliud eſt uniuerſitas aliud ſinguli de uniuerſitate quae non habet animam: ideo iuramentum ſyndici uel praelati uel aliorum adminiſtratorum non ligat uniuerſitatem uel collegium, uel eccleſiam.

34 An ille idem ſyndicus, praelatus, uel adminiſtrator qui iurauerit, poſſit agere ſine aliqua abſolutione.

35 De praelato diſtinguendum eſt quo ad praeiudicium uel ſeparabile a praeiudicio eccleſiae: aut non ſeparabile.

36 Non poteſt quis ſuo iuram. ab onere publico ſe eximere.

37 Ex uirtute iuramenti eorummet obligatur uniuerſitas Eccleſia collegium & alia loca pia ſi contractus ualidi ſunt, & effectus eorum tranſeunt in ſucceſſ.

38 In abſolutione concedenda tot requiruntur relaxationes, quot praecedunt uincula.

39 Si in contractu adſunt plura iuramenta, ab omnibus petenda eſt abſolutio alioquin impetranti non prodeſt.

40 Ideo ſi & promiſſio eſſet iurata de obſeruando contractum & de non petendo abſolutionem: totidem eſſe debent petitiones ſubalternae & ordinatae.

41 Idque taliter petendum eſt ut omnia exprimantur ſpecifice, & multum in particulari.

42 Quare ſi uerba abſolutionis uerificentur in tribus iuramentis: quatuor autem eſſent iuramenta: non opitulabitur abſolutio: ſed tollit omnem effectum abſolutionis.

43 Nec prodeſt ſi abſolutio ſe referendo ad inſtrum. diceret ab uno & pluribus iuram. ut in inſtrum. nam debet utique exprimi & attendi illud quod eſt in inſtrumento.

44 Omnia quae ſunt in relato quomodo dicantur eſſe in referente, exponitur, & nu. 49.

45 Abſolutio poteſt ſuſtineri quae ita generaliter eſſet concepta, quae omnia iuramentis firmauit, uel iureiurando firmauit ut in inſtrumento.

46 Abſolutiones ſunt diſpenſationes ex ſententia: propterea ſtrictius debent intelligi.

47 Relatio non facit propriam ſignificationem & ueram, nec propriam nominationem eorum quae ſunt in relato

48 Tanta uis non eſt ſententiae ut ſtricto modo intelligatur, quin non admittat relationem ad relatum, & regulam illam.

50 Cautela ut partes caueant a ſpecificatis & referant ſe ad inſtrum. quo me lius

lius poterunt modo, ibi uide, & num. ſequenti,& num. 53.

52 *Niſi prius obtenta fuerit abſolutio a iuramento de non petendo abſolutionem: utique aliæ obtentæ abſolutiones ante iſtam nullius erunt momenti.*

54 *Abſolutio concedi debet nedum a iuramento, ad effectum agendi: ſed etiã a clauſulis illis ſolitis apponi a notarijs, quæ ſunt aptæ impedire abſolutionem.*

55 *in Abſolutione omnia prædicta exprimenda ſunt.*

56 *Qualitas tacita quæ concedentem non extraxiſſet, quòd non uitiat: quomodo procedat.*

57 *Si inſtrum. habeat inter alia clauſulam, ut non poſſit peti abſolutio, uel ea obtenta non poſſit uti: quomodo petenda ſit abſolutio, ſeparatim ne an coniunctim.*

58 *In petitione abſolutionis utilis eſt clauſula hæc appoſita, conditionaliter & ſucceſſiue. uide ibi.*

59 *Si aliquid dictum ſit in materia reſciſſoria, illud habet etiam locum in materia reſcindente, ſecundum naturæ ordinem.*

60 *In caſibus prædictis, fere omnes ſentiunt, ut prius inſtetur contra creditorem ut iuramentum relaxet: quo recuſante tunc agendum eſſet coram iudice denunciando.*

61 *Ea opinio in quo caſu tantum locum habet.*

62 *In hac materia abſolutionis proceditur ſummarie ſimpliciter & de plano ac leuato uelo.*

63 *Quando ita procedi debere intelligatur.*

64 *Requiritur nihilominus adhuc aliqua cauſæ cognitio. & nu. 66.*

65 *Cauſæ cognitio una eſt plena: alia non plena.*

66 *Iudex abſolutionem nulliter concedit inſtrumento non uiſo.*

67 *Practica abſolutionis obſeruata in Curia Epiſcopali caietæ quare ſit maximè laudabilis.*

ABſolutio a iuramento per quem & quomodo peti debeat,
& quis ſit eius effectus in præſenti §. uidẽdum eſt; in quo
1 illud eſt in confeſſo, per principalem non dubitari † quin
peti poſſit & debeat; ſed illud tantum an per procuratorem peti poſſit, uel per alium ſine mandato; & in primis
2 illud præmittendum eſt hanc abſolutionem † ueluti gratiam abſenti
concedi poſſe, & quod maius eſt etiam ignoranti, ita enim ſumitur ex
tex. in l. labeo. ff. de iure iur. per quem tex. in ſpecie adnotauit Bald. in
c. 1. de iure iur. quem refert Felin. ibidem num. 30. & quamuis glo.
Bart. & Alexan. ac communiter doctores in d. l. labeo, dicant illum
3 tex. intelligi quando † fuit facta remiſſio mediante nuntio, nihilominus

nus ut dixit Alexan. ibi,qui defendit glo. ab impugnationibus Fulgo
ſii & Pauli de Caſtro, reſpectu remittentis, & temporis in quo remitti
4 tur, bene poteſt fieri remiſſio † abſenti,& ignoranti,ſed reſpectu effe-
ctus , requiritur ſcientia & nuntius , & nihilominus Io. Andr. in c. ſi
tibi de præben. in 6. quem refert Philipp. Franc.ibidem num.8. in fi-
5 ne,dicit quod huiuſmodi † ſpiritualia conferuntur abſenti, & ignorã-
ti; & inde intulit Felin. ubi ſupra num. 30. poſt Bald. quem allegat,
quod abſolutio a iuramento poteſt concedi abſenti,& ignoranti, & al-
legat multa ſimilia, ut eſt uidere pęnes eum. & hanc opinionem , alle-
gando quaſi omnia ſupradicta quæ allegauit Felin. ſequitur & firmat
Annibal Troiſius in commentarijs ſuper regiam pragmat.& ſi aliqua
partium; in titul. de reclamatio. laudi, num. 5. uerſic. ſed an abſenti
& allegant ambo inter alia conſil. 35. Cardinal. Florent.

Et ex hoc infertur quod ſicut beneficium nomine abſentis poteſt
6 impetrari † per procuratorem generalem,uel particularem, per nego-
tiorum geſtorem,per conſanguineum ,uel amicum ut notat. per glo.
Io. Andr. Geminian. & Francum in alleg. c. ſi tibi,de præben. in 6. &
per doct. in c. accedens eo. tit. de præben. ita & abſolutio a iuramen-
7 to † poterit impetrari pro abſente a procuratore generali, particulari,
negotiorum geſtore,conſanguineo,uel amico ſecundum præmiſſa, &
cum iſti admittantur ad prædicta,ſequitur quod omnia poterunt,quæ
8 ſunt † antecedentia ad ipſam abſolutionem obtinendam, & ſic pote-
runt citari facere partem ubi citanda eſſet, & cætera facere uſque ad
aſſequutionem eius,per notat. in l. exigendi.C.de procurat. & late per
Vincent. Carroc. in ſua reper. c. cum quid,de regul. iur. in 6. in pri-
ma part. & præcipue in prima illatio. folio 3.ubi allegat glo. magnam
9 in fine in l.ſi longius.ff. de iudic. quæ dicit quod ſi Abbas dederit † li-
centiam monacho exiſtendi in iudicio, ſeu in ſtudio, quod ea omnia
conceſſiſſe intelligitur, ſine quibus in ſtudio eſſe non poſſit, & glo. in
canon. cum paſtoralis 2.q.7.& glo. in c. non dicatis 12.q.1. cum mul
tis alijs, ut uidere eſt apud eum,& latius in 6. ampliat. in qua allegat,
tex. in l. non cogendum §. fin. de procurat. & multa alia , & latius in
eod. tract. regul. 2.fol.81. cum ſequen. Verum illud in hoc eſt aduer-
tendum,quod ſi ille cuius nomine eſt impetrata abſolutio,non ratifi
cauerit eam ante lapſum termini,infra quem iuramento obſtrictus e-
rat,ad aliquid faciendum uel ſoluendum, quod abſolutio non opitu-
10 letur ei poſt periurium incurſum,nam ratificatio † debet fieri infra tẽ
pus infra quod abſolutio peti poterat,non autem poſtea,ad notat.in l.
bonorum.ff.rem rat. haber.& in ſpecie annotarunt Geminia.& Franc.
in d.cap. ſi tibi de præben. in 6. Verum dicunt ipſi quod ſi ratificatio
fieret poſt terminum re tamen integra,quod adhuc ratificatio prodeſt,

ſed

ſed uidetur quod res non ſit integra poſt periurium incurſum, & ſic
lapſo termino, niſi in caſum in quem ſupra dixi periurium non incur
ri etiam termino elapſo, ut notaui in præcedenti §. quæ omnia nota
in actu practico; ſubſequenter eſt uidendum de hærede, & in hoc di-
11 ſpiciendum eſt primo, an hæres teneatur † petere abſolutionem a iu-
ramento, ſecundum an poſſit illam petere.

Et pro intelligentia conſiderandum eſt, quod iuramentum dicitur
12 aliquando perſonale † aliquando autem hæreditarium text. in leg.
generaliter. C. de iureiur. quem text. in ſpecie ad hoc allegat Guido pa-
pæ quæſtio. delfin. 414. in princip. & huiuſmodi iuramenta alio mo-
13 do dicuntur perſonalia & naturalia † & alio modo ciuilia, nam v-
num naturaliter obligat, alteram uero obligat ciuiliter, ita enim
dicit Napodan. in conſuetud. neapol. ſiquis moriatur, in titul. de
ſucceſſio. ab inteſtat. numero trigeſimooctauo uerſicul. præpterea;
14 vbi inter alia in ſpecie dicit quod hæres † qui non ſeruat iura-
mentum defuncti ciuiliter periurare dicitur, allegat text. in Au-
th. de iurament. a morient. præſt. in principio, & ſic ne dum di-
citur iuramentum ciuile, ſed etiam periurium ciuile, hoc etiam
deſumitur ex conſi. Bald. 398. lib. primo & conſil. 421. lib. quin-
to in quibus eſt idem caſus, in quibus regulariter concludit, ex
15 iuramento defuncti † obligari hæredem, perinde ac ſi ipſe hæres
iuraſſet, immediate enim quod adit hæreditatem, obligatur ad om-
nia ad quæ obligatus erat defunctus, ac eo modo, quo ille obligatus
erat: & ſic ſi ille obligatus erat cum iuramento, vtique hæres cum
iuramento obligatus cenſetur, ac ſi ipſe etiam iuraſſet, ita expli-
cat Paul. de Caſtr. in conſil. decimotertio, lib. ſecundo, numero
16 tertio: verum quia hoc non poteſt eſſe naturaliter, cum alia † eſt
naturaliter perſona defuncti, alia hæredis, & inducitur tantum
miniſterio iuris ciuilis quod hoc operatur, merito ſic dicitur il-
lud iuramentum ciuile, & qui ſub iuramento ciuili erat obliga-
tus, contraueniendo dicitur incidiſſe in periurium ciuile, vt bene
explicauit Ioan. Vincent. annius in ſua allegat. vigeſimaoctaua, nu-
mero decimoſecundo, & proinde etiam hæredes contrauenientes
17 † incidire in pœnas leg. ſi quis maior. C. de tranſact. dixit An-
nius vbi ſupra, ſequitur Socin. conſil. trigeſimooctauo lib. tertio,
Paul. de Caſtr. conſil. ſeptuageſimoſeptimo, lib. ſecundo Parpalia
qui dicit hoc practic. ſeruari, in repetit. dict. leg. ſi quis maior
quæſtione quinta, in tertio dubio; quod verbum eſt maxime no-
tandum, cum Corne. Pariſ. & nonnulli alij relati per Gratum con-
ſil. ſexageſimoſexto, lib. primo, contrarium affirmauerint, nihilo-
minus dictum Parpaliæ ſequutus eſt Monochi. conſil. 24. nu. 22.

lib.

libr. 1. quem etiam allegauit Vincent. annius ubi ſupra; & ex prædictis illud ſequitur & patet, quod illud iuramentum quod in d.l. generaliter, appellatur hereditarium, quod illud idem per hos doctores appellatur ciuile, & ita etiam poterit ſecundum præmiſſa dici cum iuramento ciuili & hæreditario etiam periurium ciuile, & hæreditariū; poterit etiam & alio modo conſiderari quod hoc idem iuramentum

18 quod reſpectu perſonæ iurantis † dicitur perſonale, quod illud idem reſpectu effectus quos producit; dicitur ciuile; nam ex iuris diſpoſitione illos effectus producit; iſti autem effectus diuerſo modo conſiderantur, aliquando enim reſpiciunt perſonam iurantis, ita ut illaqueant animam, & obligant ad periurium, ex quo illud ſequi-

19 tur, ut a iudicio iurantes repellantur, † adeo ut audiri non poſſint nullo modo; aliquando enim ab extra perſonam iurantis, ut quia firmat iuramentum contractus, ita ut operetur ut contraueniens incidat in pœnam uel aliter, ut late notat. per Iaſon. & alios in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus uendit. & ſumitur ex notat. per doctores ſupra allegatos.

20 His itaque præmiſſis, dico quod primo modo iuramentum † dicitur perſonaliſſimum, ita ut non egrediatur perſonam iurantis, ut dixit Innocent. communiter receptus in c. ueritatis in ultimis uerbis, de iureiurand. & ibi Ioannes Andreas Abbat. & Ancharan. qui poſt Ioannem Andream ampliat illud procedere, etiam quod quis iuraſſet pro ſe, & hæredibus, & dicunt rationem, quod quamuis omnes obligationes, & contractus tranſeant in hæredes actiuè, & paſſiuè, quod nihilominus ut attinet ad illaqueandum animam, quod non

21 tranſeant, cum poſſit quis quoad temporalia † obligare ſuum hæredem, non autem quoad ſpiritualia, ut dicunt Ioan. Andr. Abba. & Anchar. ubi ſupra. Et ex prædictis infertur quod quoties hæres uult dicere contractum initum cum defuncto fuiſſe nullum & inualidum, & iuramentum ipſum non confirmaſſe, uel iuramentum ex aliqua cauſa non fuiſſe obligatorium, & proinde obſeruari

22 non debere, quod iſto caſu non † indiget aliqua abſolutione, ut dixit Corne. conſil. uigeſimoſeptimo, numero vndecimo, & conſilio 112. numero ſecundo, lib. quarto, qui in hac materia dat notabilem

23 regulam, dicit enim quod mors principalis † operatur idem, quod operatur abſolutio ſibi conceſſa a iuramento; unde poterit hæres poſt mortem principalis agere omnia quæ ipſe principalis potuiſſet agere poſt obtentam abſolutionem, quæ qualia ſint, infra deducam, & ſic mors operatur ut ſine aliquo periurij metu, & ſine peccato poſſit hæres agere, prout ſic potuiſſet principalis, & ſic uidetur tantum habilitatus ad proponendum eius iura, & agendum

ac

ac excipiendum, & ex inde cum non fuerit ligatus quoad pœnam ſpiritualem,& reatum periurij,non requiritur aliqua abſolutio, cum illa præſupponat ligamen, allegat Corne.l.decem. ff.de verb. obligat.& ſi
24 impertinenter peteretur ab hærede † concedi non deberet, hoc idem dixit Alexan.conſi.151.nu.10.lib.7.Roland.a vall. conſ.17.lib.1. Aſflict.dec.381.per rationem allegatam per eum,& Vincent. annius vbi ſupra in princip.Alexand.conſ.129. lib.6.Bald.vbi ſupra d.conſ.398. Paul.de Caſt.conſi.306.lib.2. Ruin. conſi. 107.num. 18.lib. 1.Socin. conſi.38.lib.4.Guid.pap.quæſtio.224.Gabriel.in ſuis concluſio.capi. 6.in titul. de iureiur.& Portius Imolenſ.concluſ. 3.lib. 1.& poſt ipſos Menochi.allegat.conſi.24.nume.2.lib.1.

Et ſic iam patet quod ubi vult agere, non tenetur petere aliquo pacto abſolutionem a iuramento;an autem poſſit petere, tunc dic aut vel let petere ad effectum agendi,& non poſſet,nam cum eo reſpectu non ſit ligatus,non debet admitti ad petendum id,cuius euentus nihil operaretur, & eſt una maxima ut dixi in §. præcedenti ex Neuizan. quod
25 nunquam concedenda eſt abſolutio a iuramento † quando alia uia poteſt eſſe conſultum, & ſic quando non eſt neceſſaria, concedi non debet;ſumitur ex allegatis per Corne.vbi ſupra,& Menochi.& ſi tunc adhuc moleſtus eſſet illam petens, ex decreto dicendum eſt, non eſſe neceſſariam; aut illam peteret ad alium effectum, & tunc quando non
26 obſtante † abſolutione forſan conceſſa principali, non poſſet principalis quicquam agere, nec uenire contra contractum, tunc nec etiam poterit venire eius hæres, nam ut ſupra iam dixi ex Corne. non poteſt plus operari mors,quam operaretur abſolutio,ſed abſolutio non peri meret uires contractus, vt infra dicam, merito ſi mors non poteſt hoc
27 operari, nam uires contractus iurati,comprimunt hæredes, ita † ut teneantur obſeruare ipſum contractum cum omnibus eius vinculis & qualitatibus,deducit adeo late hoc Gabrielius vbi ſupra, vt nullus uideatur ſupereſſe additioni locus, nihilominus adhuc addo ita late etiã tenere Menochi.vbi ſupra,Aufreri.in Cappell.Toloſan.quæſtio.415. Galleri.in forma Cameral.obligat.quæſtio. 1.ad primam partem,Ioſeph.Ludouic.deciſ.peruſin.15.num.2.part.1.Rolan.a vall.d.conſi.17. Crotum conſi.139.num.8.& pulcre Ioan.Vincent.anni.vbi ſupra,qui
28 ex inde concludit hæredi agenti † ex contractu inito cum defuncto,& iurato,poſſe opponi exceptionem periurij, & inde non eſſe audiendũ contra contractum iuratum & poſſe propterea opponi exceptionem de l.ſi quis maior.C.de tranſact. & omnem aliam exceptionem, quæ contra defunctum opponi poterat petita abſolutione.

Verum illud aduertas ex eo quod ipſe deciſum dicit in d. allegat. quod tũc in principio litis in quo fuit oppoſita periurij exceptio, quo illa

illa fuit reſeruata ad merita cauſæ, nam uidetur certo modo differentiam eſſe in illa exceptione periurij ſpiritualis, & quæ illaqueat an-
29 imam † & quæ ſtatim à principio impedit & repellit a limine iudicij, & iſta alia ciuili quæ in effectu repellit, nam uidetur quod iſta omnino reſeruanda ſit ad merita, cum ex probationibus impleri debeat, & ſic expectandæ ſunt probationes, cum aliàs quis iniuſte repelleretur, niſi conſtaret de euidenti, & notoria iniuſtitia; ut dicam in aduerſario periurij exceptio. Et prædictis quæ ſupra dicta ſunt, quod iuramentum tranſit ad hæredes ita & taliter, ut teneantur ad eius obſeruationē prout & ſicut defunctus tenebatur, adeo ut ex perſona hæredum non immutetur ius creditorum, allego in notabili caſu Borgnin. diſtinguentem in deciſio. nona, & Vincentium de Franchis deciſio. octua-
30 geſimaoctaua in qua dicit, quod ſicut defunctus † ex clauſulis in inſtrumento appoſitis, uel ex iuramento impediebatur dare bona in ſolutum creditoribus ſuis, quod ita nec etiam poterunt illa bona in ſolutum dare eius hæredes, licet eſſent hæredes cum beneficio legis & inuentarij; & quod illo caſu non procederet limitatio poſita per Iaſon. in §. & ſi præfatam in lege finali Codic. de iure deliberat.

Et poſtquam incidi in hanc concluſionem, quando hæres poſſit, uel non poſſit agere contra iuramentum defuncti, & an tunc requiratur abſolutio, uel ne; non erit ſuperfluum proſpicere quid in
31 prælato † uel ſyndico uniuerſitatis, & ſimilibus, an ſi uellent agere contra contractum initum per ſuos præceſſores uel per ipſos, & ſic uenire contra iuramentum, requireretur & eſſet neceſſaria aliqua abſolutio uel non; eſt caſus qui aliquando dubitationem fecit, ſed non mihi; & in hoc dicendum eſt, ut aliàs pluries eſt dictum, quod
32 iuramentum † quantum ad animam, reatum periurij, & ſpiritualitatem, eſt quid perſonale, ita ut perſonam non egrediatur per dicta Innocent. & aliorum in allegato. capit. ueritatis; quod in tantum procedere dixi, ut nec etiam extendatur ad hæredem, qui iuris fictione eadem eſt perſona cum defuncto, ut ſupra conclu-
33 ſum fuit; Cum autem aliud ſit uniuerſitas, † aliud autem ſinguli de uniuerſitate, & etiam adminiſtratores eius uulgat. leg. ſicut §. primo ff. quod cuiuſque uniuerſit. nomine, & vniuerſitas & etiam eccleſia non habet animam ut in hoc propoſito dixit Corneus conſilio quadrageſimoquinto, numero vndecimo, libro ſecundo, merito ſi iuramentum ſindici, uel prelati aut aliorum adminiſtratorum non ligat vniuerſitatem, & collegium, uel eccleſiam, quin poſſint ſine aliqua abſolutione a iuramento, agere & proponere iura uniuerſitatis, eccleſiæ, uel collegij: nam cum ceſſauerit ligamen ſecundum

præmiſſa, non eſt aliqua abſolutio neceſſaria, & ſic ſine dubio vniuerſitas, collegium uel eccleſia ex perſona, & mediante perſona aliorum, poterit agere & proponere iura ſua; hinc dixit Corne. ubi ſupra, cautelam eſſe ad omnem bonum finem deputare alium ſin-
34 dicum qui agat; ſed dubium eſſe poſſet † an ille idem ſindicus, prælatus uel adminiſtratores qui iurauerunt, poſſint agere ſine aliqua abſolutione; & in hoc fuit aliquando magna controuerſia, & itum eſt in uarias diſtinctiones ut per Roman. conſilio 369. & late per Beroum qui omnes allegat. conſilio nonageſimoſecundo, lib. primo, & conſilio 8. lib. tertio, tamen illa in preſentiarum eſt notanda, quam attulit Anton. de Butri. in capitulo cum ueniſſent. de inſtitutio. qui di-
35 cit quod aut præiudicium prælati eſt ſeparabile † a præiudicio Eccleſiæ, & tunc prælatus quoad eius præiudiciũ obſtringitur iuramento eius uita durante dict. cap. cum ueniſſent; aut non eſt ſeparabile, & tunc non præiudicat, & proinde ſicut prælatus non poteſt ſe abdicare ab adminiſtratione Eccleſiæ, quin teneatur & cogatur gerere quæ Eccleſiæ vtilia eſſe proſpexerit, ita non poteſt per indirectum ſe taliter iuramento uel aliter obſtringere, ut ſe ipſum eximat ab agendo quæ Eccleſiæ utilia eſſe proſpexerit, capitul. ſicut noſtris; de iureiur. & hanc diſtinctionem ſequitur Roman. ubi ſupra numero 24. & hanc eſſe communem opinionem dixit Mandoſ. ibi; Additur etiam & alio ratio quę
26 eſt affinis cum prędictis, nam † nõ poteſt quis ſuo iuram. ab onere publico ſe eximere cap. ſi diligenti de foro compet. ut allegat Bero. dict. conſ. 92. nu. 6. merito ſi quis non poſſet iurando ſe eximere ab his quę ſibi incumbunt pro onere publico ſui officij; præterea ſi ex facto ſindici obligaretur vniuerſitas, uti vniuerſitas ad obſeruantiam iuramenti, vtique obligarētur omnes de vniuerſitate, & ſic fęminę & alij omnes id ignorantes quod eſſet abſurdum, & ſi de rebus & contractibus Eccleſiæ agitur, & illi eſſent contra iura, vtique iuramentum non eſſet obligatorium, merito ſi ſperni poſſit, & illi contrauenire per eoſdem ſine aliquo metu periurij, vt optime & late probat Bero. in dict. duobus conſilijs ſupra allegatis, & ſic reſpectu rerum Eccleſiarum & aliorum piorum locorum res procedit ſine controuerſia, vt prælati & alij non poſſint ſe ipſos iuramento abſtringere, quin liceat eiſdem contrauenire quando præiudicium non eſt ſeparabile; in ſindico autem & alijs adminiſtrationibus vniuerſitatum, dico illud idem, tum ex rationibus prærallegatis, quia iuramentum non egreditur perſonam, animam illa queat, tum quia in iſtis non poteſt tanquam dari præiudicium ſeparabile, cum ipſi nullum ius habeant in bonis adminiſtratis per eos, ſed tantum facultatem adminiſtrandi, à quo onere, nec directe, nec per indirectum poſſunt ſe

ipſos

ipſos liberare, & in eorum perſonis concurrit duplex qualitas, una prout ſunt ſingulares perſonæ, alia prout ſunt ſindici & adminiſtratores uniuerſitatis, ad not. in capitul. ſi ſacerdos, de offic. ordinar. prout ſunt ſingulares perſonæ nihil attinet ad eos de iuramento præſtito tanquam per ſindicos, & quatenus conſiderantur ut ſindici, obligatio non radicatur in perſonis, eorum, ut dicam in aduerſario iuramentum, & ſic iam patet quomodo iſti non obſtante iuramento, ſine aliqua abſolutione poſſunt agere pro iuribus Eccleſię, collegij, vel uniuerſitatis.

Verum illud etiam eſt abſolutum, ut ſicut iuramentum defuncti ciuiliter obligat hæredem, ita ut etiam hæredi agenti obſtat ex-
37 ceptio periurij ciuilis, ita etiam ex uirtute † iuramenti iſtorum obligatur vniuerſitas, Eccleſia, Collegium, & alia loca pia, ſi contractus ualidi ſunt, & effectus eorum tranſeunt vt ſupra dictum eſt, eo modo quo tranſeunt ad hæredes: & ſic iam abſoluta eſt hæc pars, in hoc quæſito particulari; ſequitur ut ſequenti, ſatisfaciam.

Quomodo ſit petenda ſcilicet & concedenda abſolutio; & in hoc breuiter procedendo, dico quod cum abſolutio ſit quædam liberatio, & relaxatio, ut ſupra ſæpius dixi, & inde quod vbi non erat ligamen, non erat opus abſolutione, vt adfirmaui ex Corneo, qui allegabat leg. decem ff. de uerb. obligat. ita etiam di-
38 cendum, eſt quod tot requiruntur relaxationes † quot præcedunt vincula, aliàs quis non diceretur bene relaxatus nec liberatus, ſi ad huc alterum ſupereſſet, ut bene explicauit Ludouic. Roman. conſilio 326. vbi bene id explicat & probat vt uidere eſt apud eum, quot enim præcedunt impedimenta, tot interuenire debent releuamenta allegat text. in leg. de pupillo §. ſi ex pluribus ff. de noui. oper. nuntiat. alioquin vno ſublato, reliqua remanent, & ſic nihil fit, allegat text. in leg. ſi domus ff. de ſeruit. Vrban prędio. & deinde adnectit multa ſimilia, quæ etiam cumulando exornat Mandoſ. ibi. Vnde ſi in contractu adſunt plura iuramen-
39 ta, ab omnibus petenda eſt abſolutio † alioquin impetranti non prodeſt, uel quia ſi concedens ſciuiſſet non conceſſiſſet, vel difficilius conceſſiſſet, ut adnotarunt Imol. & Felyn. in allegat capitul. debitores, & fuit dictum notabile Bald. in repetitio. lege ſecunda ff. de iureiuran. columna uigeſimanona, verſicul. quoad primum, & inde ſi eſſet promiſſio iurata de obſeruando contra-
40 ctum † & de non petendo abſolutionem, vtique cum tunc eſſent duo iuramenta, totidem eſſe deberent petitiones ſubalternæ & ordinatæ, quod ſequitur Felyn. in dict. capitul. debitores numero

nono, & decimo, & in capitul. conſtitutus numero decimoquarto, de reſcript. voluerunt Imol. & Bald. in leg. hæc ſcriptura, de condit.
41 & demonſtr. ita & taliter † vt omnia exprimi debeant ſpecifice & multum in particulari, ut reddatur certus concedens abſolutionem, adeo ut dubitari non debeat quod ſi plus aliquid ſciuiſſet, quod non conceſſiſſet, uel durius conceſſiſſet, & ſic debet exprimi cauſa, ex qua prouenit impedimentum, & non eſt ſatis generaliter exprimi, nec ſub inuolucro verborum vt vltra Roman. in allegat. conſil. 326. magis in ſpecie Socin. conſil. quinquageſimonono, numero ſeptimo, cum ſequen. lib. tertio, qui in tantum dicit hoc eſſe uerum, vt ſi fuerit conceſſa abſolutio ab uno & pluribus iuramentis, quod cum hæc
42 verba verificentur † in tribus iuramentis quod non opitulabitur abſolutio ſi iuramenta eſſent quatuor, nam tunc remanet ad huc unum vinculum & impedimentum quod etiam remoueri debuerat, & ſic tollit omnem effectum abſolutionis, & in tantum hoc procedere dicit quod quamuis petitio & etiam abſolutio haberent abſolutionem
43 relatam ad inſtrumentum † dicendo ab uno & pluribus iuramentis vt in inſtrum. quod ad hunc non prodeſt, licet communiter dicatur quod relatum ſit in referente uerè & propriè, adeo ut omnia quæ ſunt in relato, dicantur eſſe in referente, ut dicam late in aduerſario relatum, & propterea uidetur dicendum quod quicquid eſſet in inſtrumento ad quod facta eſt relatio, cenſeri deberet expreſſum & illud attendi, non attento quod fuit expreſſum in petitione & abſolutione per notat. per Bald. in l. 2. C. de error aduocat. de quo in aduerſario confeſſio, quod nihilominus adhuc non operaretur abſolutio effectum ſuum, & hoc dictum Socin. ſequuti ſunt Vrſill. in deciſion. Afflict. 200. Gratus reſponſ. vigeſimotertio, lib. ſecundo, Grammat. deciſ. ſexageſimaſexta, numero uigeſimotertio, Pariſ. conſilio quadrageſimotertio numero decimooctauo, lib. primo, pulchrè Rolan. a vall. conſilio trigeſimoquarto, numero ſeptimo, cum ſequent. libro primo Loffred. conſilio decimoſecundo, numero vigeſimoſexto, Mandoſ. ad Roman. vbi ſupra & Menochi. allegat. conſilio vigeſimoquarto, numero decimoquinto, qui ex Couarruu. lib. primo uariar. reſolut. capit. quarto numero ſexto, & Neuizan. conſilio vigeſimoſecundo communem dicit, & alios etiam allegat, & reſpondet Socin. oppoſitioni ſupra factæ de relato & referente, quod illa regula procedit, quando nul-
44 la præcedit ſpecificatio † nam ſi præcedit aliqua ſpecificatio ut in caſu de quo ſupra, vbi dictum erat, uno & pluribus iuramentis; licet ſequatur prout in inſtrumento, quod tunc illa relatio generalis, ad ſpecificata reſtringitur, et ſic nihil operatur etiam ad ſubſtinendā diſpoſitionē, quo caſu uerba etiam impropriari ſolēt, ut dicam in aduerſario actus

ut ſubſtineatur; ſumitur tamen ex hoc dicto Soc. quod ſi petitio eſſet generalis & non ſpecificata cum illa relatione, quod poſſet ſubſtineri abſolutio; Vnde poſſet ſecundum hanc illationem in actu practico
47 obſeruari, ut petens abſolutionem † poſſet ſub generali narratione dicere, quæ omnia iuramentis firmauit, uel iureiurando firmauit ut in inſtrumento, quod eſſet bonum uerbum in practica ad ſubſtinendum huiuſmodi abſolutiones, quæ ut plurimum nimis inconſiderate petuntur; ſed difficultatem faciunt quæ in hoc propoſito conſiderauit
46 Gratus ubi ſupra, dum dixit quod huiuſmodi abſolutiones † ſunt diſpenſationes ex ſententia, & propterea ſtrictius intelligi debent. l. 1. C. ſi plures una ſentent. & ſic in caſu proprio & uero; ſed relatio
47 non facit † propriam ſignificationem & ueram, nec propriam nominationem eorum quæ ſunt in relato ut in tex. quem allegat. l. ſi prætor §. ſi iudex. ff. de re iudicat. ubi id in ſpecie notat Iaſon in 2. notab. ſic uideretur dicendum quod abſolutio & eius petitio relata ut ſupra, non operetur; ſubdit & aliud, quod indefinita in diſpoſitione hominis non equipollent uniuerſali, unde dicendo iuramentis, iuramento, uel iureiurando firmauit ut in inſtrumento non cenſeretur dixiſſe de omnibus iuramentis, & ſic ſi eſſent tria non procederet nec haberet locum illa clauſula iuramentis, cum in duobus uerificari poſſet, ut ſumitur ex dictis Romani Socini, & Felini ubi ſupra, nec ſi eſſent duo, illa clauſula iuramento, prout ipſe explicat, & ſic uideretur mutari illatio ſupradicta; ſed adhuc illam teneo ad ſubſtinendas abſolutiones, & petitiones huiuſmodi, nam non eſt tanta uis
48 ſententiæ † ut ſtricto modo intelligatur, quin non admittat relationem ad relatum, & regulam illam, prout ſumitur ex dictis per Afflictum in deciſione ducenteſimaquintadecima ubi ſententia condemnans quatuor ex ſexdecim obligatos ad ducatos quatringentos qui ſoli conuenti fuerant, quod illa ſententia intelligi debet illos quatuor condemnaſſe ad ratam, non quidem pro quantitate contenta in ſententia, ſed habita relatione ad inſtrumentum obligationis;
49 Præterea relatum dicitur † eſſe uere, & proprie in referente, ut infra dicam in aduerſario relatum merito ſi etiam in iſto caſu uerificari debet prout uerificatur in omni materia, prout oſtendam in aduerſario confeſſio ut ſupra dixi, præcipue cum iſta abſolutio contineat gratiam ut ſupra dixi; & ex iſta etiam ratione dico, quod non procedit aliud oppoſitum, dum de indefinito opponit, nam illud indefinitum, finitur & terminatur ex relato, ut infra dicam; & propterea illatio ſupra facta mihi uidetur ſubſtentabilis; & in actu practico admodum utilis, ſaluans multas abſolutiones, & ideo conſulo ut quoad fieri poſſit caueant partes a ſpecificatis, ſed explicent conceptum eorum quo

melius poterunt modo, & dum ad rombum iuramentorum ueniunt,
50 referant ſe ad inſtrumenta † quæ realiter exhibeant & producant, nã euitabunt omnem obreptionem & ſubreptionem, & relatio producet effectum ſuum, & erit optimum conſilium in ipſa etiam abſolutione fieri mentionem quomodo inſtrumentum uiſum fuerit. & ex prędictis etiam patet quod ſi quis iurauerit non petere abſolutionem, & impetrata non uti, & toties cenſeatur de nouo promiſiſſe cum iuramento, quoties abſolutionem impetraſſet, & toties etiam impetratio ni renunciatum, cum alijs propemodum infinitis cauillis & technis quæ notarij apponere ſolent in huiuſmodi clauſulis, quod adhuc
51 dummodo alternatim † & ſucceſſiue & conditionaliter petantur abſolutiones facta mentione explicite uel implicite per relationem modo prædicto, quod impetrari poterunt abſolutiones, dummodo debito modo petantur, nam niſi fuerit obtenta prius abſolutio à iuramento de non petendo abſolutionem, utique aliæ obten-
52 tæ abſolutiones ante iſtam, nullius † erunt momenti, nec opitulabuntur Bald. in dicta leg. ſecunda, quem ſequuntur Feli. ubi ſupra, Imol. ubi ſupra Roman. & alij præallegati, & cum illis Afflict. deciſ. trigeſima Alexand. conſi. octogeſimotertio, libro quinto, Ioan. Bapt. Ferret. conſilio 147. numero ſeptimo, & 148. columna prima, Mandoſ. & Meno. ubi ſupra, & Gramatic. conſilio uigeſimoquinto, in ciuilib. qui addit notabilem conſiderationem, nam cum fuerit uarie altercatum inter doctores, ex his quæ dixit Bal. ubi ſupra, & eius ſequaces, an ſtante dicta promiſſione de non petendo abſolutionem a iuramento poſſit nihilo minus quis eam impetrare, dicentibus Bal. & eum ſequentibus in dictũ caſum non admitti quem ad petendam dictam abſolutionem, ſed tantum tunc poſſe implorari officium iudicis & ex illo officio obtineri iuramenti relaxationem, nihilominus dixit Grammat. ubi ſupra, quod ex clauſula omni meliori modo &c. & ex petitione facta, vt ſupplicantis indemnitati conſuleretur, quod intelli-
53 gitur imploratum officium iudicis, & omne remedium ex quo ſupplicanti poſſet eſſe conſultum, & ſic euitantur omnes opiniones, & ex inde cautela erit in omni petitione abſolutionis, in dicto caſu opponere illas clauſulas. dicit etiam quod iudices concedentes has abſolutiones aduertere debent, quod dictas & alias ſimiles clauſulas quæ in inſtrumentis regulariter appoſitæ reperiuntur ad impediendas has abſolutiones quod communiter apponuntur à notarijs, &
54 quod partes illa facilitate qua ſe obligant † apponant omnes illas clauſulas & quod propterea ſicut concedenda eſt abſolutio a iuramento ad effectum agendi, ita etiam debet concedi ab omnibus iſtis clauſulis, quæ ſunt aptæ impedire abſolutionem ex lege, finali.

§. idem

ſ. idemque ſicut, & ibi doct. ff. de condit. indebit. & unum aliud
55 addam conſideratione dignum, quod omnia prædicta † exprimenda ſunt, licet talia eſſent, quæ ſi expoſita forent adhuc non retraxiſſent abſoluentem ab abſolutione, idque conſtaret, ut quia aliàs ſolitus eſſet id concedere quando expreſſum fuerat, nec enim id uitium obreptionis euitaret, uel tolleret, per ea quæ notanter aduertit Crauett. cōſilio ſexageſimooctauo numero octouo ubi dicit quod illud quod
56 dicitur quod qualitas tacita quæ concedentem non extraxiſſet † quod non uitiat, procedit quando illa qualitas non erat in ſpecie exprimenda, tunc enim non expreſſa uitiat, non obſtante allegata conſideratione, citat text. in capitulo ſi motu proprio de præben. in ſexto & ibi gloſſ. pen. Felin. in capitulo ſuper literis, in prima limit. Socin. conſi. 169. libro ſecundo Neuizan. conſilio duodecimo, inter conſilia Albert. & Corne. conſilio duodecimo, nu. 12. li. 2. qui ampliat etiā quod taciturnitas eſſet de modico. Sed illud non modice eſt conſiderādum ſi inſtrumentum continet inter alia clauſulam ut non poſſit petere abſolutionem, uel obtenta non uti, quo caſu dictū eſt ſupra quod adhuc poterit petere quis abſolutionem ab illa promiſſione & obligatione de nō petendo uel per uiam petitionis abſolutionis, uel denuntiationis ut ſupra dixi, in conſi. 50. lib. 1. uel per clauſulas de quibus per Gram
57 mat. in d. conſi. 25. an tunc neceſſe † ſit ſeparatim primo petere relaxationem ab illo iuramento, & illa obtenta procedere poſtea ad petitionem alterius abſolutionis, an potius admittatur ut in una eademque petitione, utrunque petatur, quod eſt neceſſarium ſcire in actu practico, & profecto aduertendo ad doctrinam Bald. in d. repet. qui maxime mouit quæſtionem, uidetur dicendum quod ſeparatim & ordinatim petenda eſt una ante aliam, nam cum antequam fuerit abſolutus a iuramento de non petendo abſolutionem, non poſſit abſolutionem petere, quin in periurium incidat, cum ſtatim contrauenire dicatur, iam patet, quod ne incurratur periurium quod dictam abſolutionem prius obtinere debeat, & inde merito Bal. qd finis unius eſt origo alterius, & quod propterea ante finem primę abſolutionis, non ſit de alia tractandum, & hanc opinionem Bal. ſequuti ſunt Imol. & Felin. ubi ſupra, Ferret. ubi ſupra, Loffred. in alleg. conſi. 12. Alex. d. conſi. 83. li. 5. Rolan. d. conſi. 34. Afflict. d. deciſ. 220. Grammat. deciſ. 66. Soc. ſatis explicite d. conſi. 59. Riminal. Menoch. & Berous ubi ſupra, & ita uideretur tenendum & practicandum, & ex inde non recedendum, nihilominus illud diligenter aduerti quod dum dicti doct. tractant hanc materiam ubi erat huiuſmodi pactum particulare, ut non liceat de hoc petere abſolutionem, & in obtenta abſolutionē non fuerat mentio habita de illo pacto, non dicunt abſolutionem non opitu-

lari impetranti ſimpliciter, eo quod incidiſſent petentes in periurium, ſed dicunt eſſe obreptitiam quia non fecerunt mentionem de illo particulari pacto & promiſſione, & inde hoc firmant quod oportuit de illo in particulari fieri mentionem, adeo ut uideantur habere pro abſoluto quod ſi eſt facta mentio de hoc alio pacto particulari, & abſolutio ſit generalis, quod illa licet unica, operatur effectum ſuum, ita enim clare dixit Socin. in dicto conſilio quinquageſimonono, Roman. dicto conſilio 326. Afflict. ubi ſupra, & omnes alij præallegati, & ſatis explicite Rolandus, ubi ſupra & quot quot alij, qui omnes id habent pro abſoluto, quod ubi ſit clara mentio, quod ſatis eſt una abſolutio, & bene ſumitur ex Felin. in allegat. capitulo conſtitutus de reſcript. & ſecundum mentem iſtorum omnium uidetur conſulendum, quod ſi in ſupplicatione fuerit dictum qualiter conuenit ſeruare contenta in inſtrumento, & abſolutionem non petere, & impetrata, non uti, quæ omnia conuenit dolo inductus uel aliter cum grauiſſimo eius danno &c. & ſubdat quia iuramentum non debet eſſe uinculum iniquitatis; & quod propterea implorando officium iudicis, cuperet eius indemnitati prouideri, & dicta iuramenta relaxari & ab illis abſolutionem concedi ad effectum agendi & excipiendi, & ſequatur abſolutio à prædictis iuramentis, quod illa relaxatio & abſolutio licet ſimul & ſemel conceſſa quod debet opitulari, & ultra quod ſic in ſpecie dixit & declarauit Natta conſilio centeſimoſexageſimotertio, ita etiam uidi obſeruari in Curia Romana in abſolutionibus quæ Caietam allate fuerunt, & in diuerſis alijs Curijs, & uſus & practica, quæ eſt vera intellectrix legum ut ſupra dixi, ita uidentur declaraſſe, & admiſiſſe dictum Baldi, ut ſatis ſit eadem petitione hæc omnia petere, & utile exiſtimo addere hanc clauſulam in petitione conditio-
58 naliter † & ſucceſſiue, & poteſt confirmari, nam licet ante tempus creditor in diem agere non poſſet ut ſibi ante diem ſoluatur, nihilominus bene agitur de præſenti, ut ſoluatur in tempore, & ſic dum iſte petit abſolutionem ab alijs iuramentis, non uidetur petere vt tunc concedatur, ſed quando alia quæ præcedere debet conceſſa fuerit, faciunt etiam quæ dicam in aduerſario Reſtitutionem in integrum, nam ut ibi dicam, quoties quis impeditur agere ſine reſtitutione in integrum, & ea non expreſſe petita propoſuerit iura ſua in iudicio, cenſetur utique per prius reſtitutionem petijſſe, & inde ſucceſſiue quę expreſſe petijt, ut ibi dicam, & videtur hoc eſſe de ordine

ne naturæ ut dixit Baldus in leg. qui proprio. §. inde quæritur. ff. de procurat. ex quo illud notatur quod in materia ſtricta prout eſt mandati capitulo cum dilecta de reſcript. illud obſeruatur, vt ſi aliquid dictum ſit in materia reſciſſoria illud habet etiam lo-
59 cum in materia reſcindente, ordinatim & ſecundum † naturæ ordinem in quo prius de reſcindente agendum eſt, nec credo Bald. & ſequaces aliter intellexiſſe, licet non ſubueniat mihi in præſentiarum qui iſtud declaret, ſed ſatis eſt quod uſus admiſerit, & non longe differt à præmiſſis, illud quod adnotarunt Felin. in dicto capitulo primo, quod communiter teneri, dixit Bero. ubi ſupra, nam multi & fere omnes ſequuntur ut videre eſt apud
60 eum, quod in caſibus prædictis † deberet prius quis inſtare contra creditorem ſuum vt iuramentum relaxaret, & illo recuſante vel renuente tunc agendum eſſet coram iudice denuntiando, & ſic obtinere prouiſionem ſuper eius indemnitate. Hoc dictum, illud in primis aduerto, haberet locum in eo tantum caſu, in
61 quo ſecundum doctores quis non poſſet obſtante † pacto, petere abſolutionem uel relaxationem à iuramento, nam tunc parti non poſſet eſſe conſultum, niſi per uiam denuntiationis euangelicę, uideretur omnino neceſſaria illa obſeruatio ut prius pars requireretur, nam ita ſuos ordines habet denuntiatio euangelica, ut late notat. in capitulo nouit de iudicijs & per Archidiac. in capitulo ſi peccauerit ſecunda, quæſtione, prima, ſed quia ut iam dixi, hodie abſolutiones in omnibus prædictis caſibus conceduntur, & materia uidetur eſſe poſita extra obſeruationem euangelicæ denuntiationis, ideo non uidetur ullo modo neceſſaria, nec practicabilis illa obſeruatio, niſi quando deeſſent omnia alia remedia, per conſequens abſolutio locum habere non poſſet, præcipue quia ut iam ſupra dixi omnes iſtę clauſulæ apponi ſolent de conſuetudine notariorum, & inde facilius ſubueniri debet ut dixit Grammat. in dicto conſilio uigeſimoquinto, in ciuilib. Poſtremo duo alia breuiter adnotare libet in hac materia, unum quod
62 in ipſa proceditur † ſummarie ſimpliciter & de plano, ac leuato uelo, ut dixit Cardinal. in Clement. diſpendioſam, de iudicijs, & ſequitur qui refert Riminal. Iun. conſilio 202. in fin. & hoc intelligo quando parte citata conceditur ad finem agendi & exci-
63 piendi propter † modicum aut nullum præiudicium ut ſupra dixi, non autem quando ordinarie agitur ad finem reſcindendi contractum & ad plenum præiudicium, nam cum tunc de pleno præiudicio agitur non oportet agi de ſummario iudicio, ut infra dicam in ſequenti §. Aliud quod requiritur ad huc aliqua

qua

64 qua † cauſæ cognitio, ut dixerunt Anchar. conſi. 198. in princ. Pariſ. conſi. quadrageſimotertio, numero decimotertio, libr. 1. & Rimin. ubi ſupra num. 79. & licet ut Riminal. dixit præallegati doctores, & alij quos allegat uideantur concludere hanc cauſæ cognitionem in citatione partis; & inde uideretur dicendum quod ubi citatio partis non requiritur quod tunc etiam nulla requireretur cauſæ cognitio, tamen aduerto quod citatio partis, neceſſario concludit cauſæ cognitionem, & ideo pars citatur ut cauſæ cognitio ſuo ordine procedat, non tamen inde concluditur quod ubi citatio partis non requiritur, quod nec etiã cauſæ cognitio requiratur, nam in omnibus rebus in quibus iudex interuenit, cauſæ cognitio requiritur; iudici enim commiſſa eſt iuriſdictio, & authoritas iuriſdicendi ex probatis. l. 3. ff. de offic. præſid. Ve-
65 rum vna eſt cauſæ cognitio plena † alia uero non plena, & ita declarat glo. in l. voluit §. in illa ff. de interrogat. actio. Vnde ſemper uerũ erit dicere quod in actibus iudicum requiritur aliqua cauſæ cognitio, & ſi nulla adhibetur cauſæ cognitio, iudex perperam procedit; Vnde dico quod huiuſmodi abſolutio quæ conceditur etiam ad effectum agendi, debet habere aliquam cauſæ cognitionem, ſaltim enim conſiderari debet petitio & proſpici an ipſa abſolutio concedi debeat, cum ſint multi caſus in quibus concedi non debeat ut ſupra dixi & per exempla indicaui; Quid enim ſi petitio non concluderet, ita vt appareret quod dato quod omnia quæ exponuntur vera eſſent, ad huc abſolutio non opitularetur; vel quid ſi caſus eſſet vt abſolutio neceſſaria non foret? concedi minime deberet ut iam ſupra dixi: Vnde merito dixit Socin. in dict. conſil. quinquageſimonono, quod iu-
66 dex † qui abſolutionem concederet inſtrumento non uiſo, quod nulliter concederet: ex his patet quod requiritur aliqua cauſæ cognitio, vel ſaltem conſideratio: Et ex his infertur, quod ſi iudex aditus pro abſolutione, ſtatim ex abrupto & nulla conſideratione habita concederet ipſam abſolutionẽ, ſcripturis nõ viſis nec petitione cõſiderata, quod nulliter concederet, & ipſa abſolutio eſſet nulla, prout ſic in particulari dixit & conſiderauit Riminal. in dict. conſil. 203. numero octuageſimoquinto, allegando Socin. vbi ſupra numero decimoſexto, quod eſt notandum, nam vt plurimum iſtæ abſolutiones dantur ex abrupto per ſolum actuarium, ita ut conſultor tantummodo recipiat ius decreti, & illud ſubſcribat, & eſt peſſime factum: & uel ex hoc tantum eſt apprime laudabilis practica de
67 qua ſupra † quæ obſeruatur in Curia Epiſcopali Caietana, ut non dentur huiuſmodi abſolutiones parte non citata, nam tunc vel neceſſario adhibetur aliqua cauſæ cognitio, quod utinam vbique obſeruaretur, nam ultra quod ut ſupra dixi obuiaretur multis litibus,

non

non lacerarentur Curiæ Epiſcopales in tribunalibus ſecularibus, dum in illis impugnantur ordinariè omnes huiuſmodi abſolutiones: & ex his huic §.finem impono; nam de effectu abſolutionis, dicam in ſequenti; & quando adeſt clauſula habentes pro expreſſo, dicam in aduerſario clauſula.

§. TERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Si quis agat ſine abſolutione, vel cum abſolutione nulla, vel obreptitia, & parte non opponente fuit admiſſus ad iudicium: an id teneat vel potius ſit nullum & nu.ſeqq.*

2 *Aduerſus iuramentum ſuum quis admittendus non eſt etiam quòd pars taceat, cum allegaret quodammodo turpitudinem ſuam.*

3 *Hac exiſtente clauſula in inſtrumen.omnia in inſtrumen.contenta eſſe vera, uel ſimili: tunc quenquam non audiri etiam obtenta abſolutione, multi probarunt.*

4 *Quis non admittitur parte ſe opponente ad probandum contra iuramentum, & caſu quo fuiſſet admiſſus, probationes factas non ualere communiter concluditur.*

5 *Nam parte admiſſa, & factis probationibus iam eſt detectum periurium, & de eo cognitum.*

6 *Vbicunque eſt cognitum de aliqua exceptione iudex debet de ea iudicare, licet aliàs admitti non debuiſſet.*

7 *Si pars oppoſuit de iniuſtitia rei iudicatæ & fuit admiſſa alia parte tacente ad probandum, & iam conſtat de eius iniuſtitia, debet ſuper ea iudex iudicare, non obſtante exceptione rei iudicatæ.*

8 *Abſolutio efficit ut non obſtante periurij exceptione, quis admittatur.*

9 *Non obſtante periurij exceptione, omnio iudicandum eſt de cognitis, cum quis agit non obtenta obſolutione & pars tacet nec opponit.*

10 *Iuramentum abſque dubio a parte poteſt, & debet, parti relaxari.*

11 *Tacens in iudicio habetur pro conſentiente.*

12 *Si quis in præſentia teſtium non irato animo, neque per iniuriam aliquem repræhenderit de delicto & is taceat, conſentire videtur eſſe verum.*

13 *Illud idem facit indicium ad torturam.*

14 *Parte tacente, contra quam oppponitur de iuramento, cenſetur uerum eſſe: Sin contradicit, tunc obſeruandum eſt iurament. nec probationes contrà factæ ualent.*

Si

15 Si illam exceptionem reiecerit iudex procedendo ad ulteriora, an adhuc probationes admiſsæ, & parte reluctante facta non attendantur?

16 Id quomodo procedat per diſtinctiones cognoſcitur a perſona iudicis factas & numeris ſeqq.

21 In omnibus caſibus in quibus licet allegare periurium, in his debet admitti pars ad probandum.

22 Si pars excipit contra iuramentum, alteraque pars tacet contra quam id allegatur, an adhuc hæc quæ tacuit poſſit ſe opponere?

23 Id uero diſtingue ut hic & ſeqq. num. & uide etiam ſimilia num. 28. & 29. & 30. & 31. de exceptione facta ex interuallo a parte, quæ primo tacuerat.

32 Agitur de effectu ulteriori poſt conceſſam abſolutionem: & primum ſi pars contra quam fuiſſet conceſſa, poſtea appellaſſet, & pendente appellatione, num ille abſolutus citra periurij metum poſſit agere & iura ſua proponere? cum appellatio uel ſuſpendat uel extinguat iudicatum, & nu. ſeqq.

33 Sed tunc appellatio neque ſuſpendit neque extinguit iudicatum.

34 Abſolutus ab excommunicatione uel a iuramento poteſt agere & iura ſua proponere non obſtante alterius partis appellatione.

35 Conceſſa abſolutione parte non c[illegible]ta, an tunc requiratur alia abſolutio a iuram. ad effectum reſcindendi contractum, an illa prima ſufficiat? & nu. 36. 37.

38 Non perimit uires contractus abſolutio: neque ex illa abſolutione reſcinditur iam ſemel ualidus.

39 Duplex uinculum ex iurato contractu oritur, unum ex iuramento, alterum ex contractu: uinculo iuramenti ſublato remanet nihilominus alterum.

40 In tali materia aliquando in ſe ipſo nullus eſt contractus eo quod fuerit factus de re prohibita: tunc ſuſtinetur tantum propter iuramentum: quo irretito per abſolutionem libere agi poteſt contra ipſum contractum.

41 Vires autem contractus non tolluntur niſi probatis cauſis producentibus & concedentibus remedia quædam contra ipſum contractum.

42 Deficiente probatione illarum cauſarum, deficit & abſolutio, & iuramentum ſuas obtinet uires.

43 Deficiente ſimiliter illa probatione, poteſt etiam periurium incuſari.

44 Similiter inſtrumentum ſuam habebit exequutionem, uel obligatio quæ eſſet pœnes acta, nil opitulante abſolutione.

45 Niſi quòd debitor ac reus poterit eas opponere exceptiones, quas obſtante iuramento antea non poterat opponere.

46 Neque iudex Eccleſiaſticus qui conceſſit abſolutionem, non poterit inhibere ſeculari, quo minus inſtrum. uel obligationem exequatur.

In

47 *In tali.enim.& ſimilibus caſibus iudex Eccleſiaſticus non poteſt ſine cauſa cognitione inhibere iudici laico ne ſua utatur iuriſdictione.*

48 *Iudex Eccleſiaſticus non eſt laico ſuperior in illo caſu.in quo nec excommucatio teneret,ſed ſperni poſſet.*

49 *Id tamen non procederet quando iudex Eccleſiaſticus ex officio procederet ſuper inſtrumentum eo quod uel ſaperet uſurariam prauitatem, uel contineret aliquid illicitum.*

50 *Nam iudex Eccleſiaſticus ſtatim atque ſibi incipit conſtare de mala qualitate inſtrumenti, poterit inhibere iudici laico nedum tempore quo concedit abſolutionem, ut non exequatur, ſed antea etiam quando conſtare incipit.*

51 *Cautela autem eſt iudici inhibenti ut aſſerat in ipſa inhibitione ſibi conſtitiſſe uel conſtare.*

52 *Abſolutio conceſſa prædicto modo non impediet modo aliquo opponere exceptionem quod quis audiri non debet, allegans turpitudinem ſuam.*

ABſolutionis à iuramento effectus qui qualesúe ſint, quidúe operentur, in hoc aduerſario adnotabo, Vnde omiſſo effectu illo notario & claro de quo nemo dubitat, & qui in principio & ipſa fronte abſolutionis percipitur, & eſt ut quis in iudicio admittatur periurio non obſtante, in hoc ipſo principio uidendum eſt, ſi quis ſine abſolutione agat, uel cũ
1 abſolutione nulla, uel obreptia & parte nõ † opponente fuit admiſſus an iudicium teneat, uel potius ſit nullum, & an ſi quandocunque opponeretur, reddat iudicium nullum, uarie eſt controuerſum, nam ad-
2 uerſus iuramentum quem admitti non poſſe † etiam quod pars taceat cum allegaret quodammodo turpitudinem ſuam, dixerunt Butri.in c. cum contingat de iur.nume.16.Imol.in l.nemo poteſt col. 2.ubi Alexan.nu.16.Iaſon.nume.46.& alij.ff.de leg.1. & eſt communis opinio teſte Ripa ibidem nume.75.Gozad.conſi.28.num.6. & conſi.69.nu. 16.Grammat.deciſ.45.Socin.Iun.conſi.50.nume.3. lib.primo Natta conſi.145.nu.11.Beto.conſi.165.lib.2.deciſ.Pedemont.42.num.6. Curtius Iun.conſi.74.colum.3. & 108.nume.11.Rolan.à Valle qui hos & alios allegat.conſi.93.num.22.lib.1.qui dicit hanc eſſe magis ueram & communem opinionem, Afflict.deciſ.60. Ruin.conſil.132. lib.4.Neuizan.conſi.23.Anchara.regiens.quæſtio.47.par.1.& alij nõ nulli allegati per Riminal.Iun.conſi.62.colu.1.& in tantum hoc fuit comprobatum a multis, ut dixerint in caſu quo adeſſet in inſtrumen-
3 to clauſula † omnia in inſtrumento contenta eſſe uera, uel ſimiles, ut quis nõ audiatur etiam obtenta abſolutione ad effectum agendi, quic-

quid

quid ſit in alijs caſibus ut in alijs §. §. dictum fuit, prout ſic dixerunt Alexan.conſi.35.col.1.lib.1.Iaſon poſt Aretin. in d.l. nemo poteſt in lectur.1.nu.46.& non nulli alij allegati per eum, & ſi prædicta procederent parte tacente, prout etiam late probauit Menoch. conſilio 343. libro quarto, numero quadrageſimoſeptimo, ubi dicit, quando periurium eſt incurſum partis taciturnitatem non operari, multo magis & planius uidetur dicendum ut non audiatur parte reluctante & ſe opponente, nam in iſto caſu in illam concluſionem itum eſt communiter,
4 ut quis non admittatur † parte reluctante ad probandum contra iuramentum, & caſu quo fuiſſet admiſſus, quod probationes factę non ualeant, ita enim dixit Iaſon in l.patre furioſo nume. 19. uerſiculo ſecundo facit.ff.de his qui ſunt ſui uel alien.iur.Soc.conſi. 48.lib.4.Neuizan.dict.conſil. uigeſimotertio, numero undecimo, Menoch. allegat.conſil.uigeſimoquarto, nume.uigeſimooctauo, Anchara. regiens. dicta quæſtio.47.Rolan.Afflict.& Grammat.ubi ſupra,& quibus hęc uidetur eſſe communis opinio, ut parte reluctante quis admitti non debeat,& ſi fuerit admiſſus, quòd probationes nullius ſint roboris uel momenti.Sed quoniam ex his quæ ultimo loco dicta ſunt, illud uidetur adſumi, quod ſi quis fuerit admiſſus parte non reluctante, quod tunc poteſt audiri, & admitti contra iuramentum, eo quòd parte ad-
5 miſſa & factis probationibus † iã eſt detectum periurium, & de eo cõgnitum, & ex inde poteſt iam cognoſci de allegatis & probatis, cum non dicatur uere dicere contra iuramentum, ſed ut iudicetur ſuper cognitis Bald.& Salicet.in l.fin.C.de non num. pecun. Alexand.in allegat. l. nemo poteſt numero decimoſeptimo, in leg. Sæius & Augerius columna ultim. uerſiculo & uide etiam ff.ad leg.Falcidi.in conſilio octuageſimonono, nu. decimoquarto, uerſi. ad unum tamen lib. ſecundo, Socin.Iunior.conſilio 264.numero decimo, uerſicu.non obſtat lib.2.Iaſ.ubi ſupra in d.leg.patre furioſo Ruin. conſil. 142. libro primo, Natta conſilio 305.nu.9.lib.2.Pariſ.conſi. 53.nu.37.& conſil. 57.nume.91.lib.1.Ioan.de amic.conſi.33.num.39.& quadrageſimo, & Riminal. Iun.conſi.iam alleg. 62.nu. 32. Grammat. d.deciſ.89.& idem Grammat.in addit.ad deciſ.Afflict.60.ubi allegat. Felin. in capitulo tertio loco, de probat.in 3.fallent.& Bauer. in tract. de iura. quæſtio.ſexageſimaquarta, & ſequitur etiam Vrſil. in dicto deciſ. Afflict. & facit generalis concluſio quam affert Corne. conſilio 296. nume-
6 ro undecimo, libro tertio, quòd ubicunque eſt cognitum † de aliqua exceptione, quòd iudex debet de ea iudicare, licet aliàs admitti non debuiſſet, alleg.tex.in c.cum Bertoldus, de re iud.in quo apparet quòd licet de iuſtitia uel iniuſtitia ſententiæ diſputari non poſſit poſt rẽ iudi-
7 catam, nihilominus ſi pars de ea oppoſuit † & fuit alia parte tacente, admiſſa

admiſſa ad probandum, & iam conſtat de eius iniuſtitia, debet iudex ſuper iniuſtitia iudicare, non obſtante exceptione rei iudicatę, unde Socin. in d. conſilio quadrageſimooctauo, quem refert Riminal. ubi ſupra dicit, & bene aduertant illi cõtra quos opponitur huiuſmodi exceptio, ut opponant, contradicant, & non conſentiant, ne factis inde probationibus non poſſint amodo de periurio obijcere, & ſic ſtantibus prædictis aliqua animaduerſione opus eſt, ut omnia hæc ad certitudinem reducatur, & inde dico quod aut quis agit obtenta abſolutione a iuramento, aut ea non obtenta, ſi agit abſolutione obtenta, quæ in omnem caſum obtineri poteſt etiam in iuramento in quo quis iurauit omnia eſſe uera, ut iam probaui in alio aduerſario ſeu. §. & dubitationem probabilem non habet, ut dixit Riminal. ubi ſupra poſt numerũ trigeſimũprimum, & reprobat expreſſe contrariam opinionem
8 Vtſil. in dicta deciſ. Afflict. ſexageſima, & tunc † quia illa abſolutio operatur effectum ſuum, ut non obſtante periurij exceptione quis admittatur, igitur in illo caſu pars ne dum admittitur ad agendum, ſed ad proſequendam, & probandum de iuribus ſuis vſque ad ſententiam, merito ſiue pars opponat, ſe, & contradicat, ſiue non opponat nec contradicat, admittitur, & factis probationibus, & detecto iam periurio, & cognito de exceptionibus pronunciandum eſt, ut dicam clarius infra, & quod tunc nihil referat, contradicat uel non contradicat pars, expreſſe firmauit Riminal. ubi ſupra, aut quis agit non obtenta abſolutione, & tunc ſi pars tacet & nihil opponit, & iam ſunt factæ probationes, ex quibus de-
9 tectum eſt periurium & turpitudo † & tunc dico quod omnino iudicandum eſt de cognitis, non obſtante periurij exceptione, & vltra quod hæc opinio uidetur uera & communis, probatur iudicio meo concludenti ratione, nam non eſt aliquod dubium
10 quin † iuramentum a parte parti relaxari debeat ſeu poſſit, ad late notat. per Felin. & alios capitulo primo, & capitulo debitores de iureiur. & in capitulo cum contingat eo. titu. ſed tenens in iudicio
11 habetur † pro conſiſtente, ut in hiſce terminis probat Riminald. ubi ſupra in fine, merito ſi pars conſentire dicitur, de exceptione cognoſcatur, & de periurio ratio non habeatur, & ſic ſibi præiudicat, ad quod adduco id quod in fortioribus terminis conſiderauit & deduxit Iodocus damoud. in ſuo enchir. uel ſimili: in uerbo conſenſus non negando, ubi allegat. Angelus, in leg. generaliter in fine principio. C. de ſecundis nuptijs, dicentem
12 quod ſi quis in præſentia teſtium † non irato animo, neque per iniuriam aliquem reprehænderit de delicto, & ille tacet, non negat, nec excuſat ſe, conſentire uidetur, & concedere

uerum eſſe quod ſibi imponitur,& Hippo. in pract. §. diligenter uerſic.quæro etiam de notabil.dubio, & Carrer. in ſua praxi in rubric.de
13 iudicijs nu.28.qui illum dictum approbant † & facere indicium ſufficiens ad torturam dicunt, & ſic per prędicta concludendum eſt, qđ quoties aliquid opponitur contra iuramentum, & pars contra quam opponitur tacet,quod cenſetur uerum eſſe, & ita expreſſe confiteri illud quod contra iuramentum opponitur,aut uero pars opponit & cō-
14 tradicit,& ſic non † conſentit tacite uerum eſſe quod opponitur & in iſto caſu obſeruandum eſt iuramentum, & probationes ita factę,parte opponente,non ſunt alicuius roboris uel momenti, & ita concludunt communiter doctores ſupra allegati, & ſic fuiſſe deciſum dicunt Grāmat.in duobus locis,& aliqui ex præallegatis, ſed in hoc adhuc aliqua animaduerſione opus eſt, quid enim ſi fuerit hæc exceptio oppoſita,
15 & iudex eam reiecerit procedendo ad ulteriora † an adhuc procedant quæ ſupra dicta ſunt, ut probationes admiſſæ, & parte reluctante factæ,non attendantur,& nihil proſint, & in hoc dico aduertendum eſſe,quod ſi iudex expreſſe reięcerit exceptionem & pars acquieuit non
16 appellando,quod tunc perinde eſt ac ſi dictā † exceptionē non oppoſuit,ſed cōſenſiſſet,& ſic probationes factę quę periuriū detexerunt faciūt ut de eo cognoſcatur; & cōſequēter exceptio non obſtet, aut uero
17 † tacite reiecit procedēdo ad ulteriora,& tūc aut appoſuit clauſulā,exceptionibus oppoſitis ad merita reſeruatis, & tunc uirtualiter non cenſentur reiectæ ſed in fine cauſę proſpiciendum erit quid tunc agendū erit, & ſi legitime conſtiterit de periurio,reijcientur, & obſtabit exceptio,aliàs ſecus, nam ita eſt natura dictæ reſeruationis Bart. in leg.ille à quo §.ſi de teſtamento nu.5.ff.ad Trebell.glo. in ca.cum contingat, de offic.delegat.Iaſon in §.præterea nume.58.de action.Iaſon.Ancha. quæſtio.29.parte.2.& Carroc.in repetit.c.cum quid parte.2.cap.ad ſeptimum nu.10.fol.in paru.144.aut proceſſit ſimpliciter nulla reſerua
18 tione facta,& tunc aut adhibuit cauſę † cognitionem,& cenſetur reieciſſe,& ex inde ſi non appelletur pręiudicat,& probationes receptæ facient effectum ſuum, ita ut quaſi detecto periurio de eo cognoſcatur ad notat per Bart.& alios in l.a procedente.C. de iudic.per Paul.in l.fi. ff.ſi cert.pet.Feli.& alios in c.ſuborta de re iudic.aut non adhibuit cau
19 ſæ cognitionem,ſed ex abrupto † proceſſit,& tunc licet Corn.in cōſi. 81.nume.10.cum ſequen.lib.4.dicat quod adhuc cenſeatur reieciſſe, ita ut ſi non appelletur quod probationes factæ,& acta ſequuta ſint ualida,& uideatur aſſerere hanc eſſe communem opinionem, nihilominus magis communis opinio uidetur eſſe in contrarium, ut quando ſine cauſæ cognitione procedit, quod tunc non cenſeatur reieciſſe,& proinde factæ probationes, parte opponente, ſunt nullius roboris &

momen-

momenti,ut late concludit Berous in conſilio trigeſimoquarto, libro
tertio,& ibi docet quando dicatur adhibita cauſæ cognitio,& quando
non, & quia de hac quæſtione dicā in aduerſario iudex procedendo,
& in aduerſario competentia, ideo in hoc tantū dixiſſe ſufficiat quod
Menochi. in dicto conſilio 24. numero 29. approbat in particulari il-
lam opinionem,quod ſi iudex cauſa non cognita, dum eſſet oppoſita
exceptio periurij,proceſſerit ad ulteriora, quod non cenſetur illam re-
ieciſſe,ſed probationes tunc factę ſint nullę,& propterea non poſſet di
ci ex probationibus periurium detectum eſſe imò fortius dicit, periu-
20 rij exceptionem nunquam cenſeri † reiectam per proceſſum ad ulte-
riora Iaſonem allegat conſi.100.in fi.& conſi.105. nu.5.lib.1.& Feli.
in allegat.c.ſuborta.nu.9.& ſic uides quomodo hæc materia practica-
tur,& quomodo ſemper utile erit reclamare, appellare,opponere, &
nunquam quieſcere.

Non omittam tn̄ vnum aliud cōſideratione dignū, qd ponderauit
idē Rimi.ubi ſupra nu.33.uerſ.quorū rationes: ꝙ in omnibus caſibus
in quibus licet allegare turpitudinē ſuam,& periurium, de quibus qui
21 ſint,dicam infra in aduerſario turpitudinem † quod in his omnibus
pars debet admitti ad probandum,ita ut probationes factę ualidę ſint,
& de iure ſubſiſtant, & detegant turpitudinem & periurium , ſiue
pars taceat,ſiue reſiſtat,ſiue opponat & contradicat, ſiue nō,nam cum
lex admittat huiuſmodi allegationem, admittit etiam probationem,
cum alioquin fruſtatoria eſſet illa facultas allegandi turpitudinem niſi
illam probare poſſet,& tunc conſenſus partis nihil operatur uel diſſen
ſus,cum lex id permittat, & parte inuita, allegat apoſtillat. ad conſilio
Alexand. 36.vol.2.& dicit ita ſentire Bald.in repet.l.2.ff.de iureiur.nu
mero 35.Felin.in cap.debitores in fine, de iureiur.& Crotum in alle-
gat.leg.nemo poteſt,quod puto ueriſſimum in caſibus prædictis, ubi
quis admittatur ad allegandum turpitudinem:ſed illud uidetur dubi-
tationem facere,ſi quis agit uel excipit cōtra iuramētū,allegādo aliquā
cauſam ex qua prætēdat iuramentū non tenere, nec eſſe obligatoriū,&
proinde ſibi licuiſſe,& licere contra iuramentum ſe tueri, & offerat il-
lud probare,& pars contra quā hoc allegatur, tacet; adeo ut ipſa tacēte
22 fuerit datus terminus ad hoc probandū † an adhuc illa pars quæ ta-
cuit, poſſit ſe opponere & dicere obſtare exceptionem periurij,& pe-
tere quod non procedatur ad ulteriora, & ſic impedire probationem
faciendam,ad hoc ne detegatur periurium , & proinde non poſſit po-
ſtea impedire quin de eo decidatur:ſecundum præmiſſa, Aſſumo do-
ctrinā Innoc.in c.cōſtitutus de reſcript. qui dicit qd aut iuramētū reſpi
cit principiū litis,aut reſpicit cauſam,gratiā,uel ſubſtātiam actus,ponit
23 exemplū,promiſit quis aliquē † in iudicio nō uocare, uel quid ſimile

quod conuenit litis exordium, & tunc periurij exceptio, tanquã mere dilatoria, debet, opponi in ipſo ẽt litis exordio, adeo ut de cętero lite cõteſtata nõ admittatur, uel ſi promiſſit aliquẽ nõ moleſtare vel quid ſimile, & tunc quia moleſtia ne dum infertur ante litem conteſtatã, ſed etiam poſtea uſque ad diffinitiuam ſententiã, & tunc illa exceptio periurij non eſt dilatoria, ſed mere & uere peremptoria, & ſic poteſt quãdocunque opponi, & in quacunque parte iudicij, & hanc theoricam reaſſumit in ſpecie Loffred. in conſi. 12. nu. 35. uerſi. præterea, qui etiã adducit in hanc materiam, theoricam Antonij de Butrio in c. excõmu-
24 nicationẽ; de exceptio. 4. col. verſi. fallit ſecundo qđ † quãdo exceptio habeat cauſam ſucceſſiuã, uel quæ quotidie continuatur, tunc quãdocũq; poteſt opponi, dat exemplũ in exceptione qđ quis non audiatur uel non trahatur, nam propter tractum ſucceſſiuum & perſeuerantiam continuam, poteſt in qualibet parte iudicij opponi, quod ſequitur ibi dñ Imol. col. 2. qui ponit exemplum in ſtatuto quod banniti nõ audiãtur, nam dicit quoties petunt audiri, toties oritur exceptio etiam poſt litem conteſtatam, & ſic ſemper opponi poterit, ſequitur Felin. in cap. accedens el 2. ut lite non conteſtata, & Iaſ. in l. ita demum col. 7. de procur. addit etiam aliã rationẽ, quod ubi imminet periculum animarum
25 poteſt opponi dilatoria in quacunq; parte † iudicij, ut notat Imol. in d. c. excõmunicationem in 2. notab. & ſecundum prædicta cõcludit Loffred. vbi ſupra quod periurij exceptio, nedum ante litẽ cõteſtatã ꝓpo-
26 ni † põt, ſed ẽt quandocunq; uſq; ad ſententiam, & ex iſtis dictis illud uidetur inferendum, quod ſi quis iurauerit non impetrare abſolutionem a iuramento, & deinde ipſam impetrauit & agat, quod huiuſmodi exceptio eſſet opponenda à principio, adeo ut poſtea opponi nõ
27 poſſet, ſed ſi etiã † conuenerit & promiſerit impetrata non uti, tunc quandocunque opponi poterit, nam habet tractum ſucceſſiuũ, & dũ utitur, quandocunque oritur exceptio ſecundum præmiſſa, & hinc poſſet dubitari, ſi quis promiſerit obſeruare contractum & omnia in eo contenta, & non petere abſolutionem à iuramento, & deinde impetrauerit non facta mentione quod iurauerat non petere abſolutionem, quo caſu ut iam ſupra dixi abſolutio non opitulabatur, eo quia nulla facta erat abſolutio à iuramento de non petendo abſolutionem, quod ſi tunc aliquis præſentaret in iudicio illam abſolutionem, & ſibi nihil
28 opponeretur, an poſſet tunc ex interuallo † de periurio opponi, & uidebatur dicendum quod non, nam à reliquis iuramentis aderat abſolutio, quo autem ad iſtud opponi non poterat niſi à principio, ergo perinde eſt ac ſi non obſtaret, nam paria ſunt aliquid non obſtare, uel de obſtantia opponi non poſſe, ad notat. per gloſſ. in leg. qui habebat ff. de manumiſſ. teſtam. & gloſſ. quam omnes allegant

in

in l. 1. ff. quod quiſque iur. ubi Deci. de communi, & latiſſime dixi in commenta. ſtatut. Ciuitatis Caietę ſtatut. 1. lib. 1. nu. 3. Attamen contrarium dico non quia illa exceptio poſſit quandocunque opponi nec ex rationibus deſuper allegatis, ſed quia ut dixi ſupra ex Bal. & alijs finis illius abſolutionis eſt origo aliarum, adeo ut alię oriri non poſſint, & ſic non cōpetere, & quia etiam alię fuiſſent obreptitię, & ſic nullæ, & ita potius opponitur contra alias, contra quas ſemper opponi poſſe dixi, quam contra illam. Et ex prædictis uidetur decidi propoſitum dubium quod ante probationes admiſſas, & ſic ante detectum periurium, quod poſſit illa exceptio opponi, & quod oppoſita adhuc impediat proceſſum ad ulteriora, ſecus autem ſi probationes eſſent admiſſę & per eas de periurio conſtaret, tunc enim illa exceptio non admitteretur, non quia de ſui natura admitti nō poſſet, ſed quia detecto iā periurio de eo cognoſcendum & iudicandum eſſet ſecundum præmiſſa,
29 & hinc ſi per ſcripturas in promptu † vel aliter ante factas probationes de periurio cōſtaret, uel aliter detectum eſſet, tunc etiam illa exceptio nō admitteretur ex eadē ratione quia de periurio cōſtaret, ut ſumitur ex doctis Soc. in ſæpius alleg. conſi. 59. & multū appoſite ponderauit Neuiz. alleg. cōſi. 21. cum ſeq. ut ſupra iam dixi, imò amplius Rom. ubi ſupra nu. 31. dicit quod cum periuriū eſt detectū, quod præcipue cōtingit in iuramēto de præterito, ut quia allegatū fuerat omnia & ſingula eſſe uera, ne dum per ueras probationes, ſed ēt per iuris præſum-
30 ptiones, quod adhuc † ſatis eſt, & exceptio non obſtat, imò de periurio cognoſcit. allegat Ruin. in alleg. conſi. 132. ex quo ultimo d. deueni in aliquā cōſiderationē ex his quę ſupra dixi, quod vbi quis uult admitti cōtra iuramētū, & allegauerit aliquas cauſas quas probare obtulit, & pars tacet & nihil opponit, quod tunc inſurgit iuris præſumptio & quidem ſatis urgens, ut ille tacito quodā modo confiteatur uera eſſe quæ opponuntur ut ſupra iā dixi. Cū ergo ſit præſemptio legis de piurio, quod ſit certo modo detectum, illud uideretur ſequens eſſe, ut ille amodo non admitteretur ad excipiendum de iuramento, etiam quod probationes non fuiſſent admiſſę, ſed dico quod ille qui tacuit uidetur conſenſiſſe illa uera eſſe ſi probarētur, poſtquam probari offerebantur tacite uel expreſſe, & ideo ille conſenſus & tacita confeſſio non operetur niſi ad illum effectum ad quem facta eſt, ita enim dicitur etiam in confeſſione explicita, ut dicam in aduerſario confeſſio etiam iudicialis, & ſic ultra illum effectum nil operatur, iſta itaque taciturni-
31 tas operatur ut aſſumantur probationes, & ex fine illarum † proſpicere, quid ſit agendum & non ante nec aliter, & ſic interim non operatur & ſi conſideratio facta procederet, utique nulla alia requireretur probatio, quod eſt omnino falſum.

Sequitur diſpicere de ulteriori effectu, pone enim per Epiſcopum
uel eius uicarium conceſſam fuiſſe abſolutionem ad effectum agendi
uel excipiendi,& pars contra quam fuit conceſſa, uel quia fuiſſet cita-
ta,uel quia aliàs habuiſſet notitiam de decreto prædicto, ab illo appel-
32 laſſet † quæritur numquid appellatione pendente, poſſit ille abſolu-
tus citra periurij metum agere, & excipere, & iura ſua proponere: &
in hoc breuiter dicas quod licet appellatio uel ſuſpendat uel extinguat
iudicatum ſecundum uarias conſiderationes ut per Felin. late in rubr.
de appellat.nihilominus limitatur hæc concluſio ut non procedat ubi
agitur de ligamine animę,tunc enim ut anima remaneat ſoluta illo uin
culo quo ligata erat, & minori tempore prout fieri poteſt ligata, cum
peccata quanto diutius infelicem animam detinent alligatam ſint gra-
33 uiora.c.fin.de conſuetudin. † tunc appellatio neque ſuſpendit neque
extinguit iudicatum,ita limitat Felin.ubi ſupra ex doctrina Angel.in l.
furti. ff. de his qui notant. infam. ex cuius doctrina Curtius Senior in
conſil. uigeſimotertio, dixit quod abſolutus ab excommunicatione
poterit agere, non obſtante quod pars ab abſolutione appellaſſet, &
propterea pluries in practica obtinuiſſe dicit Cæſar Vrſill. in deciſ. Af-
34 flict. 188. in fine † quod abſolutus ab excommunicatione, uel à iura-
mento agere poterit, & iura ſua proponere non obſtante quod altera
pars appellaſſet,& appellatio penderet, fuit admiſſa pars ad probandũ
& probauit quæ allegauit, nam niſi in iudicio ordinario probaret in-
tentionem ſuam,utique nihil ageret, & abſolutio ſic obtenta non opi-
tularetur, ut concludit Paul.de Caſtr. & alij allegati in præcedentibus
§§.qui tenent opinionẽ quod abſolutio concedi poſſit parte non cita-
35 ta, an tunc † requiratur alia abſolutio à iuramento, ad effectum re-
ſcindendi contractum, an illa prima ſufficiat, & Feli. qui rem ex pro-
poſito examinat in allegat.capitulo primo,& capitulo debitores de iu
reiur. dicit tutius eſſe ut iterum concedatur alia abſolutio, nam prima
fuit limitata ad effectum agendi & excipiendi, & propterea limitatum
effectum producere debet, & ſic immediate quod quis fuit admiſſus
ad agendum & excipiendum, & egit & excepit iam conſumpſit uires
abſolutionis, & ſic ſine alia uidetur quod nõ poſſit reſcindere uires cõ
tractus, & in hanc opinionem quam alijs rationibus comprobat, uide
tur inclinare Aymo. Crauet. conſilio ſeptimo, numero 7.cum ſequẽ.
& ita fuiſſe deciſũ dixit Per.beninte.in deciſ. 14. rotæ bononi.& in hãc
etiam inclinare uidetur Bero.conſi. 50.num. ſeptuageſimaquinto,lib.
primo,& ita etiam tutius eſſe dixit Coua.lib.1.pract.reſolutio.c.4.nu.
6.verſic. è contrario autem, & in hanc opinionem etiã inclinare uide-
tur Guid.pap.quæſtio. 225.ubi dicit quod debet pars uocari, & tunc
in cõtumaciã poteſt obtineri, ſed quod deinde iterũ in probationibus

eſt

eſt citandus,& quod ſi aliter concedatur uel appareat ſine cauſæ cognitione conceſſam eſſe,vel ex temporis breuitate, quod erit nulla, & ſic apparet tractari de duplici abſolutione prout etiam dixit Oldrad.cõſi. 120.& omnes qui diſtinguunt in hac materia, dicentes in una abſolutione non requiri partis citationem, in alia uero requiri, nihilominus quicquid dicant iſti doctores quod tutius ſit, illa ſecunda abſolutio non eſt neceſſaria, ut dixit Couarr. vbi ſupra nam illa prima abſolutio repletur ex ſequentibus probationibus, ita ut tunc extendat effectum ſuum, & operetur reſciſſionem contractus ſine alia noua abſolutione, & ita in ſacro conſilio fuiſſe deciſum ex ſollemni conſilio Pauli de Caſtro de quo ſupra, dixit Afflict. deciſio. 322. numero duodecimo, quem ſequitur ibi Vrſill. Natta cõſilio 167. numero uigeſimoquarto, libro primo, & omnes allegati deſuper in §. præceden. qui ſequuti ſunt Paul. de Caſtr. in allegat. con
36 ſilio quod concedenda eſt abſolutio ſine † parte citata, ita uſus obtinuit & in practica obſeruatur, ut dicta abſolutio proſit ad obtinendũ reſciſſionem contractus uel liberationem ab obligatione licet expreſſe
37 aliud petitum non fuiſſet niſi iuramenti plenam † relaxationem, ut optime probat Natta in d.conſ.166.nu.24. qui multum no.abiliter loquitur. non tamẽ credas abſolutionem hanc perimere uires cõtractus,
38 nam † contractus ſemel ualidus, uel etiam iuramento confirmatus nõ reſcinditur ex illa abſolutione, imò remanet prout prius erat in ſuo robore Corne.conſi.6.& conſi.180.lib.1.& in alijs locis propemodũ multis allegatis per Crauett.in allegat.conſilio.7.& ad nauſeam uſque Becci.conſi.62.& Natta, ubi ſupra, qui inter alias illam affert rationem
39 nam cum oriatur duplex uinculum, unum ex † iuramento, unum uero ex contractu, ſi illud quod ex iuramento prouenit fuerit ſublatum remanet alterum in ſuo robore ex contractu, quod nullatenus apparet ſublatum, uide Natt.& Becc.ubi ſupra,& Menoch.in d.conſi.24.& ſic eſt aduertendum in hac materia quod aliquando contractus eſt in
40 ſe ipſo iure nullus † eo quia factus de re prohibita, et tunc ſubſtinetur tantum propter iuramentum cui contrauenire non licet, ut in c.debito res de iureiur. & tunc quia contractus non producebat ex ſe aliquod uinculum, merito ſi tunc ſublato uinculo iuramenti, libere poteſt agi contra contractum, qui nullum uinculum iniecerat, alioquin uero contractus eſt ualidus ex ſe, & producit uinculum, uel etiam licet in ſe non ſit ualidus, tamen firmatur iuramento: uerum contra illum contractum competunt aliquę exceptiones uel aliqua remedia ad illum reſcindendum, moderandum uel annullandum, quæ opponi nõ poterant uel proponi obſtante iuramento, & tunc ſublato iuramento
41 non tolluntur † uires contractus niſi probatis cauſis producẽtibus uel

concedentibus dicta remedia, ponunt exemplum de contractu metu facto, qui quidem contractus mero iure ualet & tenet, etiam firmatur iuramento, uerum contra illum datur actio ad reſcindendum tanquam metu geſtum, tunc ſi fuerit petita abſolutio à iuramento ad effectum prædictum proponendi dictam actionem & remedia, & expreſſum de metu, & fuerit conceſſa dicta abſolutio, tunc ad huc contractus remanet ualidus & firmus, niſi de cauſis allegatis fuerit probatum, quia ſublato uinculo iuramenti, remanet uinculum contractus & uires eius, niſi illa abſolutio fuerit repleta ex probationibus poſtea factis, ut optime deſumit. ex allegatis & deductis per eundem Corne. Menochi. Natt. & Crauett. ubi ſupra, nam tunc factis probationibus, competunt illa remedia quæ vel reſcindunt uel infringunt contractum, uel aliter proſunt probationibus ſecundum eorum intentionem, perinde ac ſi iuramentum nunquam adfuiſſet, Deci. ubi ſcilicet & alij quos allegat, & ſi in proba-
42 tione defecerit † tunc illa abſolutio in nihilum prodeſt, & eſt perinde ac ſi non fuiſſet abſolutus, & iuramentum recepit uires ſuas, ita & taliter vt operetur omnes effectus, quos poterat ante dictam abſolu-
43 tionem † adeo ut ne dum poſſit de iuramento excipi, † ſed etiam periurium incuſari, ut prius poterat Bald. & Imol. in l. hac ſcriptura. ff. de condit. & demonſtr. ut bene declarat Natta. in d. conſi. 166. col. fin. & Couar. ubi ſupra c. 4. numer. 6. & ſumitur etiam ex Menoch. & ex hoc quod dictum eſt quod abſolutiones præſtita modo prædicto ad effectum agendi, non perimant nec ſuſpendant vires contractus præcedentis ante factas probationes, ſequitur quod ſi inſtrumentum à quo fuit petita & obtenta abſolutio præparatoria ad effectum agendi habebat
44 exequutionem paratam ex forma ſtatutorum, uel eſſet obligatio pœnes acta, quæ etiam habet paratam exequutionem, quod adhuc non obſtante dicta abſolutione, ante tamen probationes, habebunt eandẽ exequutionem & debitor poterit carcerari & retineri, & abſolutio non
45 opitulabitur † niſi quod poterit opponere exceptiones quas obſtante iuramento antea opponere non poterat, & ſi illas probabit obtinebit, alioquin minime, uerum interim patietur exequutionem ſecundum præmiſſa, & iudex Eccleſiaſticus qui abſolutionem concedit d. modo,
46 non poterit inhibere ſeculari † quo minus inſtrumentum uel obligationem exequatur, cum non innitatur uinculo iuramenti ſed uinculo inſtrumenti & obligationis quod uiget & uires habet prout ante abſolutionem, & ita ſumitur ex deductis per Afflict. deciſ. 30. & 31. & faciunt quæ deduxit Alc. conſi. 83. li. 5. & conſi. 9. lib. 4. allegauit Gram. in addit. ad Afflict. ubi ſupra, & quãuis deciſiones prædicte loquantur. ubi lis pendet ſuper abſolutione à iuramento, ita ut contrariũ uideatur

tur

tur innuere quando iam eſſet conceſſa abſolutio, nihilominus quæ in illis continentur habent etiam locum quando abſolutio conceſſa eſſet ad effectum agendi & excipiendi, probationibus non factis, nam mili tat eadem ratio, quia ut ſupra dictum eſt, abſolutio non impedit uires contractus inſtrumenti, uel iuramenti, ſed tantum uinculum iuramenti, & propterea non impeditetur exequutio ex illa abſolutione, & ita bene & optime declarat Vrſill. in d. deciſ. trigeſimaprima, & ideo in illis declarationibus fiebat mentio tantum de litis pendentia, quia in illis non agebatur ſimpliciter ad effectum agendi uel excipiendi, ſed ad effectum reſcindendi vel declarandi contractus illicitos & uſurarios, quo caſu coram Eccleſiaſtico citata parte aſſumuntur probationes, ut ſupra ſæpius eſt adnotatum, & propterea non procederent quando iam eſſet conceſſa abſolutio ad effectum reſcindendi, nam cum tunc uires contractus eſſent euacuatæ & ſublatæ, merito ſi tunc non poſſet amodo tractari de exequutione, & quod dictæ deciſiones procedant in dictis terminis, manifeſtius patet, nam Afflict. in deciſ. 220. ut iam dixi, concludit abſolutionem ad effectum agendi, concedi ſine aliqua partis citatione, & ſic quaſi ſtatim & in continenti, & inde male poſſet conſiderari aliqua pendentia litis, & propterea ſatis concluditur quod inſtrumenta liquida, uel obligationes magnę Curię quæ aliàs ſine iuramento habebant exequutionem paratam, quod adhuc ita habebunt, dato quod fuerit cōceſſa abſolutio ad finem agendi & excipiendi, Imò fortius dico quod ſi iudex Eccleſiaſticus ãditus, ſuper abſolutione a iuramento ad effectum agendi, qui illam concedit parte non citata, ſi in ipſa abſolutione inhibuerit iudici laico quod non exequeretur obligationem uel inſtrumentum, quod adhuc iudex laicus poſſet exequi, & ſpernere illam inhibitionem cum non
47 poſſit † in ſimilibus iudex Eccleſiaſticus ſine cauſæ cognitione in-
48 hibere iudici laico ne ſua iuriſdictione † utatur cum non ſit illius ſuperior in illo caſu, nec excommunicatio teneret in illo caſu, ſed illa ſperni poſſet, ad notat. per Abb. in capitulo tuam, de ordin. cognit. Aretin. conſilio uigeſimo, conſilio trigeſimotertio, & conſilio ſeptuageſimoquinto, Iaſon in leg. nec quicquid. §. ubi decretum columna ſeptima, ff. de proconſ. & Marin. Frec. in tract. de prę ſentatio. inſtrument. part. nona, quæſtio. decimatertia ubi ex mente
49 aliorum limitat non procedere † quando iudex Eccleſiaſticus ex officio inquireret ſuper inſtrumento, eo quod vel ſaperet uſurariam prauitatem, uel contineret aliquid illicitum, nam tunc poſſet inhibere, & ex his poteſt uideri quanta ſit utilitas etiam in actu practico, ultra alias allegatas in præcedentib. §§. quod abſolutiones à iuramento non concedantur niſi parte citata, nam tunc cum detur breuis terminus ad probandum allegata, uel dicitur quod capiatur

15 *Iudex nedum ex officio poteſt hoc facere, ſed etiam ad inſtantiam partis.*
16 *Procedunt prædicta in iuramento quod ciuiliter obligauit, & ſic ſpiritualitatem non habet.*
17 *Vbi ſpiritualium cognitio contingit circa materiam iuris, indiſtincte cognitio pertinet ad Eccleſiaſticum: ſin cognitio eſt circa factum, tunc cognoſcit etiam laicus.*
18 *Sub hac concluſione caſus, & exempla ponuntur & num. 19. 20. 21. 22. 23. 24.*
25 *Tenet illa concluſio in contractu ſimulationis, quæ dicitur nihil agentium: non autem ſimulationis quæ dicitur aliquid agentium.*
26 *Simili modo ſi ageretur ſuper iuramento aſſertorio de præterito, & conſtaret de falſitate eius. & nu. ſeq.*
28 *Data fictione & ſimulatione indiſtincte contractus eſt nullus, & iuramentum non obligat.*
29 *Epiſcopus uel alius prælatus qui abſolutionem concedere habet, an debeat eſſe ordinarius petentis abſolutionem, an illius contra quem petitur? & num. 30. & ſeqq.*
30 *An ſi reus originalis ſuper aliqua exceptione ſibi competēti uel iure uocat actorem in iudicio, eum uocare debeat coram iudice ipſius rei qui nunc agit, an coram iudice actoris ipſius qui nunc dicitur reus? Et num. 31. de excommunicato & bannito.*
32 *Actor ſequitur forum rei, eſt communis regula.*
33 *Sed contra tenetur communiter, ut ad dignoſcendum an ſit quis actor uel reus, quòd debet attendi origo rei & cauſæ.*
34 *Illa origine obtenta iudicari poteſt quis actor ſit uel reus: non attento qui prius prouocet ad iudicium uel non.*
35 *Abſolutio a iuram. peti debet ab eo Epiſcopo coram quo conueniri quis potuiſſet ad obſeruantiam eius: Et ſic coram Epiſcopo illius qui illam petit.*
36 *Exterus contrahens in ciuitate utputa Caietæ appoſito iuramento ad eo ut in illa ciuitate conueniri poſſet, tunc etiam iſte poſſet ab Epiſcopo Caietano petere abſol. a iuramento.*
37 *Similiter ſi exterus alibi contraxiſſet, & deinde Caietæ domicilium contraxiſſet, ab eodem Epiſcopo Caietæ petere poſſet abſolut. a iuram.*
38 *Id procedit nedum ſi petatur abſolutio ad effectum excipiendi, ſed etiam ad effectum agendi.*
30 *Id ipſum procedit omnibus modis in quibus quis ſortiretur forū adeo ut ibidem conueniri poſſet, ut ſemper eodem in loco abſolut. petere poſſet.*
40 *Excommunicatis & bannitis non ſunt aperta tribunalia in omnibus caſibus ubi ſunt rei, ſed tantum ubi ſunt rei neceſſarij ita ut iudicium euitare non poſſint.*

Eadem

41 *Eadem eſt ratio in liberto reo uocato a patrono in iudicium. & nu.42.*

43 *Qui eſt originarius loci & tranſtulit ad alium locum domicilium, a quo Epiſcopo debeat abſolut. petere a iuram.*

44 *Quando quis reperitur in foro originis quod non mutatur, ibidem quidem conueniri poteſt: ſed quid ſi pro momento ibidem reperiatur, & ex quacunque cauſa?*

45 *Qui conſtituto alibi domicilio ad locum originis accedit ea intentione, ut ab Epiſcopo illo abſolutionem petat, ei non prodeſt affectata illa præſentia.*

46 *Epiſcopus aditus pro abſolutione iur. præparante cauſam, an ille idem deberet eſſe iudex in cauſa ipſa principali?*

47 *Iuramentum addit forum foro: id intelligitur in fauorem eius qui inſtat agendo pro obſeruatione iuramenti, & quoties agitur de uinculo ſpirituali.*

48 *Conceſſa abſolutione cum agitur de uiribus contractus & de re mere ciuili, iudex Eccleſiaſticus non poteſt ſe intromittere.*

49 *Iudex ſecularis, coram quo abſolutio præſentatur, poteſt de uiribus eius cognoſcere, & de obreptione, & ſubreptione.*

ABſolutionis a iuramento quis ſit iudex competens in hoc
§. ponam; unde dico quod duæ ſunt inſpectiones, una
1 ex parte antecedenti, alia ex parte conſequenti † hoc eſt
ante conceſſam abſolutionem, ut quis ſuper illa prouidere
poſſit, alia poſt ipſam conceſſam quis de ea cognoſcat,
& ſucceſſiue de negotio principali; & quoad primum de Papa nõ
eſt dubitandum, & de cuius poteſtate nihil eſt dicendum; remitto te
ad doctores in allegat. cap. 1. & c. debitores, & cap. cum contingat
de iureiur. Verum in hoc illud tantum aduertam quod aliquando ita
2 † Summus Pontifex eſt iudex in hac cauſa, ut nullus alius eſſe poſſit, ut
puta quando periurium eſt incurſum; tunc enim nemo præter Papã
abſolutionem concedit, ut in magno pœnitentiario dixit Bero. d. conſ.
50. num. 74. lib. 1. & de ipſo loquitur Grammat. d. deciſ. 66. & de
legato de latere loquitur Riminal. Iun. d. conſi. 203. numer. 77. &
3 in Epiſcopo omnes ſine dubitatione † conſentiunt ut in locis iam ſupra
allegatis, & per doctores quos in hoc citat Riminal. ubi ſupra, &
ego allegaui in præcedentibus dum de periurio incurſo tractaui; imo
uoluerunt multi in hoc caſu, ſtante exceptio. periurij, neque etiam
Papam poſſe abſoluere ut dixerunt Celſus Vgo in conſi. 94. nume. 3.
Abb. & Dec. in c. qua fronte de iureiur. & in c. cum parati de appellat.
& multi alij, nihilominus in hoc illud dicam, quod dixerunt Specu.
in titul. de delegato. §. nunc oſtendendum uerſic. 24. Glo. Butrius,

Abb.

Abb. & Imol. in c. quanto de iure iuran. Felin. in c.2. de ſponſal. nu. 16. Geminian. in c.2. de renunc. in 6. Soc. conſil. 115. col. 3. libr. 1. Corn. conſi. 71. col. fin. lib.3. & Riminal. Iun. conſi. 5. nume. 152.
4 quod quando † abſolutio eſt conceſſa a Papa, non eſt de uiribus eius diſputandum, etiam quod adeſſet aliqua dubitatio; & uidendus eſt Neuizan. in allegat. conſi. 22. num. 54. uſque ad finem; in alio etiam caſu dixerunt inferiores abſoluere non poſſe, qñ uidelicet probabile
5 dubium eſſet † an concedenda eſſet abſolutio uel non, ut tunc in iſto probabili dubio inferiores abſolutionem non concedant; ita enim dixerunt Imol. in cap. cum contingat de iure iur. col.28. uerſic. nota diligenter; Innocent. in c. venerabilem de electio. Geminia. in c. final. de foro competent. in 6. Felin. in c.1. de iureiur. num. 17. & in c. 2. de ſponſal. num.24. Celſus Vgo allegat.conſi.94. num. 8. Ferrett.conſil. 234. in princip. ubi oſtendit Felin. qui in d. cap.1.num.17. uidebatur recedere ab hac opinione, illam amplecti,& ita dixit etiam Corne. conſi. 71. num. 11. lib.3. Quicquid tamen iſti dixerint, commu-
6 nis opinio eſt in contrarium,ut Epiſcopi poſſint † abſoluere a iuramẽto, etiam quando probabile dubium eſt, an abſolutio concedi debeat uel ne, ita enim dixit Felin. in d.c.2. de ſponſal. num. 24. uerſic. & in hoc puncto allegat Speculat. in titul. de legat. §. nunc oſtendendum uerſ. 24. Abb. in c. uenerabilem col. 8. de electio. in cap. cum ueniſſent colum.3. de iudic. & in ſua diſputat. incipient. Stante ſtatuto columna 18. Anton. de Butrio in c. quanto col. pen. de iure iur. & Geminian. in c. fin. de foro compet. in 6. & ultra quod ſit communis
7 opinio,ita uſus obtinuit & ſe habet † ut Epiſcopi indiſtincte & in omni caſu ante periurium incurſum concedunt iſtas abſolutiones quodcunque dubium ſit, licet Felin. in d.c.1. aliter uiſus eſt uelle,& ibi reprobat diſtinctionem quæ erat ſpeculatoris ut in cauſis arduis,& inter magnas perſonas,ſolus Papa cognoſceret per rationes ibidem per eum allegatas, & nihilominus in d.c. 2. allegat. num... uerſic. fateor tamẽ dixerit quod contraria opinio procedit tantum ubi eſſet maximum dubium & non aliter; ſed communis opinio obſeruatur indiſtincte;nam
8 Epiſcopi indifferenter † cognoſcunt, & contraria opinio, in practica obſeruari difficulter poſſet,nam quando Epiſcopi uellent concedere, dicerent ne dum probabile dubium non eſſe,nec maximum, ſed penitus nullum, & quando nollent concedere, contrarium aſſererent, & proinde hæc materia ad nutum amouibilis eſſet, & iuriſdictio in hoc caſu contra ſuam diffinitionem non eſſet cum neceſſitate iuriſdicendi,ut requiritur,ad notat. in l.1. ff. de iuriſdict. omn. iud. unde indiſtincte obſerua communem opinionem; ſed illud aduerti oportet,ut
9 in dubio & in conflictu probationum & opinionum † iudicetur pro obſer-

patet recte per Violant. fuiſſe petitum partem cogi ad relaxandum iuramentum & in d. colum. 1. reſpondet ad doctrinam Bald. in rubr. C. de rerum permutat. qui dixerat quod iuramentum captioſum debet per Epiſcopum relaxari; nã dicit ipſe quod nõ per hoc negat quin etiã poſſit per laicũ relaxari, cum ipſe Bald. in loco ſuperius allegato id expreſſe dixerit, & ita expreſſe etiam dixerit, Federi. vbi ſupra; hoc etiam uiſus eſt uoluiſſe Ripa in ff. no. in titul. de donatio. reſpon. 4. num. 13 & etiam certo modo Calderin. in conſi. 1. in titul. de donatio. & quam uis ſupradicti doctores ita generaliter loquantur, nihilominus res eſt quæ aliqua animaduerſione eget; nam nemo dubitat, nec dubitauit vnquam quin iuramentum ſit quid ſpirituale, ut dixi ſupra ex Felin. & alijs & ita etiam dixit Corne. in conſil. 285. lib. 4. in fine; & Bero. in conſi. 211. lib. 3. & prout eſt res ſpiritualis & ligat animam, debet cognoſci & terminari a iudice Eccleſiaſtico, prout eſt regulare in omni materia ſpirituali; prout ita ex his inferunt doctores prælegati, ad notat. in cap. tuam, de ordin. cognit. in c. lator, qui matrim. accuſ. poſſ. & in l. Titia cum ſimilibus. ff. ſolut. matrim. hæc autem pugnare uidentur cum his quæ ſupra dicta ſunt; Vnde declaratione opus eſt, & propterea meminiſſe oportet horum quæ in præcedenti §. dicta ſunt dum dixi iuramentum aliud eſſe ciuile, ſiue ciuiliter ligare, aliud uero ſpirituale, & ibi de prædictis docui per exempla; & ex his poſſem vnico reſponſo dare ſolutionem ad omnia qui allegantur ex aduerſo ut procedant in iuramento quod ciuiliter obligauit: & ſic ſpiritualitatem
16 non habet, ut † ſuper eo cognoſcat etiam laicus, illudque remitti faciat, & compellat etiam ad petitionem partis, ut dixit Natta ubi ſupra, & ceſſarent omnia inconuenientia nam de aliqua ſpiritualitate non ageretur; & hoc quamuis in ſe uerum ſit ſecundum præmiſſa, nihilominus quia doctores prælegati magis generaliter loquuntur; ideo & generalius dico quod hoc quod dicitur de iurameuto, regulari debet prout regulantur omnia alia ſpiritualia de quibus ſupra dixi, nam illis in locis allegatis illa traditur communis doctrina & concluſio
17 † quod ubi ſpiritualium cognitio cõtingit circa materiam iuris, quod indiſtincte cognitio pertinet ad eccleſiaſticum: ſin autem cognitio eſt circa factum, & tunc etiam cognoſcit laicus, & ita communiter dicunt doctores ut uidere eſt apud illos quos hic recenſere non curo, ne aliam & generalem tractationem hic admiſcerem, ſatis enim interim fuerit hæc adnotaſſe, quæ ſatis erunt pro lucida & clara diſtinctione huius articuli, & quod in hac iuramenti materia fiat illa eadem diſtinctio, ſumitur ex his quæ in proprijs terminis adnotauit Berous in d. conſil. 211. lib. 3. ſub iſta regula & concluſione poterunt comprehendi plures caſus & illationes in quibus iudex laicus poterit de iuramento

18 mento cognoſcere; pone enim eſſe ſtatutum in loco ut † cõtractus fa-
cti ſine certa ſolennitate & forma, ſint nulli, & non inducant aliquam
probationẽ, tunc iudex laicus cognoſcet de iuramento interpoſito ſu-
per ipſo contractu, nam cum in eo deficiant ſollenitates, non dicitur
de iuramento conſtare, & propterea non cognoſcit tunc de uiribus &
ſubſtantia iuramenti, ſed tantum de hoc facto, an de eo conſtat uel
non conſtat: ita ſumitur ex conſi. 3. & 4. Hierony. Gabriel. & dicam la-
tius in aduerſario ſtatutum licet non diſponat de iuramento: ſimiliter
ſi ſtatutum annullaret contractum factum ſine ſolennitate certa, etiam
quod haberet in ſe iuramentum appoſita clauſula tali ut tolleretur ſta
tutum factum a laicis ſuper iuramento: iuxta ea quæ dicam in ſupra-
dicto aduerſario & ſumitur ex allegatis per d. Gabrielem in conſil. 13.
& late per Mandoſ. in conſi. Romani 12. qui probant de communi, ut
19 dicam ubi ſupra; tunc ſi allegatur inſtrumentum nullum, & iuramen
tum ſuper eo interpoſitum ſimiliter nullum, pari modo ſecularis com
pellit relaxare illud iuramentum, uel ſuper eo cognoſcit, cum non
agatur de uiribus iuramenti prout in iure conſiſtit, ſed prout in facto,
an ſcilicet interuenerint illa requiſita vel ne; Roland. a Valle conſil. 59.
lib. 1. & Ripa ubi ſupra & ſumitur hoc ex Felin. ubi ſupra, dum dicit
quod poteſt laicus declarare an iuramentum habeat locum in illo ca-
ſu particulari vel non, & dum dicit illo modo poſſe ſaluari verba Bal.
quæ inſolentia dicit; ſimili modo cum ſupra in præcedenti §. dictum
fuerit quod data enormiſſime lęſione, eo quod ex illa præſumitur
dolus, quod non ſit neceſſaria abſolutio a iuramẽto, & ſine illa agi po
20 teſt, ſecularis poterit etiã proſpicere an cõſtet † de illa læſione uel ne,
modo ut ſcilicet dixi, & ſic compellere ad relaxationem illius, uel li-
berare illum ab eius obſeruatione, aut declarare prędita, cum alioquin
uanum eſſet tunc dicere abſolutionem non requiri, & ſic tunc ſimili
ter de ſpirituali non agitur, ſed facto tantum, an adſit illa læſio vel non
adſit, cum doctores de plano ſecundum communem opinionem con-
ſentiant quod iuramentum non eſt obligatorium; & ſi hoc procedit
in dolo præſumpto quod deſumitur ex ipſa enormiſſima lęſione, mul
to magis procedet in dolo uero; nam illo exiſtente iuramentum non
obligat Ripa ubi ſupra Roland. & alij præallegati & ſignanter Neui-
21 zan. & Riminal. in allegatis conſilijs; Eodem modo dicendum eſt ſi
inter aliquos factus eſt contractus ſimulatus, ea tamen ſimulatione
quæ dicitur nihil agentium iuxta declarat. Bald. C. plus ualer. quod
agitur & in leg. cum precibus. C. de probat. & Bal. in l. ei qui. C. de di-
ſtractio. pignor. & Bart. in conſilio ſexageſimoquinto Petrus Nico-
lę. Et quæ tunc dicitur habere ſuperficiem ueri non autem medul-
22 lam, & dicitur tanquã corpus, carens † ſpiritu, cum conſenſus remo-

uetur

uetur ab actu, & tunc iuramentum ſuper tali contractu interpoſitum, non eſt obligatorium, quia conſenſum non habet Antonius de Butrio in allegat. cap. cum contingat caſu 8. Imol. ibidem nume. 78. & poſt utrumque Alciat. nnm. 175. Deci. conſi. 587. & latiſſime Rimin. Iun. conſi. 62. lib. 1. per totum conſilium, & Hierony. Gabriel. qui bene diſtinguit & de communi docet conſi. 146. colum. 1. & Crotus in leg. nemo poteſt. ff. de leg. 1. num. 27. qui propterea dicunt huiuſmodi contractum eſſe ipſo iure nullum, cum in eo deficiat cōſenſus partium, qui eſt ſubſtantia contractus. Illud eſt manifeſtum quod tunc iudex etiam laicus cognoſcit de illo iuramento & prouidet ſuper relaxatione eius, quia data ſimulatione prædicta nihil agentium in con-
23 feſſo eſt iuramentum ueluti † ſine conſenſu non eſſe obligatorium, et ſic non diſcutitur de uiribus iuramenti, ſed factum tantum, an uere fuerit dicto modo ſimulatum, nam tunc dicitur nihil actum, & merito ſi non requiritur aliqua abſolutio ab Eccleſiaſtico, & ſic ſecularis cognoſcit, ut late & copioſè explicat Riminal. in d. conſi. 62. qui addit inter alias rationem dignam ut in hac materia referatur, dicit enim ibi nume. 30. quod ubi partes conueniunt contractum fieri ſimulatum, & in eo iuramentū poni, iam cenſetur inter eos iuramentum remiſſum,
24 & data licentia † allegandi ſimulationē ſine alia abſolutione, prout ſic dixiſſe Imolam allegat in d. cap. cum contingat num. 78. Soccin. conſ. 61. colum. 3. & conſil. 66. colum. 5. lib. 1. Pariſ. conſil. 54. num. 81. lib. 1. Ruin. conſi. 131. lib. 4. & Felin. & alios ut uidere eſt apud eum, & non eſt dubium quod pars poſſit remittere iuramentum, & ſic iudex ſecularis illo caſu bene agit, cum aliquid ſpiritualitatis non tangatur, ut bene explicat Paul. de Caſtr. in l. contra legem ff. de legib. & in cōſil. 82. uiſis his lib. 1. quem etiam allegat Riminal. ibidem nu. 25. & nota quod ideo dixi de contractu ſimulato ea ſimulatione quę dicitur nihil agentium, ut intelligeres non procedere in illa ſimulatione quæ
25 dicitur aliquid agentium † nam cum in ea non deficiat conſenſus, iuramentum non erit nullum, ſed erit ualidum, & ideo niſi concurrat aliqua ex cauſis ſupra allegatis, erit neceſſaria abſolutio, ad notat. per Gabrielem in allegat conſi. 146. & tunc non agitur tantum de facto, & ſic iudex laicus non erit iudex, niſi modo quo ſupra; ſimili modo ſi a-
26 geretur † ſuper iuramento aſſertorio de præterito, & conſtaret de falſitate eius, uel ita allegaretur, utique cum tunc allegaretur periurium & iuramenti falſitas, & quod proinde non eſſet obligatorium & uideretur propterea quæſtionem eſſe facti, utique laicus etiam poſſet de hoc cognoſcere, & ita compellere ad relaxandum, uel liberationem ab eo concedere per ea quæ ſupra dixi in præcedenti §. ubi allegaui Ruinum in d. conſi. 131. & Riminal. ubi ſupra num. 31. & nunc ad-

do

do Cin. in l. 1. in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. Ioan. Andre. in additio. ſpeculat. in titul. de donat. inter uir. & uxor. Dec. conſil. 22. Salicet. in l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. quæſtio. 7. Alexan. in l. ſi donatione. C. de Collatio. Imol. in allegat. c. cum contingat. num. 89. Aret. conſi. 74. Soc. conſi. 61. libr. 1. & Hieron. Gabriel. conſi. præallegat. 146. num. 2. qui hos omnes allegat, concludendo iuramentum aſſer
27 torium non firmare contractum, † & inde nec iurāti, nec eius hæredibus obeſſe, allegando prædictos, & ſic etiam in iſto caſu iudex ſecularis de iuramento cognoſceret; Et ex prædictis uidetur multum dubitabilis diſtinctio Calderini in alleg. conſi. 1. de iure iur. nam data fi-
28 ctione & ſimulatione, indiſtincte contractus eſt nullus † & iuramentum non obligat iuxta glo. in allegat. l. 1. C. plus ualere quod agitur, ſi eſt fictio in uno, omnes illæ clauſulæ corruunt, ut ſumitur ex dictis ſupra per doctores præallegatos; & ita declaranda eſt hæc materia, quæ alioquin confuſe nimium tradebatur. per doctores & maximas ingerebat difficultates. Remanet ut illud declaretur; ſi epiſcopus uel alius prælatus habens iuriſdictionem Epiſcopalem iuxta ea quæ dixi,
29 qui abſolutionem concedere habent an debeant † eſſe ordinarij petentis abſolutionem, an illius contra quem petitur; an iudex & Epiſcopus originis an domicilij; an contractus, an rei; quæſtio eſt apprime utilis, immo perquam neceſſaria pro claui totius materiæ, ideo de ea diligenter proſpiciam, ut habeantur ueræ & approbatæ cōcluſiones; dico itaque quod ut proſpicere potui; hæc quæſtio pendet ab illa qua quęritur; An reus originalis qui ſuper aliqua exceptione ſibi competenti, uel ſuper aliquo eius iure uocat actorem in iudicio, illum uocare debeat coram iudice ipſius rei qui nunc agit, an uero coram iudice
30 ipſius actoris, qui nunc eo quod uocatus eſt dicitur reus; † eſt quæſtio dubitabilis & controuerſa nimis, in qua ex doctrina Bart. in l. ſi libertus ff. de in ius uocand. prout ſic illum declarat Paul. de Caſtr. ibidem, uidebatur dicendum quod iſte ſic agens eo quod prius alium in ius uocat dici deberet actor quod ex illo textu probatur in quo appa ret libertum uocantem in ius patronum ſine petitione ueniæ incidere in edictum, niſi ueniam petijſſet, & nihilominus attenta origine & ſubſtantia cauſæ ille libertus erat reus, & tamen incidit in edictum tanquam actor, eo quod prius in iudicium uocauit, & ad idem deducuntur notat. in c. intelleximus de iudic. & in c. cum inter de exceptio. quibus in locis id adnotatur; quod licet excommunicatus & bannitus tanquam rei in iudicio audiantur † & admittantur, nihilominus in terminis. l. diffamari. C. de ingen. & manumiſſ. & in l. ſi contendat de fideiuſſ. cum nonnullis alijs ſimilibus non admittuntur, unde illud fieri uidetur ut iſti actores in terminis dictarum legum dicantur, & ſic iudicem

dicem uocati, & citandi adire deberent iuxta cõmunem regulam,& ita ex his fuit deciſum in ſacro regio conſilio teſte Afflict.deciſ.268.& ex his in terminis quæſtionis propſitę, ita dixit Cardinal. in c.1.de iureiur.prout ipſum refert Felin. in d.c.1. de iureiur. in ultim. quæſtio. & in c.licet el 2.de foro competent.poſt.nume.24.uerſicul.ultimo;quod
32 abſolutio à iuramento † debet peti à iudice illius contra quem petitur ex regula communi, ex qua actor ſequitur forum rei, nihilominus in
33 contrariam opinionem itum eſt communiter † ut ad dignoſcendum an ſit quis actor uel reus, quod debet attendi origo rei & cauſæ, ita
34 quòd illa obtenta iudicandus ſit quis actor uel reus † non attento an prius prouocet ad iudicium uel nõ prouocet cũ ex ipſa præpoſtera uocatione non debet immutari origo & ſubſtantia rei, ita enim ampliſſime probauit lexand.conſi.103.lib.5.Marian.Soc.conſi.41.li.1. Bar.Soc.cõſi.94.lib.3.Ruinus cõſi. 139. li.5. deciſio rotæ bononient. 66.Boe.deciſ.255.Couarr.li.1. uariar.reſolut.c.18.Cæphal.cõſil.381. Ferret.cõſi.39.Gomeſius in li.3. uaria reſolut.c.1.nu.17.cũ ſeq.Capic. deciſ.18.Rom.& Mandoſ.ad eum qui magis cõmunẽ dicit cõſil.412. prout ſic etiam cõmunem dicit Couarr.ubi ſupra,& late Ioan Ronchegall.in rubr.de duobus reis nu.21.cum ſequent. qui late examinat, & inde in ſpecie Cæſar Vrſill.in deciſ.Afflict.264.dicit in praxi fuiſse obſeruatum,& obſeruari contra ſupradictam deciſionem Afflict.268.& obſeruari conſilium Alexand.de quo ſupra, & ſic quod non obſtante quod quis alium prius in iudicium uocat,quod ſi attenta origine rei,et natura,ſit uere reus,quod dignoſcitur ex his quę in iudicio deducũtur qđ iſte ſemper erit reus, dato qđ prius ad iudicium alium uocauerit, vnde inferẽdo ad quæſtionẽ propoſitã, illud ſecũdũ prædicta cõcludẽ-
35 dũ eſt,qđ † abſolutio à iuramento peti debet corã eo Epiſcopo, corã quo quis potuiſset conueniri ad obſeruantiam eius, & ſic coram Epiſcopo illius qui illam petit,& ita multum in particulari tenuit & probauit Calderin.conſi.1.de officio ordinar. & in cõſi.6.de iure iur. Lapus allegatio.10.Aretin.cõſi.142.nume. 8.uerſic. Venio in parte quinimmo Abb.in cap.ſi quis nume.3.uerſi. dicit Lapus in repetit. & in lectura nume.item 3.de foro competent. Capic.deciſio. 18.& Couar. ubi ſupra poſt.nume.5. uerſiculo quinto,ex cuius dictis ſumitur hanc eſſe communẽ opinionem,& ſecundum prædicta procedit etiam qđ pars citanda fuiſset,& inde multo magis id erit, ubi ſine citatione partis concederetur, & hoc etiam tenuit Mandoſ. in additio. ad allegat. Lapi ubi ſupra, & uoluit ſuccincte tam Ioan. Vincent. de anna allegato.83.parte ſecunda,& ex his illud concluditur quod ſi aliquis exte-
36 rius contraxiſset in Ciuitate Caietæ † & in contractu iuramentum appoſuiſset, adeo ut in ipſa Ciuitate conueniri poſset, tunc etiam

36 iſte poſſet ab † Epiſcopo Caietano abſolutionẽ petere à iuramẽto, ita dixerunt Calder.Lap.Abb.& Couarr. ac alij præallegati, & ſimili mo
37 do dicendum eſſet ſi aliquis exterus † alibi contraxiſſet,& deinde Caietę domicilium cõtraxiſſet,utique ſimiliter ab Epiſcopo Caietano abſolutionem à iuramento petere poſset, & hoc procedit ne dum ſi petatur abſolutio ad effectum excipiendi quod de plano procedit ſecundum prædicta,ſed etiam ſi peteretur ad effectum agendi,quod eſt ma
38 gis ponderandum, & hoc ex ratione quæ ſumitur ex l. ſi † contendat & per allegat.per doctores in princip. allegat. qui dixerunt, præcipue Cæphal.ubi ſupra,Ruin.& alij,cum eis notanter Ioannes allega. 4. qđ poteſt quis principaliter agere quod declaretur aliquod ius ſibi competere,uel aliquem contractum ipſum non ligaſse & ſimilia, & in ueritate indiſtincte loquuntur doctores prędlegati & non ſunt diuerſæ rationes ſi bene expendantur,nam actor, ideſt ille qui petit abſolutionẽ ad effectum agendi, poterat coram Epiſcopo conueniri pro obſeruatione iuramenti, & merito ſi ita adiri poteſt, non negauerim tamen rationes allegatas magis urgere pro eo qui abſolutionem peteret ad effectum excipiendi, attentis maxime his quæ deduxit Boerius in allegat. deciſ. 255. in principio vbi conſiderat ſi aliqua neceſſitas immineat, ut quia terminus aliquis decurreret adimens exceptionem, quod eſt in hac materia multum conſiderabile, nam ſi terminus adeſset, illius decurſus periurium induceret, alioquin interpellatio illud operaretur, uel omne illud quod moram induceret, & poſt hac abſolutio obtineri non poſset ab ordinarijs ut ſupra dixi, & ex ea-
39 dem ratione dico illud quod ſupra dictum eſt procedere † omnibus modis in quibus quis ſortiretur forum, adeo ut ibidem conueniri poſset, ut ſemper eodem in loco abſolutionem petere poſſet ſecundum prędicta, & ad ea quæ de excommunicato & bannito allegata ſunt, reſpondet Ronchegall. ex mente aliorum ut
40 procedant, quia † excommunicatis & bannitis non ſunt aperta tribunalia in omnibus caſibus ubi ſunt rei, ſed tantum vbi ſunt rei neceſsarij,ita ut iudicium euitare non poſsent, quod non eſt in his caſibus in quibus uoluntarij ad iudicium accedunt, addo etiam qđ quãdo iſti uocantur præciſe ad iudicium, cenſentur per iudicem habilitati,& inde merito ſi tunc admittũtur,quod ſecus eſt quando uoluntarie ue-
41 niunt,& hæc eſt ratio in liberto † quando enim eſt reus, ut quia ad iudicium uocatus eſt ad patroni inſtantiam,utique approbatur & admittitur ab ipſo patrono,in eius reuerentiam requirebatur uenię petitio,at ſecus quando ex ſe uenit, tunc enim nulla adeſt approbatio, merito ſi adhuc in edictum incidit quod uetat patronum uocari in ius ſine uenia,& generaliter loquitur, & ſic eſt intelligendum generaliter, &

pro-

probatur in leg. quamuis ff. de in ius uocan. ibi uel inuitus uocatus nõ ſit, unde quoties patronus eſt in iudicio non inuitus, edicti pœna non debetur, ſed quia quando libertus eſt reus neceſſarius, patronus tunc non poteſt dici eſſe in iudicio inuitus, merito ſi tunc nulla eſt pœna, quòd ſecus eſt quando libertus prior illum in ius uocat, licet tanquam reus, nam uerum eſt tunc dicere patronum inuitum uocari in ius, & merito ſi pœna incurritur, quia eadem eſt ratio, & ſic non quia ſit actor, ſed quia patronum inuitum ad iudicium trahit, merito ſi non obſtat & propterea Ronchegall. ubi ſupra, reſpondendo ad illum textum, dicit quod eſt ratione ſubiectæ materię. Poſſet etiam hic quæri de eo qui eſt originarius loci, & tranſtulit ad a-
43 lium locum domicilium † an abſolutionem à iuramento petere deberet ab Epiſcopo loci originis, an uero ab Epiſcopo domicilij, hanc q̃ ſtionem latius explicaui in aduerſario Ciues in fine, ſed nunc ſuccincte & breuius dicas quod ſi iſte nõ tranſtulit uere domicilium in alium locum deſerendo patriam & locum originis modo quo ibi dixi, quod licet per mille annos ſtetiſſet extra patriam, & millies declaraſſet nolle amplius eſſe de illa patria, quod poſſet petere abſolutionem à iuramento ab Epiſcopo proprię patrię, nam ſemper ibi conueniri poſſet ſi ibidem reperiretur, ut iam ibidem probaui, ſin autem domicilium conſtituiſſet in alio loco uere, & tunc aut agitur de origine paterna, & non poſſet quis petere abſolutionem à iuramento ab illo Epiſcopo paternę originis, quoniam per ſimplicem conſtitutionem domicilij in alio loco, deſijſſet eſſe de foro paternę originis, & propterea ibi conueniri non poſſet, & per conſequens abſolutionem petere non poſſet ad not. in l. principales. ff. de uerb. ſingnif. & c. cũ nullus de temporib. ordinãd. in 6. & idẽ dicendum eſſet de origine paterna ſecundũ cõmunem opinionem, ſed ſecũdum aliã opinionẽ quã ibidẽ uerioẽ probaui, poſſet q̃s in loco proprię originis petere abſolutionẽ à iuramẽto ab Epiſcopo dicti loci, etiã quod alibi domicilium conſtituiſſet, niſi ita conſtituiſſet ut appareret habuiſſe animũ deſerẽdi patriam, quod ex uarijs cõiecturis deſumi poſſet ut ibi latius oſtendi, quod procedere in coniugatis indiſtincte probaui ex rationibus ibidẽ allegatis, niſi ex alijs coniecturis appareret contrarium, ſed illud neceſſario aduertendum eſt in caſibus in quibus dixi forum originis retineri, & non eſse mutatum, & quod
44 tunc quando quis † in eo reperitur, quod ibidem conueniri poſſet, an indiſtincte procedat etiam quod per momentum ibidem reperiatur ex quacunque cauſa, & in hoc regula eſt quod ſic, niſi quis habuerit ius reuocandi domum & illud oppoſuerit, ſecundum late notata per Marian. Soc. in ca. final. de foro competent. ubi late nimis, & quamuis ex inde uideretur concludendum quod indiſtincte quis poſset petere ab

ſolutionem à iuramento ab Epiſcopo originario, nihilo minus crederem quod ſi quis conſtituiſſet domicilium alibi, & adhuc effectum tã
45 tum acceſſiſſet ad locũ patrię & originis † ut propterea haberet ab illo Epiſcopo abſolutionem à iuramento, quod huiuſmodi præſentia affectata, illi prodeſſe nõ deberet ex his quæ dixi ſupra in aduerſario affectans, in ultimis uerbis ex Caſſaneo quem allegaui, & hoc procedere facilius dicerem in uxoratis, ſiue maſculo, ſiue fęmina, qui ex cauſa matrimonij domiciliũ mutaſſent, ut quia uxor ad domũ uiri acceſſiſſet, uel è contra ad domum uxoris maritus, & hęc non parui pendas tanquã non neceſſaria, cũ quis ualens impetrare abſolutionẽ ab Epiſcopo proprij domicilij, ueriſimiliter non ſit acceſſurus ad Epiſcopũ loci originis, nã uidi hoc in practica obſeruatũ & cõtrouerſũ, nã cũ Epiſcopus Caietanus de ſtylo ſuę curiæ, ut dixi, non concedat abſolutionem à iuramento ſine partis citatione, & præhabita aliquali cauſæ cognitione, ut dixi, multoties tentantes habere abſolutionem ab eo, fruſtantur eorũ deſiderio, & ſatagunt illam habere ab illis Epiſcopis qui illam ſtatim concedunt ſine aliqua citatione & ſine difficultate, & propterea non obſtante quòd Caietę matrimonio copulati ſunt, ab Epiſcopo originis abſolutionẽ habere mallent adeundo illos. quod nota, ut ſcias in practica opponere contra tales abſolutiones, quod tanto facilius & ſecurius facere poſſes, quando impetratio facta eſſet per abſentem etiam mediante procuratore, nam cum tunc abſens non poſſet coram illo Epiſcopo conueniri, dum ibidem non reperitur, ut ibidem probaui, illud ſequitur ut non ſortiatur ibi forum, & per conſequens abſolutio concedi non poſſit à iudice tunc propterea non competenti, Dicitur in hac materia ſatis communiter quòd Epiſco-
46 pus aditus † pro abſolutione à iuramento præparante cauſam, quod ille idem deberet eſſe iudex in ipſa cauſa principali, quòd quia in praxi non obſeruatur, nec officiales Regij id ullo modo permittant, ideo libet in hoc breuiario, quaſi pro coronide iſtius materię, dicere quòd dixit Couarr. in allegat. lib. 1. uaria. reſolut. capi. 4. nume. 8. quòd licet
47 in cap. fin. de foro competent. in 6. dicatur † quòd iuramentum addit forum foro, quòd illud intelligitur in fauorem eius qui inſtat agendo pro obſeruatione iuramenti, & quoties agitur de uinculo ſpirituali, nam tunc uere eccleſiaſticus eſt iudex, ſed quia data abſolutione, ceſſat ſaltim uinculum ſpirituale interim, quia certo modo ſuſpenditur, uſque dum fuerint factę plene probationes ut ſupra dixi, merito ſi tunc principaliter agitur de uiribus contractus in quarum cognitione laicus eſt iudex, nec adeſt cauſa cur cognoſcatur à iudice Eccleſiaſtico, niſi ageretur de uſuris vel alia re ad iudicem Eccleſiaſticum competentem, non autem ſi ageretur de re mere prophana,

ſuper

ſuper qua Eccleſiaſticus nõ habet iuriſdictionem, tunc enim nunquã procedit doctrina Bal. ſuper qua doctores ſe fundant, ut declarat Ripa in Rubr. de iudic. n. 24. Iaſ. in l. nulli nu. 6. C. de iudic. & habetur in patroci. Machell. 22. uerſ. 3. opinio Bal. Vnde quia conceſſa abſolutione a
48 iuramento regulariter agitur de uiribus contractus, † & de re mere ciuili, ideo iudex Eccleſiaſticus non poteſt ullo modo ſe intromittere, cũ ſit penitus incompetens, merito ſi praxis ita obtinuit & obſeruari docuit & ſic obſeruandum eſt. & hæc dicta ſufficiant ex parte antecedenti ubi de concedenda abſolutione agitur, nam ex parte cõſequenti ubi iam abſolutio conceſſa eſt, illud uidetur in confeſſo eſſe, & iudex ſæcu
49 laris, coram † quo illa abſolutio præſentatur, poſſit de uiribus eius cognoſcere, & de obreptione & ſubreptione, ut dixerunt Ancharan. conſil. 382. numero octauo, Pariſ. conſi. 43. numero 21. & conſ. 96. numero 94. libro primo, Rolan. a Valle. conſilio trigeſimoquarto, nu. 11. lib. 1. latiſſime Afflict. & Grammat. ille deciſ. 220. & ibi etiam Vrſill. iſte autem deciſ. 66. Soc. conſi. 99. lib. 3. nu. 19. & conſi. 83. nu. 17. lib. 4. Felin. in c. 2. de ſponſalib. Crauett. conſi. 7. nu. 11. & Afflictus etiam & Vrſillus allegant alios, qui ſatis ſunt, cum hæc materia longe excellerit terminos, quam à principio cogitaueram, ſed non ſunt ſuperflua nec negligenda quę coaceruata ſunt, nam fortaſſe alibi in uno eodemque loco, ſic cumulata, & ordinata non inuenies.

DE PRAESENTANDO INSTRVMENTA AD FORMAM RITVS INCERTI AVCTORIS.

Ritus iſte habuit ortum a capitulo: apud miſericordẽ 32. quæſt. prima,& ibi eſt illa gl. ſingularis, quòd ille qui promiſit cum iuramento ſoluere ad certum tempus,ſiue terminum, & non ſoluit,ſi poſt terminum offerat ſe paratum ſoluere, uel ſoluat, non eſt periurus & ratio eſt, quia eo ipſo quòd ſoluit, etiam extra terminum non uidetur habere animum deierãdi ut pulchre per Lamfran. in repet. c. qm̃ de probatio.in 6. in teſtium uerbo in xx. col.uerſ. ſubſequẽter,& uide omnino Pand. in uerbo inſtrumentum.

Pro intelligentia huius ritus faciunt ea, quæ doctores omnes tradunt de ſtatuto,quod habent ciuitates Italiæ, de exequutione inſtrumentorum, ſm formam guarantigiæ de qua per Bart. & omnes ſcribentes,in l. 2.ff.de iur. iur. & eſt hodie pulcher tractatus de guarantigia domini Benedicti de Barcis, & eſt alius tractatus domini Anton. de Canario de exequutione inſtrumentorum: & uide quę cumulat ſuper hoc Ang.Aret.in l.fin.ff.de quibus appell. non licet: & Domin. Matthæus ponit Cõmẽtum huius Ritus ſuper cõſtitutione Regni eos qui ſcienter; in fine operis ſui fol. 342. & Nicolaum Capigroſſum: in repet. l. quòd te.ff.ſi cert. pet. col. 75. quem omnino vide ubi per quatuor coll. videtur commentare ipſum ritũ per multas quæſtiones.

Requiſita plura ut inſtrum. poſſit præſentari.

Nota primo ad hoc ut poſſit inſtrumentum præſentari ſecundum formam ritus plura copulatiue requiruntur. Et primo quòd inſtrumẽtum ſit publicum,& in publicam formam redactum, aliàs in iudicio non facit fidem: per conſtit. Reg. inſtrumentorum Robur 103. primi libri cum ſeq. & colligitur ex uerbis Ritus: ibi iur. inſtrument. appareant.

Secun-

Secundo, quòd illud actualiter præſentetur in ipſa Cur. ut in textu & in ea ſcribatur præſentata per actorum magiſtrum: ut in ritu 262.

Tertio debet exprimere pro quanta ſumma debiti illud præſentat ut in dicto Ritu 262. & dictam ſummam liquidare cum iuramento ut in ritu.

Quarto debet ſe obligare ſub pœna de ſe non concordando cum parte, ſine licentia Cur. ad pœnam unius floreni, pro qualibet uncia debenda ei per debitorem, & proſequi cām infra duos menſes, ut in d. ritu 262. & in ritu 67. dicitur ad pœnam tarenorum ſex pro qualibet uncia, & non minus, & in ritu 289.

Quinto quòd poſtea ſuper eo inſtrumento impetrat a Cur. citationē ad comparendum perſonaliter ut dicitur in textu ibi (debeant perſonaliter) aliàs poſſet comparere per procuratorem ut dicit textus in l. fin. C. de procurat. & duæ eiunt citationes, una criminalis ſuper pœna periurij, alia ciuilis ſuper debito, & talis citatio non poteſt fieri, nec exequi niſi diligentia iudicis, ut in tex. & melius in ritu.

Sexto, quòd accuſetur cōtra illum citatū prima & ultima contumacia ut in ritu 289.

Septimo, quòd præſentetur per illum principalem cui dictum iuramentum fuit præſtitum de facie, ad faciem: per Matthæum in deciſione 64. quia per procuratorem præſentari non poteſt ut ibi, & patet in hoc ritu, dum dicit perſonaliter comparere debere creditor, & debitor.

Octauo debet ipſe debitor interrogari ſuper tenore dicti inſtrumenti, & interrogatio debet eſſe prius præſtito iuramento de ueritate dicenda, an tale inſtrumentum, cōtra eum præſentatum ſit uerum, & an contenta in eo ſint uera, & ſtatim carceratur ſiue acceptet, ſiue neget, & debet ſe defendere in uinculis, ut hic, & in ritu 191.

Nono quòd datur poſtea terminus ad probandū, quicquid intēdit probare, eo tamen in uinculis durante, ex quo exequutio inſtrumenti non retardatur: ut in ritu iſto in fin. & in ritu.

Decimo quòd eo nihil ſufficiēter probante proceditur cōtra ipſum carceratum, ad condemnationem truncationis manus, ut in Ritu 70. & 291. Et hoc quando habetur eius perſona in carcere ſed ſi debitor non comparuerit, & fiat contumax, tunc condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium, ut dixi in ritu 68. & ſecundum car. 128. & omnes communiter in ritu 75. & 209. & 252.

In hoc caſu tenetur creditor in qualibet hebdomata cōparere in curia, & ſollicitare exequutionem condemnationis, ut in ritu 290.

Sed ſi aliqua iuſta cauſa ſuperuenerit; propter quā non comparuerit excuſari, ut in ritu 289. & 184. & ſi ipſe uellet comparere infra tri

duum poſt dictam contumaciam, oportet, ꝙ ſe obliget iuxta formam ritus 262. & cat. 280.

Limitationes.

Regulam huius tex. ut illis concurrentibus inſtrumentum præſentari poſſit, limita pluribus modis: primo ubi inſtrm̃ cõtineret quantitatẽ infra unam unciam tunc præſentari non poteſt, quia tunc ipſo iure intelligitur præſentatum ciuiliter, & ſi poſſidet non detineatur, uel ſi cauit, & auditur ad opponẽdum cõtra inſtrumentum & proceditur ciuiliter, ut in ritu. 185.

Ut ſit liquidum inſtrum. de quo & infrą.

Secunda limitatio eſt ut non habeat locum in inſtrumento non liquido de ſe, uel per relationem ad aliud inſtrumentum puta in hærede creditoris facto præambulo, ut in ritu 262. & 288. & quòd inſtrumentum debeat eſſe liquidum ut præſentari poſſit, uide Alex. in conſ. 188. uiſo inſtrumento ſecundo uolu. Cepollam in cautela 221. uel de breui liquidari ſi poteſt, præſentatio admittitur ut pulchre per Corn. in conſi. 188. viſo inſtrumento 2. uol.

Ratio.

Et ad rationem huius dicti, ut inſtrumentum ſit liquidum, & poſſit præſentari: uide omnino theoricam Bald. in rubr. qualiter Dominus proprietate feudi priuetur in uſibus feudorum, quam exclamat Barbacia in conſi. 74. in 11. col. in 3. uol.

Et niſi inſtrumẽtum ſit omnino liquidum numquam haberi poteſt pro præſentato ſecundum formam Ritus, & traditur practica qualiter debeat liquidari in ritu 262. ſ. ut detur petitio in Cur. & narretur factum, & illo probato ſi inſtrumentum remanet liquidum tunc habetur pro præſentato in ea forma, aliàs ſecus.

Si conditionale ſit.

Et quid ſi inſtrumentum ſit conditionale, an poſſit pręſentari ut hic dic quòd ſic, ubi conditio eſt purificata, pulchre per Alexandrum in l. fin. §. dicimus. ff. de uid. & pupill. & etiam uide Ioannem de monte Ferrato in l. ſi is qui pro emptore col. 49. uerſi. antequam agrediar ff. de uſucap. & in ritu 262. in fin. ponitur practica petitionis ad liquidãdum inſtrumentum.

Ut liquidetur per teſtes.

Sed ſi non poteſt haberi unum inſtrumentum liquidans aliud, nec alia ſcriptura publica,& Authentica, per quam inſtrumentum redditur liquidum, quòd erit remedium? Dic quòd ſi habentur probationes per teſtes,tunc præſentatur petitio præambuli per dictum ritum 262.& ſuper ea examinantur teſtes,quorum dictum,& depoſitio ęquiperatur inſtrumento l. 1.ff.de fid.inſtrum.& facta publ.eorum depoſitio dicitur facere Notarium tamquam acta publica, ut in c. uoſtra per Ant. de Butr. de cohabit. cler. & mul. Lamfrancus in c.quoniam contra in uerb. teſtium de probat.

Decretum curiæ exigitur.

Nec hoc ſufficeret,ſed requiritur quòd ſuper tali probatione teſtiũ ſubſequatur decretum eiuſdem curiæ, quòd tamquam ſcriptura publica liquidat ſcripturam dicti inſtrumenti,& ita practicatur,& firmat hoc gl.aurea in l.ſed,& ſi quis ex ſignatoribus. in fin.ff.quē.teſt. aper.

Vnum tamen debes ſcire,quòd ſi hæres creditoris habet inſtrumentum, mediante quo poteſt legitimare perſonam ſuam, & tunc ſuper tali præambulo,& legitimatione pſonæ nulla fit citatio debitoris,ſed ſolum citatur ſuper inſtrumento præſentato ſecundum formam ritus, & ita declarat Matthęus in conſtitutione eos qui ſcienter fol. 342. in quarta q.

Sed quando præambulum fit per teſtes,& tunc,dicit ipſe, quòd nõ poteſt fieri,niſi parte legitime citata,& iſtud pręambulum procedit ordinarie,ut ibi.Et etiam Nota quòd iſtud præambulum non poteſt fieri in alijs caſibus non expreſſis in ritu,ad hoc ut inſtrumentum poſſit præſentari ſecundum formam Ritus,ut ibi per eum,niſi decretum iudicis præcederet,ut ſupra.

Liquidum quando ſit.

Conſidera etiam,quòd inſtrumentum debet eſſe liquidum omnino,non ſolum, quo ad rem, & quantitatem, ſed etiam quo ad ſtipulationum modum,& quo ad perſonas, in eo contentas, & alia requiſita, & ita intelligitur iſte tex. ut per Corneum in conſi. 112. uiſo, & 156. uidetur 1.uol. & id ſi eſt liquidatiuum alterius, ut in R. 60. quæ practica ſumitur ex doctri. Bald. in l. fin.C. de falſis. ca. ad leg. quem uide omnino,& per Bart. in l. 3.C.de ſent. contra ſi cert.quant. profe. ubi dicunt,quòd inſtrumentum poteſt fieri liquidum, per omne genus probationis: uide quæ cumulaui in R.288.fol.250.

Tertia

Tertia limitatio.

Ex quibus habes tertiam limitationem ad iſtũ textum ꝙ nõ poteſt præſentari, quando inſtrumentum eſſet conditionale, niſi adimpleta conditione probaretur effectũ liquidũ ut ſup. per doctri. Alex. in l. fin. §. ſi ticius ff. de Vulg. & pupill.

Quarta limit.

Limitatur ut debitor carcerari non poſſit non obſtante præſentatione, ſi in promptu producat inſtrumentum quietationis, uel ſolutionis, ut in R. 179.

Quinta limit. contra hæredes debitoris.

Vt pręſentari nõ poſſit cõtra hæredẽ debitoris mortui ut in R. 160. licet ſecus in hærede creditoris, ut ibi, & eſt ratio, quia iuramentum non obligat hæredem iurantis, ut per Fely. in c. cum ſit generale de for. compet. 6. col. uerſi. 6. limit. etiã ibi concludit, quod non, & Matthæus in conſtitutione eos qui ſcienter, & in Deci. 381. in fin. ubi dicit, ꝙ hæres ciuiliter ad pœnã poteſt accuſari ſi non obſeruat id quod defunctus iurauit, non autem criminaliter poteſt accuſari de periurio, ex iuramento defuncti ut ibi, & triplicem rationem aſſignat Iaſ. in l. ſi deceſſerit num. 13. qui ſatiſd. coga. tradit burgundia pulchre fol. 281. nu. 121.

Sexta limit. de præuentione.

Niſi ante pſentationẽ, præceſſiſſet præuentio, ut in R. 68. 27. 288. & ritus iſte de præuentione, non poteſt præſentari niſi in mag. Cur. ut in d. R. 288. tamen Reg. pragmatica in titulo, de præuentione moderanda, mandat ſeruari hunc ritum, de cuius intellectu, uide Matthæũ in deciſ. 387. & in Materia uide pulchrum dubium per Matthæum in deciſ. 294.

Quid ſi eſt facta præuentio per laicum cõtra clericum, in Cur. Epiſ. an per hoc erit impeditus clericus præſentare inſtrumentum ſecundum formam Ritus quòd ſic R. 288.

Septima limit.

Septimo limita talẽ præſentationẽ non ualere niſi formiter ſit præſentatum, & omnis contumacia accuſata, ut in ritu. 289.

Octaua

Octaua limitatio.

Octauo limita quando tale inſtrumentum fuiſſet præſentatum p̄ procuratorem,quia non ualeret,ut in ritu.194.

Nona limitatio.

Nono limita quando inſtrumentum dicti debiti contineret iuramentum non præſtitum de facie ad faciem ut concludit Matthæus in deciſio.64.

Decima limitatio.

Decimo limita in præſentatione facta ĩ alia curia quam in Vic. ut in ritu 96.

Vndecima limitatio.

Vndecimo limita nõ poſſe præſentari cõtra perſonas priuilegiatas, quæ pro debito carcerari non poſſunt: quòd an uerum ſit uideamus.

In Doctore,& Milite,& Muliere quæritur.

Quid in Doctore,& milite,an cõtra eos poteſt præſentari inſtrumẽtum qui regulariter pro debito ciuili carcerari non poſſunt. An propter crimen periurij,& renuntiationem generalem cõtra apponitur inſtrumento debet non obſtante priuilegio detineri: de perſona, pro ut hic dicitur,& primo uĩ quòd non: quia doctor gaudet priuilegio, ut non poſſit conueniri ultra quàm facere poteſt per doct. in l. milites.ff. de re iud.

Item non poteſt inuitus trahi in iudicio,ut per Card. in clement. 2. de magiſtrat. nec pro debito ciuili incarcerari,ut per doct. in l. medicos de profeſſ. & med.

In contrarium puta, quia periurando delinquet, ut in c. querelam de iur. iurand. & perdit propter delictum omne priuilegium, ut ibi,& ſicut mulier renuntiando in contractu omni priuilegio poteſt carcerari,ut hic dicitur,& melius per Matheſillanum in No. 112.& tamen mulier pro debito aliàs non poterat carcerari ut in Auth. nouo iure C. de cuſt. reorum,& in l. 1.C.de officio. quer. iud. nec etiã pro debito fiſcali,ut in Auth. ut nulli iudicum in §. neceſſarium & tamen hic dicitur quòd debet carcerari propter periurium, & vide Paridem in ver. Doctor.

In

In Pupillo, & Filioſamilias.

Quid de pupillo? an inſtrumentum poſſit præſentari ſecundum formam Ritus contra eum, dic ut per Maria. Soc. in tractatu de citat. in 10. car. 19. q. & Melins per Caccialupum in tracta. de debito. fugit. in quinta q. principali ubi concludit ꝙ mulier, quæ uoluit renuntiare omni legum beneficio cum iuramento habetur ut maſculus, & eius obligatio ualet in ſui præiudicium, ut pulchre per Bald. in Auth. matri, & Auiæ in 4. colum. uerſi. ſed quęro quid ſi renuntiauit C. quando mulier tute. off. fung. poteſt, & ibi etiam format Caccialupus in d. 5. q. 8. quæſtiones, quarum prima eſt de pupillo, 2. de pubere, 3. de filiofamilias, 4. de doctore, 5. de milite, 6. de clerico, 7. de muliere 8. de alijs perſonis priuilegiatis.

Et aduerte, quia ille author diſputat ibi quando non eſſet iuratum in promiſſione talis debiti, ſed ubi eſſet iuratum, & renuntiatum cum iuramento omni legum beneficio: tunc ceſſat omne priuilegium: ut per doct. in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi Aduer. vend. & in c. debitores de iur. iuran. Et tu omnino uideas illum tractatum de carcere, qui dicitur eſſe Bart. inter tracta. Bart. & ibi de omnibus iſtis quæſtionibus, & uide in fol. 69.

In Clerico.

Quid in clerico: an poterit ipſe præſentare inſtrumentum ſecundū formam ritus contra laicum in Curia ſeculari, & ſic uti beneficio huius ritus? tu uide Bald. in l. 18. col. C. de ſacroſanct. eccl. Paul. de Caſtr. in conſ. ſuo 300. incipiente ad primum quęſitum tenet quòd ſic, & ſic etiam Barbac. conſi. 53. col. 19. in 2. uol. id affirmat Fumianus in tract. de epiſ. li. 4. in 5. parte colu. 24. ibi & pręd cta uera ſint, & per Ioannem Crotum in repet. legis nemo poteſt ff. de legat. 1. col. 48. in uer. in ead. gl. Sed an eodem modo poſſit præſentari per laicum contra clericum, & omnes concludunt quòd non, & uide Fely. in c. eccl. Santæ Mariæ de conſt. col. 2. licet lucas de penna dixerit aliter in l. iubemus C. de nauibus non excuſa. li. 11. car. 6. & uide ritum 288. car. 251. & uide infra car. 211. ubi dixi, & ueritas eſt in hoc 2. capite q. ut dicit Fely. & ita pulchre firmat Bald. in d. 8. col. in uerſi. ſed hic ulterius quęritur.

Sed aduerte in practica, quòd quando clericus uult præſentare inſtrumentum ſecundum formam ritus in curia laicali contra laicum, quia in ea non poſſit ſe obligari pro ut requirit ritus 62. in fine: oportet

tet quòd ſecum ducat ex promiſſorem laicum, qui ibi pro eo ſe obliget ſoluere Cur. dictam pœnam, aliàs non procedit præſentatio: ut in ritu iſto requiritur.

Cautela in præſentando.

Et cogita ſi practicari poteſt cautela qua aliàs fui uſus, ut ſi clericus præſentet inſtrumentum dicat ſe ſperare in eo ſero, quòd eius debitor perſonaliter comparebit & bonam fidem agnoſcendo ueniat cum ſacculo parato, & ſoluat dictum debitum ſine aliqua calumnia; ſub pœna prout ſe obligauit; & iuramento quòd quando facere recuſat eligit uiam calũniandi: tunc proteſtatio eſt præmiſſa in forma ut accuſet cõtra eum omnem pœnam pecuniariam, non autem criminalem, quo ad mutilationem & ſic citra pęnam ſanguinis.

Et eo modo uidetur ſeruare formam capituli poſtulaſti de homicidio, & ea quæ habentur per gl. in c. maximianus epiſ. 23.q.3. quia ſi poſtea perueniretur ex tali accuſatione ad mutilationẽ manus, ut in ritu 64. Non propterea clericus eſſet irregularis, dicto capitulo poſtulaſti, & adde plura ad declarationem præſentationis inſtrumenti per Matthæum in conſtitutione eos qui ſcienter fo. 341.

Et ibi de clerico accuſante pœnam, & quid ſi non dicit præter pœnã ſanguinis, & multa alia, & uide fo. 50. in l. Sancimus C. de iudicijs.

In Muliere.

Quid in muliere, an poſſit pro debito iſto carcerari? dic quòd iſtud habetur pro expedito, quòd ſic, ut in iſto Ritu dicitur expreſſe, & habetur per ea, quæ dixi in præcedenti cap. de pupillo allegando Cacciallupum de debit. fug. in q. 5. principali, & Bald. in Auth. Matri, & Auię quando mulier tute. off. fungi poteſt, & Mateſillanum in No. ſuo 112. ubi uolunt, quòd mulier, quæ renuntiat in contractu omni legum beneficio quòd carcerari poſſit, aliàs ſecus.

Illæ perſonæ & Mulieres ubi carcerandæ.

Sed pulchrum dubium eſt: an debebunt iſtæ perſonæ carcerari in carcere communi, uel alibi? dic, quòd iudex tenebatur ſtatuere illi unã cãmeram palatij, uel totum palatium, uel totam ciuitatem pro eius arbitrio ſecundum conditionem ipſius nobilis tu uide Lanfr. in rep. c. quoniam contra in uerbo confeſſione in 4. col. de probatio. ubi concludit, quòd nobili debet dari tota ciuitas quando eſt carcerandus ad

literas,

literas, & mandatum Domini Regis, niſi in illis dicatur, quòd carcere tur in carcere publico. Et uide Angelum de maleſi. in uerbo qui iudex dictum titium detineri, & carcerari in 2. col. in fin. car. 82. & quia no bilibus multa ſunt indulta priuilegia a communi Regula iuris, ut late per Cepol. in tract. de mili. eligendo quem habet poſt conſt. Bart. 1. col. & uide per eundē Ang. in uerbo fama publica col. 24. & in add. Aug. uerſi. 40. eſt carcer domeſticus, & ibi exemplificat de nobili, & pondera illud quòd dicit Ang. in d. car. 82. in d. uerbo in 2. col. in fin. quòd aliud eſt ſi ritus dicat in carcere, & aliud in uinculis.

Exceptio rei, non traditæ: Et officij iudicis.

In terminis huius ſtatuti pone quòd titius ſe obligauit iuxta formā Ritus, & tamen reuera pretium non fuit ſolutum, uel res conuenta nō fuit tradita: an eo non obſtante poterit opponi ad effectum impediē di talem exequutionem exceptio pretij non ſoluti, uel rei non traditæ: uide in ſpecie Decium in cōſi. 119. & per totum, & licet iſte Ritus excludat omnem exceptionem, poteris tamē pro iſto debitore uti cau tela, quam ponit Angelus Aret. inſt. de exceptio. in Rubrica ubi dicit quòd ubicūque pro reo ſubeſt magna equitas, quòd tunc miſericor diter imploretur officium iudicis, ut ſuccurrat, ne in debite creditor lo cupletetur cum aliena iactura, & offeras in continenti eam probare; quia ſuper ea eris audiendus, ut ibi per eum, licet ipſe auctor ibi in caſu huius Ritus dicat contrarium, & cogitur ſe defendere in vinculis, ut ibi.

Pactum quod poſſit carcerari.

Et an valeat pactum quòd debitor poſſit carcerari uide Abbatem in conſi. 42. in q. Dominici 2. uol.

Pœna periurij.

Non ſoluens iuxta formam inſtrumenti incurrit periurium, & contra ipſum proceditur criminaliter uia ordinaria admutilationem manus, vt in ritu 64. & in conſtitutione eos qui ſcienter; quæ pœna nō eſt ex eo periurio incurſo ex eo, ꝙ non ſoluit in tempore ad quod pauci aduertunt, cum ex eo excuſetur, neque ex eo, quia contra eum eſt præ ſentatum inſtrumentum cum illa ſit cauſa ciuilis, ut in ritu 181. ſed eſt quia iurauit contra inſtrumentum, & non probauit, & ita loquitur ritus 64. & de pœna manus eſt gl. in coſt. Regni ſūmo periculo car. 142.

Impo-

Impotentia debitoris.

Sed quid ſi debitor non ſoluit in tempore, quia non potuit ſoluere, & ſic propter difficultatem impeditus non adimpleuit, an excuſetur? Dic vt per Bart. in l. labeo ff. de iur. iur. qui dixit, quòd omnia, quæ impediunt contrahi moram impediunt periurium committi, vt difficultas, & ſimilia, Allegat c. breui de iur. iur. & uide omnino Alexandrum in conſi. 92. in 6. col. uerſi. per hoc benefacit glo. 1. uol. vbi multa ſuper hoc adducit & Matthæus in deciſio. 20. dicit, quòd impotentia excuſat debitorem, ut non teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis, & debitor qui non ſoluit debitum infra terminum non incurrit in excommunicatione, immo excommunicatus propter debitum non ſolutum debet abſolui ſi deficit propter impotentiam, ut in c. Adoardus de ſolut. vide Innoc. in c. 1. de dilat. Bald. in Margarita ſua in uerbo excommunicatus, & doctores poſt gl. in c. quæſtionis de appellat. ubi ſi mandatur alicui quòd ſoluat debitum, ſub pœna, non ligat ſi non poteſt, quia reputatur impoſſibile.

Duodecima limit. in inſtr. publ.

XII. limita non habere locum in inſtrumento publ. vt patet ex uerbis dicti ritus 65. vnde ſi præſentaretur Chirografum continens omnes clauſulas, & iuramentum, & eſſet confeſſionatum a parte, & acceptatum in iudicio: cum hoc non poſſit præſentari niſi ciuiliter, & non ſeruit ritus, cum verba Ritus expreſſe loquātur in inſtrumēto & licet appellatione inſtrumenti veniant etiam teſtes, ut in l. 1. ff. de fid. inſtr. tamen dicit Matthæus in conſtitutione Baiulos fol. 156. colum. 19. uerſic. tertium requiſitum, quòd nec etiam protocollum Not. poterit præſentari, quia loquitur Ritus in inſtrumento, & debet ſtricte intelligi.

Tertiadecima lim. in inſtr. antiquo.

XIII. limita niſi dictum inſtrumentum eſſet antiquum, & excederet annos 20. ut in Ritu 60.

Quartadecima limitatio.

XIIII. limita vt non poſſit præſentari niſi per principalem, cui iuramentum fuit præſtitum de facie ad faciem, & non per procuratorem vt in ritu 164.

Qua-

Quæritur an hęres creditoris poſſit præſentare inſtrum.

Sed an hæres creditoris poſſit prędentare inſtrumentum debiti paterni? dic,quòd ſic,ut in Ritu 66. & qualiter ſit facienda interrogatio quando proceditur ad inſtantiã filij,& hęredis creditoris mortui ab ipſo creditore contra debitorem principalem conuentum dicitur in ritu 160. & præſentatur hic inſtrumentum per hæredem creditoris antequam fiat interrogatio; & probatur qualiter ſit hæres,& curia per ſuũ decretum illum declarat eſſe hæredem,ut in ritu 261. quæ probatio debet fieri ſeruata forma,ut ibi,& in primo peremptorio debet creditor accuſare & in ultimo debet inſtare, ut interrogetur debitor, uel fideiuſſor ſuper tenore inſtrumenti præſentati,& illo exiſtente contumace,& ea accuſata petere ipſos debere condẽnari,ut in ritu 70.& eos banniri,ut in ritu 75. 209. & 212.

Et in hęrede creditoris an poſſit præſentare inſtrumẽtum uide Boerium in deciſi. 10.nu.4. & ibi in p. quid in ceſſionario.

Practica præſentationis ſecundum formam Ritus.

Et talis præſentatio inſtrumenti ſecundum formam ritus in Mag. Cur. Vic. ita practicatur: primo fit citatio,ut ueniat,& compareat perſonaliter debitor ad reſpondendum ſuper tenore inſtrumenti præſentati contra eum ſecundum laudabilem Ritum & tunc debitor debet comparere & interrogatus ſi aderat cum ſacculo paratus carceratur ut in Ritu 69. & hoc ſi acceptat inſtrumentum & debitum eſt liquidum, & talis citatio dicitur ciuilis:ſed ſi negat inſtrumentũ eſſe uerum,& aliter opponit contra illud,& tunc dat̃ terminus ipſi carcerato,ut in eo ritu & eo termino elapſo,& except. non probata,accuſatur de pœna periurij,& dicitur libellus ſolemnis & tunc ſuccedit Ritus 7.

Procuratores quando poſſunt præſentare.

Et ſicut non poteſt præſentari inſtrumentum per procuratorem, ut in Ritu 194. ita nec per principalem quando fuit ſtipulatum inſtrumentum per procuratorem: ut tenet Dominus Matthæus in deciſio. 64. ſi in inſtrumento eſſet illa clauſula,quòd ex ſpeciali pacto: dictũ inſtrumentum poſſet pręſentari,& liquidari per procuratorem, non obſtante Ritu Mag.Cur. quo cauetur per procuratorem præſentari nõ poſſe,& perinde pœna accuſari,ac ſi iuramentum fuiſſet præſtitum in eius manibus de facie,ad faciem,& ita ſeruatur.

Quin-

Quintadecima limitatio, ſi debitor monſtret ſolutionem.

Limita niſi in promptu debitor demoſtraret ſatisfactionem talis debiti, ut in ritu 179. ubi dicitur unum, quòd eſt durum, ꝙ ita demum euitat debitor carcerari ſi talem ſolutionem probat per inſtrumentum publicum: ergo ſi produceret apocas, non euitaret donec illę nō eſſent liquidatæ, & comprobatæ per legitimas comprobationes ut ibi, uel niſi in ipſo inſtanti producerentur teſtes idonei, & probationes liquidę, quo caſu, debitor liberatur, & creditor tamquam calumnioſus, & periurius carceratur, ut in ritu 181. ſed pro hac materia vide Barba. conſil. 38. 5. col. in 2. vol. ubi allegat Bart. in conſil. 238. & vide Vitalem in cautela nulla exceptione obſtante in 5. col.

Sextadecima limitatio an poſſit uariari.

Limita ubi creditor elegiſſet viam ciuilem, & præſentaſſet inſtrumētum in Curia ciuiliter, quia ea electa non poterit variare, & omiſſa prima inſtantia præſentare illud ſecundum formam ritus per ea quæ habentur per Pau. de ca. & alios in l. fin. in fine C. de codicillis: & ibi per Alexandrum quia una uia electa alterā tollit, ut ibi, & maxime ſi in prima eſſet lis conteſtata, & non poſſet uariare, ſed neceſſe haberet expectare ſententiam maxime ipſo reo id petente Auth. At qui ſemel C. quo. & quando iud. & faciunt quæ habentur per Mathęum in deciſione 354. & 53. antequam lis ſit conteſtata poteſt uariare, & pęnitere, vt tradunt Docto. poſt Bald. in l. edita C. de edendo.

De perſona ad res variatio.

Et quid ſi creditor elegit viam exequutiuam inſtrumenti contra perſonam, & facit carcerari debitorem, utrum eodem tempore poterit petere exequutionem inſtrumenti ſuper bonis, ut per Bart. in conſilio 221. & in l. conſentaneum C. quomodo, & quando iud. & ſic duo remedia exequutiua poſſunt ſimul cumulari: & propterea per Magnam Cur. duæ expediuntur citationes, & duo exequutoria unum contra perſonam, aliud contra bona.

Et quando exequutor vult ingredi domum obligatam in inſtrumēto & eam reperit alienatam qualiter prouidebitur uide Mathęum in quæſtione Regni x. fol. 38.

Decima ſeptima limitatio in inſtr. confectione.

Limita in inſtrumento confecto in Regno uel in loco noto non habere locum: aliàs nō adhibetur fides niſi interueniant ea de quibus in ritu 95.

Pactum ut poſſit præſentari & carcerari.

Sed an poteſt apponi clauſula in inſtrumento debiti, & dici, quòd poſſit dictū inſtrumentū in qualibet Cur. præſentari, & liquidari per procuratorem non obſtante iſto ritu,& quòd talis prçſentatio ualeat ac ſi iuramentum eſſet præſtitum de facie ad faciem,& ita iterum iurat,& vult ex iuramento taliter obligari, & in cōtrarium nihil opponere,nec ſe iuuare,ex aliquo iuris remedio.

An talis obligatio ualeat?dic quòd ſic,quia poteſt quis ſe obligare ad carceres,& ad multas pœnas,vt per lucam de penna in l.cum ſcim* C.de agricco. & cenſ.li.11.car.65.num.4. & vide per D. Caccialupum in tract.de debit. fugit.in 5.q. principali, & uide omnino in tractatu viſitatio: iux. q.primæ partis: ſed tu uideas omnino lucam de pēna C. de curioſis Staccionarijs in l.1.in 3.col.li.12.fo.55. ubi arguit ad partes,& concludit,quòd poteſt per pactum induci obligationem,ut non ſoluendo poſſit carcerari,ut ibi,& multo magis per iuramentum, & vide Abb. in conſil.42. in 2.vol. vbi de hoc dubio inſtrumenti, vt lucas ibi concludit,quòd non poteſt.

In cauſa criminali procurator quando interueniat.

Procurator itaque non poteſt in hac cauſa comparere, & hoc quia criminalis eſt,& concordat regula l.pen.§.ad crimen ff. de pub. iud. tu adde conſtitutionem generalia iura 2. li. ubi duæ dantur limitationes ad dictum §.pen. prima eſt de vniuerſitate 2. eſt de muliere coniugata; adde, & 3. in c. regni ſtudioſe 202. & ibi notaui: tu ad illam regulam uide plures limitationes quas ponit gl. in c. ueniens de accuſatio. ubi vltra illas x. limitationes glo. per docto. cumulantur aliç plures per Ang. de maleficijs car.74.

Mulier vidua effecta poſſit ne per procur. reſpondere in cauſa criminali.

Et quòd in hac conſtitutione dicitur eſſe ſpeciale in ſola muliere cō-

iugata,

iugata,quarto pone q mulier criminaliter accuſata conſtituit procuratorem ſuum cum ſpeciali mandato,ut hic,& pēdente accuſatione mortuus eſt eius maritus,an poterit poſtea effecta vidua reſpondere per procuratorem: & videtur q non quia tādiu durat eius priuilegium,quàm diu durat cauſa ſui priuilegij, ſcilicet matrim. & non ultra ut no. in l. ſi de eo in ipſo §. fin.ff. de adulterijs, & in l. fin. ff. vnde lib. & uide quòd notat in Auth. quomodo oporteat epiſcopos. §. ſiue autem; at in contrarium uidetur quia mulier uidua,quàm diu ſeruat uiduitatem fungitur priuilegio maritatæ,vt in l. quotiens,& ibi non C. de priuilegio ſcol. li. 12. & ibi per Bart. facit ff. ad municip. l. filij §. vidua, & quòd not. in l. mulieres C. de dignit. li. x. ſed tu uide infra car. 204.

An ſponſa.

An ſi criminaliter accuſatur ſponſa poſſit ipſa conſtituere procuratorem ſicut coniugata & videtur quòd ſic,quia iſta conſtitutio continet fauorē in perſona maritatæ,ergo debet extendi ad ſponſam, ſecus ſi contineret odium,quia tunc non extenderetur ad ſponſam ut not.gl. in l. ſolet uerſi. ex hoc eſt ff. de infam. ſunt enim fauores ampliandi; & odia reſtringenda; ut l. cum quidam ff. de legit. hæred. l. emancipatis,& l. fin. C. de bonis mater. facit glo. not. in c. rem pręſenti §. exactio.

An poteſt adeſſe procurator ad opponendam fori declinationem.

Ad opponendam declinationem fori in cauſa criminali poteſt interuenire procurator, uoluit Bartolomeus de Capua, & Petrus Piccolus per illam gl. quam reputant notandā in coſtitutione edictorum 127.allegando glo. quam reputant ſingularem in l. fideiuſſor in §. quædam ff. mand. & in l. atqui Natura §. cum me abſente ff. de neg. geſtis, & in cap. veniens,ubi per ſcribentes de accuſatio. quia beneficium iuris nemini eſt auferendum c. indultum de reg. iur. lib.6. l.4. §. ſi quis condemnatus de re iud.

Contrarium eſt uerius, pro ut eſt R. 150. qui incipit (Item ſi qua mulier) ſub Rubrica q uidua,uel pupillus cōpareant pſonaliter, & eſt rō: quia procurator qui non admittitur ad cauſā principalē criminaliter intentatam,nō pōt admitti ad eius intermedia,ut eſt Ritus hodie, qui incipit(item q in cauſis criminalibus) in 3. cart. & alius Ritus ſub Rubrica incipiunt ritus in 7.carta iij. licet de iure communi ſit contrariū, ut per Bart. in l.pen. §. ad crimen ff. de publicis iud. & in d. c.ueniens, ubi dicitur: quòd licet cauſa ſit criminalis, & procurator regulariter

in ea interuenire non poſſit: tamen ubi diſcutitur de articulo ſeparato, ab ipſo crimine, uel alio incidenti, poteſt interuenire procurator quia ubicumque exceptio non tangit crimen poteſt procurator interuenire, ut ibi per eos, quòd hodie eſt ſublatum per dictos ritus.

Ad allegandam abſentiam vel infirmitatem.

Quod tamen limita niſi coniuncta perſona taliter citata, uoluerit ſe excuſare ratione abſentiæ, ut patet in ritu ſub Rubrica de petitione abſentiæ, qui incipit (item ſi aliquis ciuiliter) in ſexta carta, uel ratione infirmitatis, vt in ritu (Item ſi aliquis) ſub rubrica de excuſatione infirmorum, vbi requiritur certa ſolemnitas, de qua ibi, non tamen admittitur procurator ad excuſandum, bannitum ut in ritu (Item ſeruatur) ſub Rubrica practica ſuper bannitis.

Et Adde quòd ſi citatus perſonaliter non comparet accuſata ſibi cõtumacia condemnatur vt in ritu 209. in x. car. ſub Rubrica qui tenetur accuſator, & in Ritu 254. ſuper Rubrica practica ſuper condemnationibus.

Vltra decem poßunt facere procuratorem.

Iſta tamen omnia limita niſi illi qui accuſantur eſſent plures ultra x. quia tunc permittitur eis poſſe facere ſindicum, ſiue procurator. ad defendendum eos, & non coguntur comparere perſonaliter, vt in c. Regni, quòd incipit (ſtudioſe quęrentes) 202. & ratio eſt quia tantus numerus facit populum, ut per Bald. in l. ea quidem in 7. col. C. de accuſat. & vide glo. infra in conſtit. beneficium cart. 143. & uide omnino quæ dixi ſupra.

De clerico.

Et quòd dixi de muliere, ut perſonaliter comparere debeat citata, id dices de clerico ut non poſſit declinatoriam opponere, quando fuit, ut laicus citatus, niſi perſonaliter compareat, & tunc ſi uoluerit contumaciam purgare, conſtito de clericatu, & habitu, remittit ipſum ad iudicẽ competentem, vt in ritu 153. & ſi clericus citatus perſonaliter non comparet, accuſata ſibi contumacia condemnatur, vt in ritu 20. & 282.

In cauſa ciuili.

Et nota unū, quod eſt ſingulare quòd ſtante contumacia alicuius citati, non ſolum non auditur comparens per procurat. in cauſa criminali, imo nec etiam in cauſa ciuili, quamuis minima, niſi contumaciam ſuam primum purgauerit, ut eſt Ritus ad literas 75.

In cauſis cœptis.

Et cogita an poſſit extendi hoc dictum in cauſis cœptis. Puta bannitus habebat aliam cauſam ciuilem, an poſſit audiri per procur. nondum purgata contumacia videtur, quòd non in odium ſuę contumaciæ, tu pondera ritum 75. ubi uidetur inducere de cauſa ciuili in cohata poſt contumaciam iam contractam.

Itē limita ut procurator interuenire non poſſit in cauſa criminali, niſi cauſa capitali, ſemel compoſita ad ſummam pęnæ pecuniarię, quia tūc regulabitur dicta cauſa criminalis, in appellatione, & onera ciuilis, per Ritu 8. ibi exceptis cauſis criminalibus ex quibus pœna pecuniaria uenit imponenda, in quibus ſeruetur pro vt in ciuilibus eſt expreſſum.

Et quòd non mutet naturam cauſa criminalis pro compoſitione facta a iudice in pęnam pecuniariam adducuntur adducta in alia proxima additione infra omnia.

Item adducuntur ea, quæ ponunt doct. in l. cum quædam puella. §. fin. ff. de iuriſ. omnium iud.

Secundo quia iudex ſubſtantiam criminis, & naturam non immutat. circa intrinſeca ff. de furt. l. non poteſt.

Tertio quia ſententia per appellationem ſuſpenſa dicitur in tantū, quòd per inde iudicatur, ac ſi ſuper ea pronuntiatum numquam fuiſſet l. 2. §. fin. de pen. & appellatio dicitur reponere omnem ſtatum cauſæ in illis terminis in quibus erat antequam fuiſſet ſuper ea indicatum l. qui cum maior §. accuſaſſe in uerſi. ſed ſi appellatione ff. de bonis liberto. & ponit Pau. de Caſtr. in conſil. 36 & adeo, quòd nunquā res poteſt dici iudicata, donec illa ſententia non tranſierit in rem iudicatam, uel a partibus fuerit comprobata: ut not. doct. in Rubrica extra de re iudi. per textum in l. ſi fundam §. ſi plures ff. de pignor. & hoc ideo quia pronūtiatum dicitur eſſe per appellationem extinctum & cauſa redacta ad illos terminos in quibus erat in prima inſtantia ante litem conteſtatam l. qui cum maior §. accuſaſſe ff. de bonis liber. & nemo poteſt ſe iuuare, ex cauſa, ſententia, & actu, quem ipſemet impugnat. vt per Fely. in c. examinata de iudic. in 3. col. & talis appellans

fruſtra diceret dictam cauſam deſiiſſe eſſe capitalem per ſententiam pe cuniariam,ſi eam dicit iniquã ut ſupra. Item quia genus criminis uide tur ſpectandum: vt C. de generali abolitione l.fin. & ff. de pœnis l.ab ſentem.

At in contrarium uidetur quòd immo ſententia,non genus criminis ſit ſpectandum, ut ff. de pen. l. quòd ad ſtatum. Et uide quæ habẽ tur in l. etſi Senior ff. ex quibus cauſis in fam. irroga. & in l. poſſiden tem,& ff. eo. l. quid ergo §. pœna grauior.

Sed quid ſi cauſa criminalis ex arbitrio iudicis uirtute 4. literatum arbitralium de quibus habentur.

Vt ſit liquidum inſtrumentum.

Dixi ſupra,quòd inſtrumentum vt poſſit præſentari debet eſſe liquidum ſecundum formam ritus de quo etiam not.Bart. in l. per inde §. notandum ff. ad l. Aquiliam; ubi vult, quòd licet dictet ſtatutum ut inſtrumentum habeat præſentatum exequutionem paratam illud uerum ſi eſt liquidum alias ſecus.

Et ſic liquidatio inſtrumenti debet præcedere exequutionem, quòd an uerũ ſit: quia Bart. uidetur contra uoluiſſe, vide tu Soc. in conſil. 89. Dubium eſt apud doctores in principio 3. uol. & quæ tradit Decius in conſi. 322. viſis conſilijs col. 1. uerſi. ſed maiorum.

Adde Bald. in l. cum teſtamento C.de ma. teſta. & Ang. in l. hoc iu re ff. de uerbo. obliga. & in l. fin. §. 1.ff. de vulg. & pup. vbi dicit, q idem eſt ſi eſſet publicatum licet Io.de Imol.in d. l. fin. teneat cõtrariũ Alex. verò in d.l. quòd iure concordat opiniones, quòd aut ſtatutum loquitur de debito liquido,& puro,& tunc vera ſit opinio Ang. quòd debitum ſit purificatum, & poſſit exequi inſtrumentum: aut loquitur in inſtrumento puro,& tunc, quia illud inſtrumentum quòd & legi poſſit ſit uera opinio pauli,& ſit neceſſe,quòd a principio inſtrumentum ſeu debitum ſit purum, & non poſſit purificari ad finem exequẽ di iuxta formam ſtatuti.

Citetur pars.

Et ſcias,quòd in caſu quo inſtrumentum eſt illiquidum in liquida tione facienda eſt citanda pars: ita Bald. in l. 11. C.de exeq. re iud.

Exceptio rei non traditæ.

Poteſt etiam opponi in termino ſtatuti huius except. rei non tradi-

tæ,& pretij non ſoluti: ita Bald. in l. ſi traditione 3. q. C. de actio. empt. plene Dec. in conſi. 119.

Quæ oritur ex inſtrumento.

Similiter exceptio quæ oritur ex eodem inſtrumento quia ſicut inſtrumentum eſſet confeſſionatum ſic,& exceptio Bald. in l. ex prędijs C. de emctio.

Illiquiditatis.

Et exceptio illiquiditatis poteſt opponi Bald. in d l. ij. C. de excep. rei iud. & uide relatum dictum Bald. per Soc. in conſ. 51. 1. uol. vbi dicit multa in materia ſatis vtilia; & quæ exceptiones poſſunt opponi vide Soc. in conſi. 89. lib. 3.

Tacitæ conditionis in inſtrum.

Quid ſi inſtrumentum habet in ſe tacitam conditionem: an habebit exequutionem paratam? dic non; Ita Paulus de Caſtr. Ang. & Alex. in l. item quia de pactis.

Liquidatio per librum rationum.

Et an in caſu, quo admittitur liquidatio ille admittatur, & fieri poteſt per librum rationum Rom. in conſi. 67.

Quod dicitur publicum inſtrumentum.

Et ſi dicit ſtatutum, quòd fiat liquidatio per aliud inſtrumentum publicum quòd dicitur publicus ad finem, ut poſſit exequi Romanus in d. conſi. 67.

In euentum conditionis.

Quid ſi inſtrumentum non eſt conditionale, ſed uenit reſoluendũ in euentum conditionis. Numquid habebit exequutionem paratam? dic quòd ſic: Ita Soc. in l. pecuniam col. 2. ff. ſi cert. pet.

Si compromittitur. Et quando exceptiones prohibentur.

Et ſi ſuper exceptionibus oppoſitis contra inſtrumentum ſit factũ

compromiſſum: an interim poſſit exequi inſtrumentum ſuper contẽtis, & dicit, quòd ſic, & multa pulchra in materia vide per Fely. in c. ex parte lo 2. de oſſ. de legat. in 3. 4. 5. col. ubi ponit xx. limitationes ad regulam quòd ſtatutum prohibens opponi exceptiones intelligitur etiam de legitimis, ita ut nulla poſſit opponi.

Et viginti caſus ubi opponuntur exceptiones non obſtante ſtatuto, & ibi multa de ſtatuto dante exequutionem inſtrumento guarentigiato: vide ad materiam Soc. in d. 51. 1. uol.

Contra ſingularem ſucceſſorem an poſſit exequi inſtr.

Et an tale inſtrumentum poſſit exequi contra ſingularem ſucceſſorẽ tenẽtem aliqua bona obligata? dic quòd non gl. eſt in l. ea lege. C. de cond. ob. cau. Not. Bald. per illum textum in l. 2. Cod. ſi aduerſus credit. & ſequitur Iaſon in l. quædam. §. nihil ff. de eden.

Exequitur etiam quo ad intereſſe.

Et ſicut inſtrumentum ſecundum formam ritus meretur exequutionem pro ſorte principali ita etiam intereſſe, quod petitur uigore inſtrumẽti ſimiliter merebitur exequutionẽ dixit Bal. in l. 1. in fin. de leg. 2. & in l. 2. col. 2. C. comm. de leg. dixit quòd ſi inſtrumentum ex forma ſtatuti meretur ſummariam cauſæ cognitionem ſimiliter merebitur proceſſus ſuper hypoteca quæ interuenit pro debiti ſecuritate, & hoc ſi agatur contra debitorem, ſecus ſi contra ſingularem ſucceſſorem.

Quæ tacite ex inſtr. reſultant ſimiliter habent paratam executionem.

Et ea quæ præſumptiue reſultant ex ipſo inſtrumẽto ita habere exequutionem paratam, ſicut expreſſa formaliter ita dixerunt Bart. Bald. & Imola in l. 1. in principio ff. de his: qui in teſta. dele. & Bald. in l. 1. §. ut plenius C. de rei vxo. actio. & in l. ad probationem la 1. C. de probatio. in l. ubi adhuc 9. col. C. de iur. dot. in l. 1. in 5. col. C. de ſidei. licet in contrarium faciat dictum Antonij de Butrio, & Imola in c. tranſlato di conſtit. & But. in c. ſicut prope finem de re iud. & in proœmio decretal. in 12. col. Bald. in l. iuriſgentium §. quòd fere de pactis & in l. generaliter in 2. col. C. de non num. pecunia.

Tertius non prohibetur exceptiones opponere.

Quoniam in terminis huius Ritus in quo prohibentur opponi exceptiones

ceptiones contra inſtrumentum guarentigiatum; an etiam hoc procedit contra tertium qui ſi nellet opponere dictas exceptiones non poſſit? dic, quòd tali caſu tertius non erit excluſus immo quo ad ipſum locum non habet, pro ut in terminis Alex. conſuluit in conſi. 83. col. penul. uol. 3. ubi hoc firmat per multa ſimilia, refert, & ſequitur incidẽter gram. in tract. 16. in principio.

Per procuratorem.

Procurator non admittitur ſuper tenore inſtrumenti præſentati ſecundum formam ritus, tam ex parte actoris, quam rei, etiam ad media licet ſit ciuilis, ut in Ritu 194. cui adde Mathæum in deciſ. 64.

Si eſt pactum in inſtr. de procuratore.

Sed quid ſi in inſtrumento interuenit pactum, vt poſſit pręſentari per procuratorem an ualeat? quòd ſic Caccialupus in tract. de debi. fugit. in 5. q. principali.

Notarius ſtipulans pro abſente.

Quid ſi Not. ſtipulatur pro abſente in inſtrumento: an abſenti quæratur actio, ita & taliter quòd inſtrumentum poſſit præſentari in curia per abſentem ſi ſit liquidum, & procedi in exequutione iuxta formã Ritus vide Paridem in tract. de reaſſumptio. inſtrumentorum in c. an Notarius ex authoritate ſui officij circa medium in uerſi. ego uolo: quòd ne cogites in uno ſi Not. ſtipulatur.

Contra hæredem pro hærede.

An tale inſtrumentum poſſit mitti in exequutionem contra hæredẽ debitoris: ad iſtantiam hęredis creditoris ſicut contra principalem debitorem: uide Caſſaneum in conſuetudinibus Burgundiæ fol. 281. col. 2. num. 12.

An ſit interlocutoria.

Vtrum ſententia, per quam pronuntiat inſtrumentum eſſe exequutioni mandandum interlocutoria dicatur, uel diffinitiua? quod eſt diffinitiua ex pluribus cumulat argumentis Maranta in ſpeculo fol. 78. num. 21.

Inſtru-

Inſtrumentum vt poſſit præſentari ſecundum formam R. qualiter, & quæ requirantur vide pleniſſime, quæ cumulat Maranta in ſpeculo fol. 70. uerſi. 8. caſus, vbi etiam col. ſeq. octo requiſita tradit videlicet.

Primum dum tamen inſtrumentum continet iuramentum uel pœnam ut in num. 3.

Secundum ſi ex communi ſui parte eſt liquidum per ſe, uel per relationem ad aliud nu. 4.

Tertium dum tamen a die celebrationis non ſint elapſi anni uiginti nu. 5.

Quartum præſentetur contra debitorem uiuum, non autem contra hæredem eius licet per hæredem creditoris poſſit facto præambulo. num. 6.

Quintum dum tamen contineat ſummam ultra untiam numero 7.

Sextum niſi creditor eſſet præuentus. nu. 8.

Septimum ſi per principalem præſentatur nõ per procuratorem nã in hoc proceſſu exequutio, & exceptio nõ admittit procuratorem etiã ad media, nec ex parte actoris, nec ex parte Rei. nu. 9.

Octauum quod iuramentum fuerit præſtitum de facie ad faciem ſecus ſi cum aliquo procuratorio nomine debitoris, & ipſe procurator iurauit, nam præſentari non poteſt contra dominum qui non iurauit procurator minus contra procuratorem quòd licet ipſe condemnetur procuratorio nomine contra eum non ſit exequutio nu. 10.

Contra ſingularem ſucceſſorem.

1.

Not. quòd fatui ſunt practicãtes, qui petunt exequutionem inſtrumenti guarentigiati, contra poſſeſſores bonorum obligatos quia contra eos non competit actio perſonalis, ſed hypotecaria ſolum quæ eſt actio realis: imo fortius principium, & confeſſio inſtrumenti guarentigiati non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem quo admodum procedendi etiam reſpectu hypothecariæ, quia præceptum, & cõfeſſio nõ egreditur perſonam obligati ſunt uerba Doct. quos refert Ripa in l. 1. §. ſi hæres ff. ad trebell.

Contumax etiam ſi purgauerit an poſſit opponere fori declinationem.

Quær. ſi ad iſtantiam Titij citantur aliqui & fuerunt reputati contumaces, poſtea purgauerunt contumaciam, & allegauerunt fori declinationem, puta quòd principio primis cauſis non poteſt conueniri, niſi

in

in eorum domicilio: an non obſtante contumacia iam contracta poſſit gaudere priuilegio declinatoriæ: quòd non Matthæus in deciſione 133.

Pœna contrauentionis cum interreſſe concurrit.

Quær. ſi in cõtractu eſt appoſita in caſu contrauentionis certa pœna puta duc. x. & ſit commiſſa ſtipulatio: an integra pœna debeatur? dic, q non, & hoc per S.C. iuxta ſtilum non ſolet parti condemnari ad pœnã niſi quatenus cum intereſſe concurrit uide Matth. deciſi. 135. & in deciſio. 154.

Obligatus facere inſtrumentum an poſſit cogi apponere clauſulam ritus.

Quær. qui promittit aliquid alicui poſſit ad eius petitionem cogi ei facere inſtrumentum de illa promiſſione ut in l. ex ea parte in principio ff. de verbo. & an poſſit compelli in tali inſtrumẽto apponere clauſulam, quòd poſſit cogi, & iſtrumentum præſentari ſecundum formã huius ritus: ut habeat exequutionem paratam? dic, quòd non, ut in ſpecie tradit Ang. in l. in omnibus in fin. ff. de iud. refert, & ſequitur Aretinus in l. ex ea parte in fin. princ. ff. de verborum.

Quær. in exequutionibus inſtrumentorum: an ſit dare inſtantiam uide Matthæum dec. 346.

An poſſit præſentari in tacita reconductione.

Quær. ſi eſt facta locatio cum inſtrumento ubi continetur pactum, ut poſſit præſentari ſecundum formam R. & ſic eſt guarentigiatum ſi terminus locationis eſt elapſus, & facta eſt tacite recõductio puta; quia dominus ſciens patitur & recipit ſolitam mercedem iuxta terminũ in l. Item quæritur §. qui impleto ff. locat. An tali caſu iſtud inſtrumentum poterit præſentari, & exequi, quòd tacuit reconductionem: quod non, uide Matthæum deci. 381.

Compenſatio.

Quær. renuntiatum eſt cum iuramento in inſtrumento exceptioni compenſationis: qua non obſtante opponitur contra inſtrumentum exceptio ipſa compenſationis: utrum contra inſtrumentum liquidum, & iuratum poſſit opponi exceptio compenſationis, quòd nõ Matthæ. deci. 381.

Quær.

Caſus figuratur.

Quær. Ritus dictat, quòd inſtrumentum debet eſſe liquidum ad hoc vt pręſentari poſſit: pone vniuerſitas & plures particulares proprio nomine uendiderunt certos annuos introitus uniuerſitatis iuuenarij Io. Ant. Maſnada pro duc. 3200. ad rationem x. pro centenario; pacto appoſito, quòd in quatuor menſes debeant ipſi uniuerſitas, & particulares impetrare Regium decretum, & aſſenſum: quo termino elapſo, & eo non impetrato, uoluerunt quòd præſens inſtrumentum pro tota ſumma duc. 3200. poſſit pro liquido præſentari, & habeatur pro reſciſſo; ac ſi facta non fuiſſet uenditio prædicta. factus eſt caſus ꝙ terminus eſt elapſus, & non fuit impetratum decretũ, Maſnada fecit citari in magna Cur. Vic. principales proprio nomine obligatos pro toto debito, uirtute pacti, fuit decretum per magnam curiam quòd ſtante eius inſtrumẽti in liquiditate, quòd non poterat procedi ſecundum formam Ritus; ſed debebat prius citari ſuper pacto an decretum eſſet impetratum nec ne; Adducebatur pro Maſnada, quòd imo liquidum erat inſtrumentum ſtante lapſu temporis, & illud erat adimplendum per particulares, quo caſu onus probandi erat tranſlatum in ipſos: nam licet iſta negatiua .ſ. decretum non eſſe impetratum tribuat actionem Maſnadæ; ut ſcilicet poſſit ex eo agi ad totum debitum, & ſic ſit fundamentum ſuę intentionis iſta negatiua, & deberet probari per actorem l. illa ff. de uerbo. oblig. tamen Ripa ibi declarat hoc non habere locum, quando aliquid dari, uel fieri permittitur, tunc onus probãdi negatiuam incumbit aduerſario l. 1. C. de probat. & l. 2. C. de iure emphi. vt ibi per Ripam ipſi tamen particulares ergo debebant probare aſſenſum, & decretum Regium fuiſſe impetratum.

Secundo in proprijs terminis adducebatur deciſ. Ang. in l. fin. §. ticius ubi plene Iaſ. ff. de vulg. & pup. & Aret. hoc uoluit in l. fin. §. penult. ff. de uerbo. oblig. vbi paria ſunt aliquid eſſe purum ab initio, uel ex poſt facto per conditionis exiſtentiam purificari: ideo infert ad ſtatutum dictans, quòd inſtrumentum guarentigiæ habeat exequutionem paratam: quæ ſint pura, & liquida, id erit iudicium ſi ab initio fuiſſet conditionale, & propterea quod agitur fuiſſet conditio purificata; & eſt ratio quia tempore quo agitur tunc actus eſt uere purus, & nullam habet conditionem.

Tertio eſt Deciſio Bald. in l. cum teſtamento C. de teſtamento manu: ubi uult quòd tale inſtr. poſtquam uere conditio extiterit, eſt uere purum, & liquidum, & eſt de hoc text. in l. ſed ſi de ſua §. fin. ff. de uulg. & pup. ubi iſta parificantur.

Tamen

Tamen licet Alex.in d.l.fin.§.fin. de vulg. & pup. diſtinguebat an ſtatutũ loquitur de inſtrumẽto,& tunc nõ eſt uerũ dicere aliquid eſſe purũ ab initio,vel ex poſt facto liquidari: quia inſtrm̃ eſt illud ꝙ legi poteſt:ſtatutum proprie,& uere intelligitur,quòd non eſſet ſi per relationem ad aliud liquidaretur; & hoc caſu non loquitur Ang.

An contra minorem.

Quær. accidit caſus ꝙ Ill. D.Ioannes de montibus, cum ſe obligaſſet,una cũ patre,& de eius cõſenſu Moniello mercatori pro duc.2400. fuit citatus ſuper tenore inſtru. Modo quæritur an poſſit pręſentari ſecundũ formã Ritus:fuit pro eius defenſione oppoſitũ de minori ętate; & quia filius familias,& maior 14. annis licet nunc maior: ſtat ergo dubium an ritus poſſit pręſentari contra minorem in debito iurato.

Pro Don Ioanne Paulus de Caſtro. in l.1.nu.6.C. de conſtituta pec. ſic dicit, ꝙ qñ lex dicit ex aliquo cõtractu quem obligari, debet intelligi dummodo ſit habilis ad ſe obligandum: alias ſecus; Dicens ꝙ illum textum ſemel inducebat ad ſtatutum florentiæ: ꝙ contra inſtrm̃ guarantigię nulla poſſit opponi exceptio,eo non obſtante potuit obijci exceptio,ꝙ ille qui ſe obligauit per inſtrumentum guarantigiæ, nõ erat habilis ad ſe obligandum; ut quia erat pupillus,uel minor,& ſe obligauit ut ibi. Romanus in conſ.60.viſo temate nu.3.dicit,ꝙ cõis eſt concluſio:ꝙ licet minor perſona ad aliquem actum cõi iure,aut cõſtit. legitimetur,non tamen in integrum reſtitutio denegata ſibi uidetur p gl. in l. vnica C. ſi de momen.poſſ. fuit appellat.cum alijs, cum ibi p Roma. & ſic licet iuram. faciat ipſum maiorem;& eius perſona de iure cõi iuram. ſit legitima:per hoc non eſt excluſa reſtitutio in integrũ.

Præterea eſto: ꝙ reſtitutio in integrũ peti non poſſit:attamen cõtra ipſum agentẽ ex inſtrumento poterit per pupill. opponi exceptio doli ut Rom. probat ibi nu.5.vbi ſubdit per doctrinam Bart.in l.ſi finita.§. eleganter ff.de damno infe. ꝙ pars tuta exceptione poſſit petere;vt per iudicem declaretur ſe non teneri: aut ſibi exceptiones competere.

Nec dicatur ꝙ in præſenti inſtrumento quis dolus uerti poſſit cum nullus dolus appareat:quia adhoc quidem Rom. reſpondit in fi.verbis in d.conſi. ſatis pręſumi contractus doloſum, ob lęſionem enormem, quam ex contractu ſentit minor.

Comprobatur ꝙ competat reſtitutio nõ obſtante iuramento per id quod tradit Bald. in regula nu.4.de re. permu.C.quem refert,& ſequitur Marcus Ant.Rauena in tract. de viribus iuramenti nu.68.in 1.uol. tractatuum fol.189. ubi ſic dicit,quòd iuramentum operatur unum mirabilius: quòd licet aliàs in ceteris caſibus in quibus reputatur maior, non tamen quantum ad hoc, ut ſi fuerit læſus non poſſit petere Reſtitutionem in integrum, & ammittat alia priuilegia minoris; &

ſic

ſic iuramentũ facit minorem cenſeri maiorem; tamen non facit eũ cenſeri prudentem, & ſagacem: habet enim minor cõſilium imperfectum & cum hoc naturale ſit,& iuris miniſteria mutari non poſſint, ſed ad ea,quæ iuris ſunt bene maior reputatur; pro ut ad literã dicit ibi Bald. & proinde non obſtante iuramento petita reſtitutio negari non debet nec dicatur quòd ſaltim propter rigorem iudiciarium ſeruandũ attenta forma ritus non debet concedi petita reſtitutio quia ad hoc Paulus de Caſtro. in conſi.316. Vt bene attingatur uer.40. videndi mouet q̃ſtionem,& concludit,ꝙ tunc non eſt concedenda reſtitutio : quando conſuli non poſſit per uiam & actionem ordinariam; ſed vbi ea, quę bene conſuli poſſunt,eſt concedenda;pro vt Paulus ibi dicit.Et Bald.in l.1. C.qui Bon.ceder .poſſ. vlt. q. dicit quòd pupillus pro debito carcerari non poteſt.

Et licet ritus dicat generaliter ſi qui debitores,aut debitrices, quarũcumq; perſonarũ ſit generaliter appoſita, debet intelligi de habilibus, qui poterant ſe obligari,non [illegible] excludit exceptionem reſultantẽ ex inhabilitate perſonæ contentæ in inſtrumento quæ ſe obligare non poterat. vide Iaſ. in l. fideiuſſor §. prætor ait nu.3. in verſic. 10. adde. ff. qui ſatiſda.cogantur,& ibidem nu.7. dum limitat hoc verum in diſpoſitione legis,uel ſtatuti vt verba de habilibus intelligantur; & vide Rip. in l. quæſitũ §. ſi quis cũ tutor nu.4.& 6. ff. de priuil. creditorũ.

Sed tamen non potui tantum exclamare,quin ſeruata forma ritus D.Ioannes carceratus nõ acceſſerit,& auditus non fuit, niſi in uinculis quæ prętenderet,opponeret,& demum omnia fuerunt reiecta,& coactus fuit ſe componere cum creditore, & ſoluere.

Qualiter liquidabitur.

Sed qualiter liquidabitur? Dic parte citata,ſollenniter libello dato; lite conteſtata Bart. in l.3. in 3. quæſt. verſi. ſed qualiter C. de pign.

Sed circa inſtrumentum guarantigium,an habeat locum compromiſſum,& quando dicitur liquidum, & etiam circa pragmaticam de compromiſſo, nõ habet locum in inſtrumento liquido uide plene Socin. in conſi.51.1. uol.& 89. in 3. uol.& de exequutione inſtrumenti liquidi,vel liquidandi vide Decium in conſi. 322.

Pone quòd Baro vendidit feudum ſaluo Regio aſſenſu, & communiter fieri conſueuit ꝙ in inſtrumentis fit etiam uenditio annuorũ introituum, poſtea non impetrato aſſenſu,venditores ſuper tenore inſtrumenti conueniuntur ſecundum formam ritus, & eſt facta reuocatio; an admittatur in magna Cur. & poſſit condemnari uide in ſpecie Iſerniam in li. de ſuffeudis fo.113,nu.37.

FINIS.

GOTTSCHER · L
1973